$9^a = 3,715$

~~$15\ 8 = 3 \cdot 3715$~~

Ls del R. Al.° Alcazaba de Cad.

FLC
19 297

~~125. 8.~~

27
19297 M69a

NOTITIA ECCLESIARVM BELGII

In qua, tabulis Donationum piarum longa annorum serie digestis, sacra & politica Germaniæ inferioris vicinarumque prouinciarum Historia, explosis fabulis, recensetur & illustratur:

STVDIO

AVBERTI MIRÆI *Bruxellensis*.

S. T. L. & Decani Antuerpiensis.

BIBLIOTECA

ANTVERPIÆ,
Apud IOANNEM CNOBBARVM,
M. DC. XXX.
Cum gratia & Priuilegio.

Digitized by Google

Digitized by Google

PHILIPPO IV.

HISPANIARVM

ET

INDIARVM

REGI CATHOLICO

BELGARVM PRINCIPI.

Maiores tuos, Rex Catholice, Belgicæ, inquam, tuæ Principes, Pipinos, Carolos, Ludouicos, Arnulfos, Godefridos, Balduinos, Ansfridos, Robertos, & ex altero sexu Gertrudes, Beggas, Gerbergas, Adelas, Richildes velut reduces ac coram loquentes in theatrū produco. Suis illi verbis, suo ore dicent, qui Principes tot augusta apud nos templa, tot illustria Canonicorum collegia, tot opulenta monachorum cœnobia, tot religiosorum hominum asceteria, tot peregrinorum xenodochia, tot ægrorum nosocomia excitarint ac dotarint. Post Chilpericum, Dagobertum, Childericum & Theodericum Reges,

Digitized by Google

Tornacensis, Vedastinæ, Blandinienſis, Elnonenſis, aliarumque eccleſiarum dotatores, primi in ſcenam prodibunt, PIPINVS Landenſis cum filiabus ſuis S. Gertrude Niuellenſis in Brabantia, & S. Begga Andennenſis in agro Namurcenſi, nobiliũ collegiorum conditricibus; S. VINCENTIVS Comes Sonegienſis & Altimontenſis in Hannonia templorũ ſtructor, cũ coniuge ſua S. VValdetrude Montenſi, eiuſque ſorore S. Aldegunde Melbodienſi; Carolus MARTELLVS Vltraiectinæ apud Batauos cathedræ, operâ S. VVillibrordi, auctor, PIPINVS ex Maiore domus regiæ in Auſtraſia Rex Francorum, Epternacenſis in Ducatu Lutzeburgenſi & aliorum alibi priorum cœtuum benefactor eximius.

Quid de Pipini filio CAROLO, propter rerũ, quas geſsit, magnitudinem verè Magno dicam? Is bella geſsit varia, Aquitanicum, Longobardicum, Hiſpanicum, Bohemicum, Danicum, Boicum & alia, felici euentu omnia: quòd Eccleſiæ orthodoxæ propugnator fortis in primis ac munificus cùm eſſet, à ſupremo cœli Imperatore ſemper fuerit mirificè propugnatus. In Longobardos certè à multis retrò annis Sedi Apoſtolicæ infeſtos, Hadriani Pontif. Max. hortatu, arma ſumpſit, Regemque illorum Deſiderium ſceptro priuauit, & Leodicum miſit exula-

exulatum. In Germania nouas Episcopis sedes posuit, Monasterienſem, Mindenſem, Halberſtadienſem, Oſnaburgenſem, Paderbornenſem, Verdenſem, Hamburgenſem & Hildesheimenſem: duas ad dignitatem Metropolitanã prouexit, Iuuauienſem & Hamburgenſem. Aquiſgrani baſilicam rotundam Virgini-Matri condidit, auro, argento, columnis marmoreis Româ & Rauennâ aduectis, cancellis denique ac portis ex ære ſolido ornauit: quæ fabrica hodieque magna admiratione ſpectatur. Carolum exceperunt filius Ludouicus Pius, & nepotes, Lotharius ex Imperatore monachus Prumienſis, Carolus Caluus & Ludouicus Germanicus: quos de Cameracenſi, Tornacenſi, Niuellenſi, Blandinienſi, Marchianenſi, Haſnonienſi, Dononienſi & aliis eccleſiis optimè meritos fuiſſe conſtat.

Vt ad minorum gentium Principes tranſeam, Arnulfus Magnus Flandrorum Comes Brugenſe Canonicorum S. Donatiani collegium, nunc cathedrale, ſuo ære conſtituit, Sigifridus Comes primus Lutzeburgenſis Epternaci monachos à ſe collocatos dotauit, Theodericus Hollandiæ Comes Egmondanũ, Ansfridus ex Louanienſi & Huienſi Comite Epiſcopus Vltraiectinus Paulinum, Henricus Comes Louanienſis Affligemenſe, Balduinus

Insulanus Flandrię Comes Eihamense & VVinnocibergense, Robertus Ieroſolymitanus Andreanum prope Brugas, Conradus Comes Lutzeburgensis Munsterienſe, Godefridus Barbatus Brabantiæ Dux Fliderbecanũ, Parcense & Bigardienſe, & alia alibi monasteria alij fundarunt. Idem Balduinus Insulanus Insulense & Harlebecanum, Lambertus Baldricus Louanienſe & Bruxellense, S. Megengosus Gelriæ Princeps Vilicense in diœceſi Colonienſi, Godefridus Bullonius ex Lotharingiæ noſtræ inferioris Duce Rex Ieroſolymitanus Antuerpiense, Balduinus ex Flandrię Hannonięque Comite Imperator Conſtantinopolitanus Curtracense, Philippus Alsatius Arienſe & alia Canonicorum collegia excitarunt.

Ex altero ſexu Gerberga Gisleberti Lotharingię Ducis vidua, pòſt Francorum Regina, Marsanenſem in agro Falcoburgenſi, Hilsundis Ansfridi Comitis ſuprà laudati vxor Thorenſem ad Mosam, Adela Flandriç Comitiſſa Meſsinenſem, Richildis Hannoniæ Comitiſsa Dionyſianam prope Montes, & alias aliis in prouinciis eccleſias conſtituerunt & vectigalibus annuis ditarunt.

Cęterùm ad ſacræ Maieſtatis Tuæ pedes tot illuſtrium anteceſſorum tuorum DONATIONES PIAS ſumma

ſumma qua poſſum veneratione nunc depono. Latebant illæ in archiuis eccleſiarum, & cum blattis ac tineis luctabantur: è tenebris à me erutæ, & temporum locorumque notis diſtinctæ ad Aulam tuam, nobiliſsimarum diſciplinarum Academia à Te nuper auctam ac decoratam, ire porrò geſtiunt. Et verò in terras pij ac munifici Principes iſti, quorum Donationes pias profero, ſi redirent, nulla de re ſibi potiùs gratularentur, quàm à Te, tot regnorum ac ditionum herede, id ipſum ſummo ſtudio agi, quod ipſi quondam religiosè præſtiterunt: nimirum vt tuis in prouinciis Belgicis vera pietas, cum ſincera Chriſti doctrina, pulſis hæreſibus, efflореſcat. Atque hanc quidem laudum tuarum partem præ cæteris ſuſpiciendam cenſeo, qua CATHOLICI nomen, quod frendente nequidquam inuidia geris, maximè retineri & ornari poſſe iudicas. Det vtinam votis ac conatibus tuis Deus, vt ij populi, quos ad rebellandum violatæ religionis error abduxit, ad Eccleſiæ catholicæ caſtra, rebellione eiurata, aliquando reuertantur! In quo voto Deum venerans finio. Antuerpiæ Idibus Septembris M. DC. XXX.

S. M. T.

deuotus

AVBERTVS MIRÆVS.

CENSORIS APPROBATIO.

TRactatus cui titulus, NOTITIA ECCLESIARVM BELGII, *collectus studio Amplissimi Viri & Reuerendi admodum Domini* AVBERTI MIRÆI, *Decani insignis ecclesiæ cathedralis B. Mariæ Antuerpiæ, & eruditissimis per eumdem Notationibus illustratus, continens veteres Ecclesiarum fundationes & donationes, nec non antiquissimarum familiarum Regum, Ducum & Comitum stirpes, magno cum fructu publicam lucem aspiciet. Datum Antuerpiæ* 20. *Augusti* 1630.

ZEGERVS van HONTSVM, Canonicus
& Pœnitentiarius Antuerpiensis,
librorum Censor.

NOTITIA ECCLESIARVM BELGII

CAPVT I.

Excerptum ex Notitia Prouinciarum & Ciuitatum Galliæ, Honorij Imp. anno, circa annum Christi 410. condita.

Prouincia BELGICA PRIMA. Ciuitates numero IV.

Metropolis ciuitas Treuerorum.	*l'Archeueſché de Treues.*
Ciuitas Mediomatricorũ Mettis.	*l'Eueſché de Metz.*
Ciuitas Leucorum Tullo.	*l'Eueſché de Toul.*
Ciuitas Verodunenſium.	*l'Eueſché de Verdun.*

Prouincia BELGICA SECVNDA. Ciuitates numero XII.

Metropolis ciuitas Remorum.	*l'Archeueſché de Reims.*
Ciuitas Sueſſionum.	*l'Eueſché de Soiſſons.*
Ciuitas Catuellaunorum.	*l'Eueſché de Chaalon.*
Ciuitas Veromanduorum.	*l'Eueſché des Vermandois* nunc *Noyon.*
Ciuitas Atrebatum.	*l'Eueſché d'Arras.*
Ciuitas Camaracenſium.	*l'Eueſché de Cambray.*
Ciuitas Turnacenſium.	*l'Eueſché de Tournay.*
Ciuitas Siluanectum.	*l'Eueſché de Senlis.*
Ciuitas Bellouacorum.	*l'Eueſché de Beauuais.*

Ciuitas Ambianensium.	*l'Eueſché d'Amiens.*
Ciuitas Morinum.	*l'Eueſché de Teroane.*
Ciuitas Bononiensium.	*l'Eueſché de Bouloigne.*

Prouincia GERMANIA PRIMA. Ciuitates numero IV.

Metropolis ciuitas Moguntiacensium.	*l'Archeueſché de Maience.*
Ciuitas Argentoratensium.	*l'Eueſché de Straſbourg.*
Ciuitas Nemetum.	*l'Eueſché de Spire.*
Ciuitas Vangionum.	*l'Eueſché de VVorms.*

Prouincia GERMANIA SECVNDA. Ciuitates numero II.

Metropolis ciuitas Agrippinensium.	*l'Archeueſché de Cologne.*
Ciuitas Tungrorum.	*l'Eueſché de Tungre, nunc Liege.*

NOTATIO.

Cameracensis, Atrebatensis & Tornacensis Episcopatus olim Remensi Archiepiscopo fuerunt suffraganei. Anno 1559. Philippo II. Rege Catholico Belgarumque Principe petente, Paulus IV. Papa tres Archiepiscopatus, Mechliniensem, Cameracensem & Vltraiectensem instituit; & Mechlinienſi Antuerpiensem, Brugensem, Gandensem, Iprensem, Ruræmondensem, Buscoducensem; Cameracensi Atrebatensem, Tornacensem, Audomarensem, Namurcensem; Vltraiectensi Dauentriensem, Groningensem, Harlemensem, Leouardiensem, & Middelburgensem, Episcopos voluit esse suffraganeos. Plura qui volet, Notitiam Episcopatuum orbis Christiani, typis Plantinianis à nobis editam consulat.

CAPVT

CAPVT II.

Excerptum ex Testamento S. Remigij Remorum Archiepiscopi, Francorum ac Belgarum Apostoli, qui circa an. 525. obyt.

ECCLESIÆ ATREBATENSI, cui, Domino annuente, VEDASTVM fratrem meum carissimum Episcopum consecraui, ex dono iam dicti Principis (Ludouuici Francorum Regis) villas duas in alimoniis clericorum deputaui, *Ortos* videlicet & *Sabucetum*: quibus etiam, pro memoria nominis mei, solidos viginti dari iubeo.

NOTATIO.

Testamentum S. Remigij, quod Flodoardus in Hist. Remensi recitat, signarunt inter alios S. Vedastus Atrebatensis, & S. Medardus Nouiomensis ac Tornacensis Episcopi.

ORTOS, *Ourton*, vicus Artesiæ. SABVCETVM, *Souché*, vicus tertio lapide ab Atrebato.

Cæterùm Clodoueus Magnus (quem S. Remigius Ludouuicum appellat) Childerici filius, Merouei nepos, vxorem habuit S. Chrotildem, Martyrologij Rom. tabulis die 3. Iunij adscriptam, Chilperici Burgundionum Regis filiam.

Burgundionum Reges primæ stirpis: ex quibus orta S. Chrotildis, vxor Clodouei I. Francorum Regis Christiani.



CAPVT

CAPVT III.

Chilpericus I. Francorum Rex, Clotarij F. Cladouei Magni N. dotat ecclesiam cathedralem Tornacensem an. 575.

IN nomine omnipotentis Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, CHILPERICVS, diuinâ præueniente clementiâ, Rex Francorum. Quantò alios regiâ celsitudine præcellimus, tantò Christum honorare & eius Ecclesiam impensiùs volumus. Et in Christi repensionibus sacerdotum & Pontificum, vel seruorum Dei, quæ pro eorum vtilitatibus pertinent, libenter præstamus vel concedimus: & hoc nobis ad laudem vel stabilitatem regni nostri, in Dei nomine, pertinere confidimus.

Idcirco noscat fidelium humilitas vel magnitudo, quòd nos Apostolico viro domno CHRASMARO, Nouiomagensis vel Tornacensis vrbis Episcopo, teloneum de nauibus super fluuio *Scalt*, qui pertinet ad fiscum Tornacum, vel quolibet commercio, seu & de cariagio vel de sagenis, nec non de ponte super fluuio Scalt, vel de omnibus venalibus vbicumque vendantur, vndecumque teloneus exigitur, sicut Fiscus noster & regia potestas vendicare potest, imò & iustitiam de ipso teloneo, in stipendiis Canonicorum, nostrâ gratiâ plenè visi sumus concessisse. Quapropter per hoc præceptum specialiùs decernimus pro donando, quòd perpetualiter circa ipsum domnum Chrasmarum Pontificem, vel ipsius sanctæ ecclesiæ Tornacensis successoribus suis, pro tempore, volumus esse concessum. Datum Bibrax, Chilperici anno primo, Indictione XIII. in Dei nomine feliciter, amen.

Francorum, Austrasiorum & Burgundionum Reges Merouingi.



CAPVT IV.

Dagobertus Francorum Rex an. 639. donat S. Amando Tungrensi Episcopo fundum inter Scarpum & Elnonem fluuios, in diœcesi Tornacensi, ad ædificandum monasterium, quod hodie S. Amandi dicitur.

DAGOBERTVS diuina ordinante clementia Rex. Tam præsentium quàm futurorum solertiam scire volumus, quòd venerabilis vitæ AMANDVS Episcopus, qui per gratiam Dei filium nostrum SIGEBERTVM baptizauit, iam quibusdam ecclesiis seu monasteriis, ad augmentum diuini cultus, constructis ac bene dispositis, Excellentiá nostram adierit, & vt non deficiens Dominicæ vineæ cultor, confidens autem de nostræ largitatis beneficio, locum situm inter duos fluuios Scarp & Elnonem, à nostra liberalitate sibi concedi humiliter petierit. Nos igitur locum, quem petierat, cum vtraque aqua & silua circumquaque succrescente, prona animi deuotione concessimus, & concessionem nostram rata legum sanctione stabiliuimus.

Datum Kalendis Maij, Indictione II. anno XI. regni domini Dagoberti. 639. Actum Parisius ciuitate feliciter, amen. Gerardus Notarius, ad vicem Dadonis Cancellarij, recognouit.

CAPVT V.

Adroaldus vir nobilis S. Bertino, eiusq; sociis S. Mommeleno & Ebertrando, an. 654. dat villam Sithiu in pago Teruanensi, ad ædificandum monasterium, quod hodie S. Bertini dicitur.

DOminis sanctis presbyteris BERTINO, MOMMELENO, EBERTRANDO, ego in Dei nomine ADROALDVS, sanâ mente sanoque consilio integrę deliberationis, prout mundana peccata abstergere Dominus dignetur, dono vobis omnẽ rem portiõnis hereditatis meæ, in pago Taruanense, quam domno patri AVDOMARO, Apostolico viro,

viro, ad Xenodochium suum ædificandum, dare voluimus: sed ipse salubre consilium nobis donauit, vt ipsam rem vobis delegarem, vt ibi monasterium in honore S. Petri, principis Apostolorum, construere debeatis, ad conuersandum monachis, vbi beati pauperes spiritu & domestici fidei adunari debeant, quorum voces quotidie ad aures Domini personare noscantur, quorum petitiones audit & implet.

Propterea vobis in Christo patribus dono, per hanc epistolam donationis, in pago Taruanensi, villam proprietatis meæ nuncupatam *Sithiu*, super fluuium Agnione, cum omni merito suo, vel adiacentiis seu aspicientiis ipsius villæ. Hæc sunt, villa Magnigeloca, Vinciaco, Tatinga villa, Amreio, Masto, Fabricinio, Lonsantauas, & Adfundenis seu Malros, Alciaco, Lauriadiaca, villa Franciliaco, cum domibus, ædificiis, terris cultis & incultis. Facta est donatio VIII. Idus Septembris, anno XI. regni domini nostri Clodouei Regis. Actum Ascio, villa dominica publicè coram strenuis viris, quorum nomina cum subscriptionibus vel signaculis subter tenentur inserta.

Signaui ego Adroaldus hanc donationē à me factam, in Christi nomine, peccator.
Audomarus nomine, absque opere, Episcopus, pro testimonio.
Ego Adolfus presbyter. Ego Ingobertus presbyter.
Signum Chuneberti Graphionis. S. Landeberti.
S. Maurilionis. S. Baboni, & aliorum.

NOTATIONES.

S. BERTINVS, patriâ Constantiensis, cum S. Mommoleno (pòst Noviomensi Episcopo) & Ebertrando, ex Luxouio Burgundiæ cœnobio, ad S. Audomarum Morinensem Episcopum veniens, *Sithiense* monasterium an. 654. construxit, opibus Adroaldi: in eoque Abbas primus an. 698. obijt. Est illud hodie Benedictinorum illustris Abbatia, intra muros vrbis Audomaropolitanæ in Artesia, S. Bertini nomine clara. Idem Adroaldus S. Bertino dedit *Alciacum* prædium, cuius in diplomate recitato fit mentio: quod hodiè similiter est Benedictinorū Abbatia in Artesia, *Aulcy les moines*, infrà suo loco laudanda.

CHVNEBERTVS] seu Chonebertus, Graphio vel Grauio, id est, Comes, Maricolensis in Hannonia Abbatiæ fundator, infrà cap. 8.

CAPVT

CAPVT VI.

Clotarij III. *Regis præceptum de fundatione & immunitate monasterij Corbeiensis, circa annum* 662. *scriptum.*

CHLOTHARIVS Rex Francorum, vir inluster. Ad mercedem nostram in Dei nomine credimus pertinere, quidquid pro animæ salute locis Sanctorum conferimus, vt ibidem perenniter proficiat, & gloriam Deo auxiliante habere mereamur. Igitur dum nos, & præcelsa genetrix nostra, domna BALDECHILDIS Regina, monasterium in honore SS. Petri & Pauli Apostolorum, & S. Stephani protomartyris, super fluuium *Somna* in loco qui dicitur CORBEIA, quem Guntlandus quondam possederat & ad fiscum nostrũ peruenerat, vbi præest venerabilis vir *Theodesridus* Abba, pro æterni numinis intuitu ædificari præcepimus, vt monachi sub sancta regula ibidem debeant conuersari.

Cognoscat strenuitas vestra, quòd nos ipsam villam Corbeiam ad ipsum monasterium, cum adiacentiis suis in integrum; seu & alias villas *nuncupantes Folieto*, Gentilla, Cipiliaco villa, vel reliquas adiacentias earum ad integrum, Albiniaco cum adiacentiis vel appenditiis suis, quantum ibidem fiscus noster tenuit, ad integrũ, in pago Ambianense; seu & Monciaco, Walliaco, Bellirino, cum adiacentiis earum, in pago Atrabatense: imoque & villam, quæ vocatur Templum Martis, sitam in pago Ambianense, ad integrum, cum pagena de Silua de foreste nostra Windegonia, hoc est, per loca denominata, à fine Cartainse vsque in Dominico lacco, per Siccasi deinde, per ceruorũ Marcasio, per Bagusta, per via publica vsque Fraudehario exsarto. Similiter & portionem in loco qui vocatur Taceaco, quem Frodinus de Vrsino dato pretio comparauit, & ad fiscum nostrum ipse Frodinus in compensationem pro alia re dedit in ipso pago Ambianense, à die præsenti sub integra immunitate, absque introitu iudicũ, visi fuimus concessisse.

Proinde per hanc præceptionem specialiùs decernimus esse mansurum, vt tam ipsum locum Corbeiam, quàm & suprascriptas villas, vnà

cum terris, domibus, mancipiis, ædificiis, vineis, siluis, pratis, pascuis, farinariis & cunctis appenditiis, vel quod ibidem videtur adspicere, pars ipsius monasterij, vel omnis congregatio de ipso monasterio valeat possidere vel dominari.

Et nullus quilibet de iudicibus nec ad ipsum monasterium, nec ad homines suos, nec in curtes suas, quidquid à die præsenti ibidem contulimus, & quod à nobis, vel à succedentibus domnis Regibus, vel à Deum timentibus hominibus inibi fuerit collatum, nec ad causas audiendum, nec freda exigendum, nec mansiones faciendum, nec paratas requirendum, nec villas redhibitiones in villis superiùs nominatis, quicquid tempore præsenti videtur possidere, aut adhuc, vt diximus, à nobis vel succedentibus Regibus, vel à Deum timentibus hominibus inibi additum vel delegatum fuerit, ipsa iudiciaria potestas non præsumat ingredi: sed pars ipsius monasterij, vel omnis congregatio ibidem consistens, absque introitu iudicum, vt diximus, sub integra immunitate possidere valeat vel dominari. Et vt hæc præceptio nostra perenni tempore firmiorem obtineat vigorem, nos & præcelsa genetrix nostra domna Baldechildis Regina signaculis manus nostræ subter decreuimus affirmare.

NOTATIO.

Istvd Clotarii Regis præceptum ex ms. codice Virdunensi primus edidit R. P. Iacobus Sirmondus, tom. 1. Conciliorum Galliæ. Extat aliud ibidem pro Corbeiensi monasterio diploma Chilperici Regis, anno primo regni datum; qui Childericum genitorem suum, Baldechildem auiam, Clotarium auunculum, id est, patruum vocat. Idque eò impensiùs obseruandum monet Sirmondus, quòd Chilperici huius, Childerico geniti, Annales Francici non meminerint.

Baldechildis] aliàs Balthildis seu Bathildis, Romani Martyrologij fastis ad diem 26. Ianuarij adscripta.

Præter Corbeiam Gallicam in diœcesi Ambianensi sitam, est altera Saxonica, ad Visurgim fluuiũ in diœcesi Paderbornensi an. 822. à Ludouico Pio Imp. ædificata, suadente S. Adelardo Abbate, Caroli Martelli nepote; vt Lamb. Scafnaburgensis tradit.

CAPVT

CAPVT VII.

Excerptum ex priuilegio libertatis, quod monasterio Corbeiensi Berthefridus Episcopus Ambianensis concessit, anno Christi 664. Clotarij III. Regis 7.

DOminis sanctis & summi culminis apice pontificalis cathedræ specula præsidentibus in Christo fratribus, Niuoni, Genesio, Ethoaldo, Emmoni, Audoni, Audomaro, Audoino, Audeberto, Burgundofaroni, item Audeberto, Drauscioni, Berthefridus munere superni largitoris Ambianensis ecclesiæ Episcopus. Quia gloriosissimus domnus Chlotharius Rex, nec non & præcessa domna Balthildis Regina, monasterium in loco nuncupante CORBEIA construxerunt, petierunt vt & nos & vestra fraternitas consentientes, pro reuerentia SS. Petri & Pauli Apostolorum, & S. Stephani protomartyris, ad prędictũ monasterium, in eorum honore constructum, priuilegium concedere deberemus. Quod nos considerantes, pro reuerentia tantorum martyrum, seu prout monachi ibidem degentes sub regula sanctorum Patrum quieti conuersari possint, hoc priuilegium plenâ voluntate, vnà cum consensu fratrum meorum, concessisse vel indulsisse visus sum: per quod decerno, vt nec ego, nec vllus Episcoporum successorum meorum hoc inrumpere præsumat.

Nec nos hoc propriæ deliberationis instituto posteritas æstimet decreuisse: cùm etiam antiquiora, vel in nouo tempore monasteria propria priuilegia sint consecuta. Nam & Agaunensium, quod velut istud regio est munere ditatum, & Lirinensium, vel basilica domni Marcelli, imoque & monasterium Luxouiense, hoc videntur habere concessum. Illud etiam addi placuit, vt ipsi monachi sub regula S. Benedicti, vel S. Columbani, conuersari & viuere debeant. Quam definitionem constitutionis nostræ, vt nostris & futuris temporibus valitura sit, manus nostræ subscriptionibus roborauimus, & Coepiscopos domnos & fratres nostros rogamus, vt ipsum in omnibus confirmare debeant.

Berthefridus peccator, Ambianensium vrbis Episcopus, hoc priuilegium à me factum relegi, consensi & subscripsi.

Geneſius Epiſcopus hoc priuilegium conceſſi.
Chaoaldus Epiſcopus hoc priuilegium conceſſi.
Gautiobertus ac ſi peccator Epiſcopus ſubſcripſi.
Boſo Epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
Ragnobertus Epiſcopus conſentiens ſubſcripſi.
Mummolenus, ac ſi peccator, Epiſcopus ſubſcripſi.
Audobertus Epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
Audoënus Epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
Dado peccator conſenſi ac ſubſcripſi.
Emmo Epiſcopus ſubſcripſi.
Leodeboldus peccator Epiſcopus hoc priuilegium ſubſcripſi.
Chrodobertus peccator hoc priuilegium ſubſcripſi.
Paternus peccator, Egloenſis eccleſiæ ac ſi indignus Epiſcopus, hoc priuilegium conſenſi & ſubſcripſi.
Drauſcio ac ſi peccator conſenſi & ſubſcripſi.
Ego Audebertus Epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

664. Factum hoc priuilegiũ, ſub die octauo Idus Septembris, anno VII. regnante Clotario Rege, Captonnaco in palatio publico. Sigo in Dei nomine diaconus hoc priuilegium ſcripſi & ſubſcripſi.

NOTATIONES.

BERTHEFRIDVS] Ambianenſis Epiſcopus an. 650. Cabilonenſe concilium, & an. 658. Landerici Pariſienſis Epiſcopi priuilegium San-Dionyſianum ſignauit.

AVDEMARVS] vel Audomarus, Morinenſis ſeu Taruanenſis Epiſcopus, an. 659. Clodouei II. Regis priuilegium San-Dionyſianum ſignauit. Ad eumdem, inter ceteros Epiſcopos, hoc ſuum priuilegium direxit Berthefridus: quod tamen non ſignauit ipſe (vtpote morte aut alio incommodo præuentus) ſed eius ſucceſſor DRAVSCIO.

AVDOINVS] ſiue Audoenus Epiſcopus Rotomagenſis. Idẽ an. 650. Cabilonenſe concilium, & an. 658. Landerici Pariſienſis Epiſcopi priuilegium San-Dionyſianum firmauit.

AVDE-

AVDEBERTVS] Audobertus vel Autbertus, Cameracensis & Atrebatensis Episcopus, an. 658. Landerici Parisiensis Episcopi priuilegium San-Dionysianum, & an. 664. Berthefridi priuilegium iam recitatum signauit.

BVRGVNDOFARONI.] Sic legendum puto, non diuisim, *Burgundo, Faroni*. Idem Burgundofar Episcopus Meldensis an. 658. Landerici Parisiensis Episcopi priuilegium San-Dionysianum signauit.

AVDOBERTVS] siue Audebertus, (alius à Cameracensi) Landericum in Parisiensi Episcopatu præcessit, & an. 650. Cabilonense concilium, per manum Germoaldi Abbatis, signauit. Itaque secundus Audobertus, qui Berthefridi priuilegium iam recitatum signauit, non fuit Parisiensis Episcopus, sed alterius loci: Siluanectensis fortasse.

MVMMOLENVS] S. Eligio in Episcopatu Nouiomensi ac Tornacēsi circa an. 660. successit. Idem Eligius an. 650. Cabilonense concilium, an. 658. Landerici Parisiensis Episcopi priuilegium San-Dionysianum, & an. 659. Clodouei II. Regis priuilegium San-Dionysianum firmauit.

LANDERICVS Parisiensis Episcopus an. 659. Clodouei II. Regis priuilegium San-Dionysianum signauit.

CAPVT VIII.

Childericus Francorum Rex, eiusq; vxor Blidechildis, dant S. Amando Tungrensi Episcopo Barisiacum, Laudunensis agri villam, an. 665.

CHILDERICVS Rex Francorum, & BLIDECHILDIS Regina, viro illustri Bertuino Comiti, & Bertelando Vicario. Cognoscat magnitudo vel vtilitas vestra, quia nos propter nomen Domini vel amorem cælestem, Apostolico patri nostro AMANDO Episcopo, villam nostram nuncupatam *Barisiacum*, sitam in pago Laudunensi, quam vsque nunc Fiscus noster tenuit, promptissimâ deuotione, cum vniuersis villulis ad se adspicientibus, & cum omni integritate ad se pertinente, concedimus & concessam esse volumus. Quapropter decernimus ac iubemus, vt ipsam villam memoratam Barisiacum, cum omnibus ad se pertinentibus, sicut Fiscus noster ibidem tenuit ac possedit,

& ipse Pontifex domnus Amandus, ad opus monachorum suorum, absque vlla contradictione vel diminoratione, teneat ac possideat.

Signum Childerici Regis.
Blidechildis Regina subscripsi.

665. Datum sub die Kalend. Augusti, anno II. regnante domino nostro Childerico Rege.

CAPVT IX.

S. *Huntbertus siue Humbertus Episcopus, & Abbas Maricolensis in Hannonia, suum illud monasterium, à Choneberto Comite constructum, dotat an.* 667.

ANno XII. regni domni nostri Childerici glorioſi Regis, XV. Kal. Aprilis, ego in Dei nomine HVNTBERTVS, etsi indignus peccator, dono ad sacrosanctum monasterium, quod vocatur MARICOLAS, quod vir illustris CHONEBERTVS quondã suo opere constituxit, vbi ego ipse indignus peccator Abbas præesse videor, consecratum in honore S. Mariæ, matris Domini nostri Iesu Christi, & SS. Petri & Pauli Apostolorum, vel reliquorum dominorum, qui in ipsa basilica venerantur, situm in pago Fanomartensi, super fluuiolum, qui vocatur Helpre, hoc est, partem maximam de possessione nostra in villa nuncupata Macerias, sita in pago Laudunensi, super fluuiũ Iseram, quam de auia mea, Deo sacrata, Audeliana, quondam dato pretio, per venditionis titulum comparaui.

Præsens donatio à me facta, omni tempore firma & inuiolata permaneat, stipulatione subnixa idoneorum testium, domini videlicet VINDITIANI Episcopi, & Fulberti mei fratris. Actum Maricolis: ipse tamen Huntbertus, etsi peccator, Abbas propria manu confirmo.

CAPVT

CAPVT X.

Theodericus I. Francorum Rex circa an. 673. varia prædia donat monasterio S. Vedasti, in vrbe Atrebatensi sito.

THEODERICVS gratia Dei Rex. Nouerit omnium fidelium solertia, quòd adierunt Celsitudinem nostram monachi ex monasterio quod vocatur *Nobiliacus*, vbi pretiosus confessor Christi VEDASTVS corpore quiescit; humiliter postulantes, vt regale decretum nostrum super villis, quæ nostra munificentia iam sibi cesserant, firmari iuberemus.

Igitur monachis inibi Deo in perpetuum famulantibus regali liberalitate confirmamus, quæ iam eadem liberalitate concessimus, ad matriculam scilicet ecclesiæ in Atrebato pago Atheias, Felciacum; ad portam ecclesiæ Berniuillam, Daginuillam; in pago Veromandensi Mediolanas, Valles, Putheas aquas; in Batua Rexnam, Wulfaram cum capella Rothem, & aliam Rothem; in pago Hasbanio & Ribuario Haimbecha, Halmala, Torona, & inter Altheim, Maridas, Ambron, Musinium; in Watreuio Cambach cum appendiciis suis & ecclesia; in pago Caribant Maxtin cum appendiciis, in Pabula Montes....

NOTATIO.

THEODERICI I. Francorum Regis, eiusque coniugis DODÆ tumulus hodieque visitur Atrebati in Abbatia Vedastina, his versibus additis:

Rex Theodericus, ditans vt verus amicus
Nos ope multimoda, iacet hic cum coninge Doda.

CAPVT

CAPVT XI.

S. Irmina, Dagoberti I. Francorum Regis filia, monasterij Horreensis in vrbe Treuerensi fundatrix, & Abbatissa, dat S. VVillibrordo, Episcopo Vltraiectino, medietatem Epternaci opidi, in Ducatu Lutzeburgensi nunc siti, itemq; basilicas à se ibidem ædificatas, cum variis prædiis, anno 698. aut. 699.

DOmino sancto ac venerabili in Christo patri WILLIBRORDO Episcopo IRMINA, in Christo Deo sacrata Abbatissa. Dum ab omnibus non habetur incognitum, quòd ego, inspirante misericordiâ Christi, pro consilio virorum Apostolicorum, patrum nostrorum, domini *Basini* & domini *Leotvvini*, Episcoporum, seu & pro consensu sororum nostrarum Christo seruientium, quæ nobiscum sunt congregatæ, basilicas in nomine S. Trinitatis, vel in honore gloriosissimæ virginis Mariæ, genitricis Domini nostri Iesu Christi, seu & beatissimorum Apostolorum Petri & Pauli, vel cæterorum Sanctorum, in villa mea propria, quæ vocatur EPTERNACVS, sita super fluuio Sura, seu & monasteriolum ibidem, ad monachos peregrinos conuersandum, pro diuino respectu, vel pro animæ meæ remedio construxi: idcirco dono vobis, donatumque esse volo, memoratas basilicas Sanctorum, ad gubernandum vel dominandum.

Item dono vobis, ad supradicta loca Sanctorum, portionem meam ibi ipsa villa Epternaco, hoc est, quantumcumque ex successione paterna vel materna mihi obuenit, tam in domibus quàm ædificiis, mansis, mancipiis, vineis, campis, pratis, siluis, seu & pastores vaccarios, porcarios, veruecarios, cum gregibus eorum, vel cum appenditiis suis; exceptis hominibus illis, quos per epistolas nostras ingenuos relaxauimus. Similiter dono vobis, vel ad suprà dictas basilicas, vineæ pedecuram vnam in monte VIENNENSI, cum vinitore, nomine Alitfrido, cum omni peculiari suo.

699. Actum Treueris, sub die Kalend. Nouembris, anno IV. domini nostri Childeberti Regis. Ego Huncio in Christi nomine presbyter hanc chartulam donationis, iubente dominâ meâ Irmina, perscripsi: & ipsa subter

subter manu propria, vnà cum testibus, firmauit, & qui subscripserunt, in præsenti rogauit.

Ego IRMINA in Christi nomine hanc donationem relegi.
Basinus Episcopus. Leodovvinus Episcopus.
Theodefridus presbyter. Walthanius diaconus.
Gangbertus presbyter. Hudobertus presbyter.

NOTATIONES.

BASINVS & Leotvvinus] seu Luitvvinus, Episcopi Treuerenses.
VIENNENSIS mons] nunc Viandensis in agro Luxeburgensi.
IRMINA] Martyrologio Rom. 24. Dec. adscripta, dedit S. Willibrordo medietatē Epternaci; alteram portionem eidem Pipinus Herstallius concessit, anno XII. regni Childeberti.

CAPVT XII.

Childebertus II. *Francorum Rex, Theoderici* I. *filius, Solemium vicum Hannoniæ in pago Fanomartensi situm, dat monasterio S. Dionysij in Francia, anno* 705.

CHILDEBERTVS Rex Francorum, vir inlustr. Cognoscat magnitudo omnium tam præsentium quàm futurorū, quòd nos villam nostram nuncupatam SOLEMIVM, quæ ponitur in pago Fanomartinse, super fluuio Saue, vnà cum omni mercato vel adiacentia sua, & quidquid fiscus noster tam de garantia quàm de mercedis ibidem tenuit, vel de qualibet consuetudine ibidem possiditur, etiam cum oratorio illo ad CRVCEM, quæ subiungit ab ipso termino de ipsa villa Solemio, quæ est constructa in honore S. Martini, cum omnibus suis, quæ ibidē adspiciunt, vbi Madalgisclus seruus noster custos præesse videtur, cum terris, ædificiis, mancipiis, vineis, siluis, ad basilicam domni Dionysij martyris, vbi ipse pretiosus domnus in corpore requieuit, vbi venerabilis vir Chilardus Abba præesse videtur, cum omni integritate *Solesmes.* *Croix.*

gritate, ad opus ipſius domni Dionyſij, vel congregationis ſuæ ibidē conſiſtentis, viſi fuimus conceſſiſſe.

Signum Childeberti Regis.
Cancellarius Bralamo, iubente domno Rege, ſubſcripſit.

705. Datum Confintiſce, Martij die XII. anno verò XII. regni noſtri. Mamarctas in Dei nomine recognouit feliciter, amen.

CAPVT XIII.

Theodericus II. *Francorum Rex, Dagoberti* II. *filius, Childeberti* II. *nepos, immunitatem & prædia monaſterij Bertiniani an.* 720. *confirmat, petente S. Erkembodo Abbate, poſt Epiſcopo Morinenſi.*

THEODERICVS Rex Francorum, vir illuſter, Grauionibus ſeu & omnibus Agentibus, vel iunioribus eorum. Venerabilis vir ERKEMBODVS Abbas de monaſterio *Sithiu* (quod eſt in pago Taruanenſi, in honore S. Mariæ genetricis Domini noſtri Ieſu Chriſti, nec non & SS. Petri & Pauli Apoſtolorum vel cęterorum dominorum Sanctorum conſtructum) ad noſtram acceſſit præſentiam. Cuius petitioni ita præſtitiſſe & in omnibus confirmaſſe cognoſcite. Præcipientes enim præcipimus, vt quidquid conſtat proauum noſtrum Clodoueū quondam Regem de ipſa emunitate conceſſiſſe *Bertino* anteceſſori ſuo, vel poſtea ipſi auunculi, vel auus noſter Clotharius & Theodericus, Childebertus & Chilpericus, etiam & confirmationes conſobrini noſtri Chilperici quondā Regis iuſtè & rationabiliter conceſſerunt & confirmauerunt, vel de eo tempore vſque nunc recto tramite ſunt conſeruatæ, ita & in poſtmodum per noſtrum præceptum pleniùs in Dei nomine confirmamus inſpectas ipſas pręceptiones ſupraſcriptorum Principum, ſicut per eaſdem declaratur.

Signum glorioſi Regis Theoderici.

720. Data, quando fecit Martius dies tres, anno primo regni noſtri, Sueſſionis ciuitate, in Dei nomine feliciter.

CAPVT

CAPVT XIV.

Carolus Martellus, Maior domus regia, dotat ecclesiam cathedralem Vltraiectensem, an. 721. aut 722.

EGo in Dei nomine illuster vir KAROLVS, Maior domus, filius Pippini, donamus ad monasterium, quod est infra muros in Traiecto castro constructum, vbi Apostolicus vir, dominus & in Christo pater noster WILLEBRORDVS Archiepiscopus, custos præesse videtur, omnem rem in Fisci ditionibus, quidquid in ipso Traiecto castro, tam infra muros quàm à foris, cum omnibus appenditiis, cum illo pascuo Praueuingo, vel quidquid ibi Fisci ad præsens esse videtur. Et similiter villam vel castrum nuncupatum *Fechna*, situm in Insterlaco, *Fechten.* cum omni iure & solidiatte sua, tradimus atque delegamus. Actum 722. Herestallio villa publica, in ipso die Kalendarum Ianuarij, anno secundo, regnante Theoderico Rege.

Signum illustris viri Karoli, Maioris domus.
S. Karolomanni, filij eius. S. Adalhardi.
Chaldo Cancellarius, rogatus à Karolo suprà dicto, scripsi & subscripsi.

Idem Carolus Martellus Elistam, sui iuris villam, an. 725. aut 726. donat ecclesiæ S. Saluatoris Vltraiectensi, quæ tunc erat cathedralis.

Ego in Dei nomine inluster vir KAROLVS, Maior domus, filius Pippini, trado ad basilicam quæ est constructa in honore Saluatoris Domini nostri Iesu Christi, & B. Mariæ genitricis Dei, sed & beatorũ Apostolorum Petri & Pauli, villam iuris nostri nuncupatam *Elistæ* in loco Marithaime, in pago Batua: quantumcumque ibi habuit vel possedit Euerardus, dũ ipse infidelis Regi apparuit, & foris patria ad infideles se sociauit, & propter hoc omnes suæ res in Fisco Regali fuerũt redactæ, quas gloriosus Rex Hildebertus genitori nostro Pippino de

ſuo Fiſco, & ex largitatis ſuæ munere conceſſit, mihiq́ue genitor meus Pippinus iure hereditario in proprietatem conceſſit. Hæc omnia concedimus ad præfatam eccleſiam, vt dominus WILLEBRORDVS Epiſcopus præfatas res in ius & dominium ſuum recipiat, ſuorumq́ue ſucceſſorum. Actum Tulpiaco caſtro publico, menſe Iulio, nono die, anno ſexto, regnante glorioſo Rege Francorum Theoderico.

Signum Karoli inluſtris viri.
S. Saleconis Comitis. S. Folcarij Comitis.
S. Herigeri Comitis. S. Erkenfridi Comitis, qui Aduocatus fuit Epiſcopi, & hanc traditionem manu ſua cum domino ſuo recepit.
Aldo clericus, iuſſus à domino meo Karolo, ſcripſi & ſubſcripſi hanc teſtamenti chartam, in Dei nomine feliciter, amen.

NOTATIO.

KAROLVS] Martellus ex Suanichilde, Odilonis Baioariorum Ducis filia aut nepte, tres filios genuit, *Karolomannum* Auſtraſiæ, Alemanniæ & Turingiæ Principem, pòſt anno 747. monachum Caſſinenſem, cuius hîc nomen inter teſtes habetur; *Pipinum* Franciæ Regem, & *Grifonem* Ducem XII. Comitatuum inter Sequanam & Iſaram. Præter quos idem Martellus & alios quinque liberos (ſed neſcio an ex Suanichilde) habuit, *Bernardum*, *Remigium* Archiepiſcopũ Rotomagenſem, *Hieronymum*, *Hiltrudem* ſeu Altrudem, Odilonis Bauariæ Ducis coniugem, & *Landradam*, Sigiramno ſeu Sigramno, potenti in Hasbania viro, nuptam.

Carolus



Bernardus, Martelli filius, genuit S. *Adalardū* & *VValam*, Corbeienſes ex ordine Abbates, *Theodradam* Abbatiſſam Sueſſionenſem, *Bernerium* ſeu Bernarium, & *Gundradam* monialē Pictauij ad S. Radegundē.

Ceterùm poſt Theoderici II. Regis obitum (qui an. 734. aut 736. deceſſit) Carolus Martellus ſolus ſine Rege annos ſeptem aut nouem regnauit: vt Sirmondus in Notis ad to. 1. Conc. Galliæ probat, ex veruſtis mss. codicibus, & ex San-Dionyſianis Caroli ipſius tabulis, quibus

bus Clipiacũ villam dat monaſterio S.Dionyſij.Nam Childericus II. (qui poſtremus Merouingorum Rex fuit) poſt aliquot annorum interregnum, quibus rerum potitus fuit Martellus, illo mortuo,Rex demum ab eius filiis renuntiatus fuit.

CAPVT XV.

Rohingus Antuerpienſium Princeps, eiuſq; coniux Bebelina, S. VVillibrordo Archiepiſcopo Vltraiectino donant eccleſiam caſtri Antuerpienſis, & tertiam partem telonei, an. 725. aut 726.

EGo in Dei nomine ROHINGVS & coniux mea BEBELINA donamus Apoſtolico domino & patri noſtro WILLIBRORDO Epiſcopo, donatumque in perpetuum eſſe volumus, hoc eſt, eccleſiam quæ conſtructa eſt infra caſtrum Antvverpis, ſuper fluuium Scalde, quam dominus Amandus Pontifex in honore SS.Petri & Pauli, Apoſtolorũ principum, vel cæterorum Sanctorum conſtruxit, & nos pro ipſa eccleſia, vel quidquid ibidem aſpicere videtur, venerabili viro Firmino, Abbati de monaſterio Quorcolodora, locellum noſtrum nuncupatũ Tumme in concambio dedimus, & nos poſtea à die præſenti iam dictam eccleſiam, vnà cum terris,domibus,ædificiis, accolabus, mancipiis, manſis, ſiluis,campis, pratis,paſcuis, ſupraſcripto domino Willibrordo donamus atque tradimus: & illud teloneum,quod ad partem noſtram ibidem venerat, hoc eſt, illam tertiam partem, ad integrum ei conceſſimus atque donauimus: in ea ratione, vt ibi thus vel luminaria debeant eſſe procurata, & presbyteri, qui ibi ſeruiunt, pro peccatis noſtris Domini miſericordiam debeant exorare. Actum publicè
726. eſt hoc Weimodo regia villa,cùm fecit October dies viginti,regnante Theoderico Rege anno ſexto.

Rohingi eiuſdem aliud diploma.

In nomine Dei, ego illuſter vir ROHINGVS, & coniux mea BEBELINA, donamus ad ſacroſanctam eccleſiam Petri & Pauli Apoſtolorum

rum, quam dominus AMANDVS Pontifex in Antvverpo construxit, vbi WILLIBRORDVS Episcopus præesse videtur, donatumque in perpetuum esse volumus, hoc est, villam nostram, quæ est constructa in pago Renensium, super fluuium Netha, quæ mihi de paterno iure legibus obuenit, in loco nuncupato Prepruſdare, cum omni integritate, & in alio loco de materno iure ad me pertinente, vocato Winlinde- *Wijnegem.*
chim, medietatem de casis, domibus, ecclesiis, mancipiis & omnibus pertinentiis tradimus atque transfundimus.

Excerptum ex Testamento eiusdem S. Willibrordi.

Ego in Dei nomine CLEMENS WILLIBRORDVS, Episcopus, dono à die præsenti, donatumque esse perennibus temporibus volo, ad monasterium EPTERNACVM, quod est constructum super fluuio Sura, in pago Bedensi, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & SS. Petri & Pauli Apostolorum, & S. Ioannis Baptistæ, vel cæterorum Sanctorum, vbi ego ipse Clemens Willibrordus custos vel gubernator præesse videor, & si Christo placet, corpus meum ibidem requiescere debet: hoc est, quòd dono vel trado ad ipsum sanctum locũ Epternacum omnem rem vel villas, seu mancipia, quæ mihi ingenui Franci, tradiderunt, vel condonauerunt: similiter illas res, quas dominus PIPINVS mihi condonauit vel delegauit, seu matrona sua PLICTRVDIS, siue filius suus dominus noster CAROLVS Maior domus: quas res ipsas dominus Carolus, & genitor Pipinus, tam me viuente, quàm de ista vita migrante, pro eorum mercede condonauerunt.

Et illas alias res ex parte denomino, vel homines qui mihi eas tradiderunt vel delegarunt, id est, vt hæc scriptura solenniter, pro temporum serie, confirmare debeat: & hi sunt homines nominibus his nominati.

ROHINGVS mihi condonauit vel tradidit ecclesiam aliquam, quæ est constructa in ANTVVERPO castello, super fluuio Scalde, in pago Renensium, cum appendiciis suis, villas denominatas his nominibus, Bacvvalde, Winnelincheime, Furgalare, & in ipso castello Antvverpo tertiam partem de illo teloneo. Et Heribaldus clericus mihi condonabat & tradidit ecclesiam aliam in pago Marsum, vbi Mosa intrat in mare, cum appendiciis suis, & marisco vnde berbices nascuntur. Et

Angil-

Angilbaldus mihi condonabat vel tradidit villam, quæ vocatur Wadradoch, in pago Taxandro, super flumine Duthmala.....

Superiùs nominatas vel scriptas res ego Clemens Willibrordus trado atque transfundo ad illam casam Dei superiùs nominatã Epternacum, vel ad illam sanctam congregationem Fratrum ibidem Deo
726. seruientium.... Actum anno VI. regnante Theodorico Rege.

CAPVT XVI.

Robertus Hasbaniæ Comes, Lamberti filius, quinque villas, Donck, Halen, Schaffen, Velpen, & Meerhout, donat monasterio S. Trudonis, circa an. 746.

EGO ROBERTVS Comes, filius quondam Lamberti, notum facio præsentibus & futuris, quòd anno quinto post obitum Theoderici Regis, die septimo post Kalendas Aprilis, legitimâ traditione dedi ac deputaui quidnam de allodio meo ad basilicam S. TRVDONIS, quæ est constructa in villa nomine Sarcinio, vbi ipse Sanctus Dei in corpore requiescit: cui etiam ecclesiæ venerabilis Abba Grimo nomine regulariter præesse videtur. Tradidi ergò in pago Hasbanensi locum quemdam qui dicitur *Dungo*. cum basilica inibi constructa, quam ego proprio labore ædificaui in honore beatæ Mariæ & S. Petri, S. Ioannis & S. Seruatij, & S. Lamberti, tam ipsum locum, quàm reliquas villas vel loca ad suprà dictum locum, de mea possessione, prætitulata scilicet *Halen, Schafnus, Felepa*, & *Marholt*. Ista loca suprà dicta sunt in pago Hasbanensi & Mansuarinsi: quæ omnia tradidi cum casis & curtibus ibidem iacentibus, cum pratis, campis, siluis....

NOTATIO.

Robertus Comes S. Eucherium Aurelianensem Episcopum, in exilium à Carolo Martello missum, benignè admodum & humanè suscepit, & fouit in Trudonensi monasterio: vt in illius loci Chronico ms. narratur. Idem cum vxore sua intra sanctuarium, non longè à sepulcro S. Trudonis, ad læuam sepultus fuit. Cuius corpus an. 1169. à Wirico

Wirico Abbate Trudonensi inuentum fuit, & in sarcophago lapideo depositum: quo tempore & corpora SS. Trudonis, Eucherij Episcopi, & Liberti martyris sunt inuenta: vt in eodem Chronico legitur.

CAPVT XVII.

Zacharias Papa an. 748. *hortatur Episcopos Galliæ & Germaniæ, vt ministeriis suis constanter insistant, cum S. Bonifacio, Archiepiscopo Moguntino, Sedis Apostolicæ Vicario.*

Dilectissimis nobis Reginfrido Rotomagensi Episcopo, Raimberto Ambianēsi Episcopo, Deodato Bellouacensi Episcopo, Eliseo Nouiomensi Episcopo, Fulcario Tungrensi Episcopo, Dauid Spironensi Episcopo, Ætherio Taruanensi Episcopo, Treuuardo Cameracensi Episcopo, Burchardo Wirtzburgensi Episcopo, Genebaudo Laudunensi Episcopo, Romano Meldensi Episcopo, Agilulfo Colonensi Episcopo, Heddo Stratsburgensi Episcopo, & ceteris amantissimis Coëpiscopis, presbyteris etiam, & diaconis, cunctisque orthodoxis Ecclesiarum Dei clericis, Apostolicam doctrinam tenentibus, ZACHARIAS diuina gratia præditus, Apostolicæ Sedis Pontifex, seruus autem seruorum Dei, in Domino salutem dicit....

Habetis nostrâ vice, ad confirmandam dilectionem vestram, & collaborandum vobis in Euangelium Christi, sanctissimum ac reuerentissimum BONIFACIVM, fratrem nostrum, Archiepiscopum, Apostolicæ Sedis Legatum & nostram præsentantem vicem. Sit ergò constantia vestra aduersus contentiones eorum, qui aduersa sapiunt, & non quæ Dei sunt. Deus vos incolumes custodiat, dilectissimi nobis.

CAPVT XVIII.

S. Bonifacij Moguntini & Vltraiectini Archiepiscopi epistola, ad Zachariam Papam, circa an. 750. scripta, de monasterio Fuldensi, quod construxerat.

REuerentissimo patri, dilectissimo domino, cum timore & honore venerando magistro, Apostolici honoris priuilegio prædito, pontificatus infulâ Apostolicæ Sedis sublimato ZACHARIÆ BONIFACIVS, exiguus seruus vester, licet indignus & vltimus, tamen Legatus Germanicus deuotissimus, optabilem in Christo immarcessibilis caritatis salutem.

Est locus siluaticus in eremo vastissimæ solitudinis, in medio nationum prædicationis nostræ, in quo monasterium construentes, monachos constituimus sub regula sancti patris *Benedicti* viuentes, viros strictæ abstinentiæ, absque carne & vino, absque sicera & seruis, proprio manuum suarum labore contentos. Hunc locum supradictum, per viros religiosos & Deũ timentes, maximè CAROLOMANNVM quondam Principem Francorum, iusto labore acquisiui, & in honore S. Saluatoris dedicaui. In quo loco, cum consensu pietatis vestræ, proposui aliquantulum vel paucis diebus fessum senectute corpus requiescendo recuperare, & post mortem iacere. Quatuor etenim populi, quibus verbum Christi, per gratiam Dei, diximus, in circuitu loci huius habitare dinoscuntur: quibus cum vestra intercessione, quamdiu viuo vel sapio, vtilis esse possum. Cupio enim vestris orationibus, comitante gratiâ, in familiaritate Romanæ Ecclesiæ, & vestro seruitio, inter Germanicas gentes, ad quas missus fui, perseuerare, & præcepto vestro obedire.

Priuilegium monasterij Fuldensis, à Zacharia Papa an. 751. concessum.

ZACHARIAS Papa Bonifacio Episcopo, & per eum in monasterio ab eo constructo successuris Abbatibus in perpetuum. Quoniam semper sunt concedenda quæ rationabilibus congruunt desideriis, opor-

tet v

tet vt deuotio conditoris pię constructionis oraculo in priuilegiis prę-
standis minimè denegetur. Igitur quia postulasti à nobis, quatenus
monasterium Saluatoris à te constructum, situm in loco, qui vocatur
Buchonia, erga ripam fluminis Fuldæ, priuilegij Sedis Apostolicæ in-
fulis decoretur, vt sub iurisdictione sanctæ nostræ, cui Deo auctore de-
seruimus, Ecclesiæ constitutum, nullius alterius ecclesiæ ditionibus
submittatur. Pro qua re piis desideriis fauentes, hac nostra auctoritate
id quod exposcitur effectui mancipamus. Et ideo omnem cuiuslibet
ecclesiæ sacerdotem in præfato monasterio ditionem quamlibet ha-
bere hac auctoritate, præter Sedem Apostolicam, prohibemus. Ita vt
nisi ab Abbate monasterij fuerit inuitatus, nec Missarum solennitatem
ibidem quispiam præsumat omnimodo celebrare: vt profectò, iuxta
id quod subiecti Apostolicis priuilegiis consistunt, inconcussè locus
dotatus permaneat.

CAPVT XIX.

Zachariæ Papæ epistola, ad S. Bonifacium Archiepiscopum an. 751. aut 752. scripta, qua Moguntinam sedem in Metropolim erigit, & quinque ciuitates, videlicet Tungrensem, Colonien-sem, Wormatien-sem, Spiren-sem & Vltraiectèn-sem eidem subiicit.

REuerentissimo & sanctissimo fratri BONIFACIO Coëpiscopo
ZACHARIAS seruus seruorum Dei. Qualiter Dominus Deus no-
ster sanctæ Ecclesiæ propitiatus sit, & laboribus sanctissimæ fraternitatis
tuæ cooperator extiterit, per singula edicere longum est: tamen
vt hæc quæ obiicimus confirmemus, quę ex parte te narrante perspexi-
mus, enarramus. Igitur dum in Germania prouincia tua fraterna san-
ctitas ad prædicandum fuisset directa à sanctæ recordationis prędece-
ssore nostro domno GREGORIO Papa, & post incohatum opus, & ali-
qua ex parte spiritaliter ædificatum, Romam reuersus, ab eo Episco-
pus ordinatus, & illic ad prædicandum denuò remissus es, & elabora-
ti, Deo præuio, nunc vsque per annos XXV. in eadé prædicatione, ex
quo Episcopatum suscepisti. Sed & in prouincia Francorum nostrá vi-

ce Concilium egisti, & iuxta canonum instituta, Deo eis annuente, omnes flexi sunt obedire. Et dum in his piis operibus occupata esset tua fraternitas, nunc vsque cathedralem sedem minimè sibi vindicauit. At verò vbi Deus prædicationem tuam auxit, obtinere voluisti, vt tibi cathedralem ecclesiã vel successoribus tuis confirmare debeamus iuxta eorumdem filiorum Francorum petitionem. Et idcirco B. Petri Apostoli auctoritate sancimus, vt supradicta ecclesia Moguntina perpetuis temporibus tibi, & successoribus tuis, in Metropolim sit confirmata; habens sub se has quinque ciuitates, id est *Tungris*, *Coloniam*, *VVormatiam*, *Spiraciam*, & *Trectu*, & omnes Germaniæ gentes, quas tua fraternitas per suam prędicationem Christi lumen agnoscere fecit. His à nobis definitis, huius confirmationis paginam in tua ecclesia perpetuis temporibus pro sui confirmatione conseruandam esse mandamus. Bene valete. Data pridie Nonas Nouembris, imperante Constantino Imperatore, anno XXXII. P.C. eius anno XI. Indictione V.

NOTATIO.

Constantini Copronymi, Imp. Constantinopolitani, annorum duplex epocha memoratur. Prior, ex quo cum Leone Isauro patre regnare cœpit XII. Kalendas Maias, anno 720. Altera annorum, quibus post patris obitum solus imperauit, ex die XIV. Kalendas Iulias, Indictione IX. id est, anno Christi 741. vt Sirmondus notauit in Notis ad to. 1. Conc. Galliæ.

CAPVT XX.

Pipinus cognomento Breuis, Rex Francorum, an. 752. dotat Epternacense S. VVillibrordi monasterium, in Ducatu Luxeburgensi.

PIPPINVS illuster vir, Rex Francorum, notificamus omnibus Christi nostrisque fidelibus, esse locũ in regno nostro ESTERNACA vocatum, vbi sanctissimus vir VVILLIBRORDVS cognomento CLEMENS, nuper temporibus Pipini aui nostri, & patris nostri Caroli Martelli, datis sibi ab eis & ab aliis illustribus viris prædiis, monasteriũ construxit:

constituxit: quod collocatis in eo, quas à Roma detulit, Sanctorũ reliquiis, in honore S. Trinitatis & beatorũ Apostolorum Petri & Pauli dedicauit: vbi quoque cum monachis & ipse monachus angelicã omnique sanctitate præditam vitam ducens, plenus virtutibus & insignis miraculis ante hos paucos annos in pace quieuit, & ibidem sepultus, quantum ad Deum valeat, signis quotidie euidentibus innotescit.

Ad hunc quoque sacrum locum, consilio strenuissimi viri BONIFACII Archiepiscopi, & petitione *Adelberti* Abbatis eiusdem loci, viri venerabilis, ecclesiam, quæ est in *Crouia*, cum omnibus rebus ad se pertinentibus, totamque decimam partem siluæ, quæ dicitur *Contilla*, siue cultam siue incultam, tradimus & condonamus, & in perpetuam possessionem fratrum ibi Deo famulantium deleganus.

Placuit etiam nobis, iuxta instituta maiorum nostrorum, eidem ecclesiæ Esternacensi teloneũ in omni regno nostro indulgere & relaxare, quatenus inibi Deo famulantes, pro nostra succedentiumque Regum salute, iugiter Deo delectet supplicare. Et vt hæc traditio nostra, regali auctoritate firmata, inconuulsa permaneat, hanc traditionem propria manu subter firmamus, & sigilli nostri impressione fideliter sigillamus.

Signum domini PIPINI Regis glorioſissimi.
BONIFACIVS Archicancellarius recognoui.

Data III. Nonas Maij, anno incarnationis Domini DCCLII. Indictione V. anno verò domini Pipini Regis tertio. Actum Compendio, in Dei nomine feliciter, amen. 752.

Signum Garobaldi Episcopi. S. Bernardi Episcopi.
S. Grodebaldi presbyteri. S. Eiduini illustris viri. S. Adelbaldi.

NOTATIO.

PIPINVS, ex Maiore domus regiæ, an. 752. Francorum Rex creatus, & à S. Bonifacio Archiepiscopo Moguntino consecratus, ex Berta cõiuge (quæ an. 783. obiit, iuxta ms. Chronicon Vltraiectinum) liberos sustulit, *Pipinum* qui puer obiit, *Carolum Magnum* Imperatorem, *Carolomannum* Regem Burgundiæ & Prouinciæ, qui an. 771. Salmontiaci decessit, Remis ad S. Remigium sepultus, *AEgidium* monachũ in monte Soracte in Italia, & *Gislam* Abbatissam.

Stemma Pipinorum : ex ms. codice ecclesiæ S. Gudilæ Bruxellensis.

Pipinus Herstallius ex Plectrude coniuge sustulit Grimoaldum & Drogonem; ex Alpaide pellice Carolum Martellum, & Childebrandum, patrem Nebelungi: qui Nebelungus scripsit Chronicon nondum typis editum: vt Quercetanus in sua Burgundia lib. 2. cap. 1. tradit.

CAPVT XXI.

S. Bonifacij, Moguntini & Vltraiectini Archiepiscopi, epistola, ad S. Stephanum Papam circa an. 754. scripta, de statu ecclesiæ Vltraiectinæ post obitum S. VVillibrordi.

VEnerando ac diligendo domino, Apostolatus priuilegio prædito, STEPHANO Papæ BONIFACIVS, exiguus Legatus vel Missus Germanicus catholicæ & Apostolicę Romanæ Ecclesiæ, optabilem in Christo caritatis salutem. Tempore Sergij Apostolicæ Sedis Pontificis, venit ad limina SS. Apostolorum presbyter quidam mitæ abstinentiæ & sanctitatis, generis Saxonum, nomine VVILLIBRORDVS, & alio nomine Clemens vocatus; quem præfatus Papa Episcopum ordinauit, & ad prædicandam paganam gentem Fresonum, transmisit in littoribus Oceani occidui. Qui per quinquaginta annos prædicás, præfatam gentem Fresonum maxima ex parte conuertit ad fidem Christi, fana & delubra destruxit, & ecclesias constructit, sedem Episcopalem & ecclesiã in honore S. *Saluatoris* constituens, in loco & castello quod dicitur TRAIECTVM: & in illa sede & ecclesia S. Saluatoris, quam constructit, prædicans vsque ad debilem senectutem permansit, & sibi Coepiscopum ad ministerium implendum subsstituit, & finitis longæuæ vitæ diebus, in pace migrauit ad Dominum. Princeps autem Francorum Carolomannus commendauit mihi sedem illam, ad constituendum & ordinandum Episcopum, quod & feci.

Nunc autem Colomensis Episcopus illam sedem præfati Episcopi Clementis, à Sergio Papa ordinati, sibi vsurpat, & adse pertinere dicit, propter fundamenta cuiusdã destructæ à paganis ecclesiolæ, quam VVillibrordus dirutam vsque ad solum in castello Traiecto repperit, &

& eá proprio labore à fundamento constructit, & in honore S. MARTINI consecrauit. Et refert, quia ab antiquo Rege Francorum Dagoberto castellum Traiectum, cum destructa ecclesia, ad Colonienſem parochiam donatum in ea conditione fuiſſet, vt Episcopus Colonienſis gentem Freſonum ad fidem Christi conuerteret, & eorum prædicator eſſet: quod & ipſe non fecit. Non prædicauit, non conuertit Freſios ad fidem Christi; ſed pagana manſit gens Freſonum, vſque quò venerandus Pontifex Romanæ Sedis Sergius ſupradictum ſeruum Dei VVillibrordum Episcopum ad prædicandum ſupradictæ genti transmiſit, qui illam gentem, vt præfatus ſum, ad fidem Christi conuertit.

CAPVT XXII.

Cancor Rhenenſis pagi Comes, cum matre ſua VVillisvvinda, Ruperti Comitis vidua, Laurishamenſe monaſterium in diœceſi VVormatienſi, in inſula, quæ nunc Aldenmunſter vocatur, ædificant, dotant, & Rutgango Metenſi Archiepiſcopo tradunt, an. 763.

763. ANno duodecimo regnante domno noſtro PIPPINO Rege, ſub IV. Idus Iulij, ego VVILLISVVINDA Deo ſacrata, & filius meus CANCOR Comes, in Dei nomine donamus ad eccleſiam S. Petri ſeu cæterorum Sanctorum, quæ eſt conſtructa in loco nuncupato LAVRESHAM, in pago Rhenenſe, ſuper fluuium *VViſgoz*, quam nos propter nomen Domini à nouo ædificauimus, vbi præeſt vir venerabilis RVODGANGVS Archiepiſcopus & Abbas, donatumque in perpetuũ eſſe volumus, hoc eſt, villam noſtram in pago VVormatienſe, in loco qui dicitur *Hagenheim*, ſuper fluuium Saluſiam, quę mihi de parte genitoris mei nomine Adelhemi legibus obuenit, donamus, tradimus atque transfundimus: ita vt ab hac die iam dictus domnus Ruodgangus, vel ſui monachi habeant, teneant atque poſſideant. Actum Laureſham publicè, ſub die & tempore dicto ſuprà.

Signum VVillisvvindæ Deo ſacratæ, & Signum Cancronis Comitis, filij eius, qui hoc teſtamentum fieri & firmari rogauerunt.

Signum

Signum Heimerici filij Cancronis.
Ego Automadus Treuerorum Episcopus subscripsi.
Ego Albericus Episcopus. Ego Ioannes Episcopus.
Ego in Dei nomine Helmericus, ex iussu domini Ruodgangi Archiepiscopi, chartam hanc scripsi, diemque & tempus vt supra designaui.

Idem Cancor Comes, eiusq; coniux Angila Laurishamense monasterium dotant, an. 770.

Ego in Dei nomine CANCOR & ANGILA coniux mea donamus, tradimus vel firmamus ad monasterium S. Petri, quod appellatur *Lauresham*. seu ad S. Nazarium martyrem, qui ibidem corpore requiescit, vel ad illam congregationem monachorum quę ibidem conuersari videtur, vbi vir venerabilis *Gundelandus* Abbas præesse videtur, terram & siluam, quæ est in illa marcha de *Burstat*, seu in ipso fine..... Actum in monasterio Lauresham publicè, sub die Kal. Iunij, anno secundo regnantibus glorioſissimis Regibus Karolo & Karolomanno. 770.

Signum CANCRONIS Comitis, & ANGILÆ coniugis eius, qui hanc donationem fieri & firmari rogauerunt.
Signum *Thurincberti*, fratris ipsius Cancronis, & Heimerici filij sui, & aliorum.
Ego Guario Lector hanc donationem scripsi.

NOTATIO.

Laurishamense cœnobium primò Benedicti norum, Præmonstratensibus anno 1246. traditur incolendum. Vide infrà ad an. 884.

CAPVT XXIII.

Carolus Magnus, Rex Francorum & Longobardorum, pòst Rom. Imperator, Harimalam, Budilium, Filfurdum, & alias villas, à proauo ſuo Pipino Herſtallio, aliiſq; collatas eccleſiæ Aquiſgranenſi, confirmat an. 779.

KArolus Dei gratia Rex Francorum & Longobardorum, ac Patricius Romanorum. Nouerit omnium fidelium noſtrorum magnitudo, quòd inclytæ memoriæ proauus noſter Pippinus, quondam Maior domus, eccleſiæ S. Mariæ in NOVO CASTELLO conſtructæ, diuerſas res pro mercedis augmento dedit: vnde ſeruientes eiuſdem loci conſolationem ſubſtantiæ vſque nunc vili ſunt habere, perpetuoque tempore ipſas res quieto ordine poſſidere videntur. Sed aſſerit venerabilis vir Erinhardus Abbas, quòd de ipſis rebus nulla munimina aut ſtrumenta chartarum penes ſe habeant, per quæ ipſas res legibus defendi poſſint. Idcirco petiit à Celſitudine noſtra, vt per noſtram præceptionem tam quę proauus noſter ibidem viſus eſt condonaſſe, quàm & ceteri Dominũ timentes homines poſtmodùm addiderunt, denuò confirmare deberemus. Cuius petitionem noluimus denegare: præcipientes enim, vt quidquid iuſtè in denominandis villis, vt ſunt Harimalla in pago Hasbanienſe, Budilio in Taxandria, Filfurdo in Bragbando, in pago Haginao Hrinio, Huniolo, Kiunegas, & illa eccleſia in Walderiego, ſimulque Achiniagas & Alto-porto, quas in concãbio pro auancali reciperunt, & aliquos manſos in Angelgiacas in pagello Leuhio, quem ſimiliter in concambio proprietatis de eccleſia S. Seruatij commutauerunt, nec non in pago Luminſe Fraxino: hæc omnia denominata, cum omnibus appenditiis eorum, deinceps omni tẽpore teneant & poſſideant.

Signum Karoli glorioſiſſimi Regis.
VVichbaldus, ad vicem Radoni, recognoui.

Data

Data V. Nonas Maij, anno XI. & V. regni nostri. Actum Haristallio palatio, in Dei nomine feliciter, amen. 779.

NOTATIONES.

PIPINVS] Herstallius seu Haristallius, Caroli Magni proauus, anno 714. Iupiliæ ad Mosam, haut procul à Leodico, obiit. Cum coniuge sua Plectrude, Andainense monasterium in silua Arduenna, S. Beregiso Abbate cooperante, fundauit; quod posteà S. *Huberti*, eò translati, nomen induit. Idem Aquisgranensem B. Mariæ ecclesiam liberaliter dotauit: vt ex productis iam tabulis liquet.

NOVVM CASTELLVM.] Designatur vrbs Aquisgranensis; quam notet Lector Pipino Herstallio, aliisque Principibus fuisse in delitiis, diu ante Caroli Magni æuum.

ERINHARDVS: fortasse legendum, Einhardus, al. Eginhartus.

FILEVRDVM,] nunc Filfordia seu Vilfordia, *Vilvorde*, opidum ad Sennæ & Voluulæ confluentes, altero lapide à Bruxella. Decimas agri Vilfordiensis moniales Cameræ, ord. Cistertiensis prope Bruxellam, possident, sub onere annui census, quem Canonicis S. Mariæ Aquisgranensis soluunt.

ANNO XI.] regni Francorum, & V. regni Longobardorum.

CAPVT XXIV.

Idem Carolus Magnus Lisidunam villam dat cathedrali ecclesiæ Vltraiectinæ, S. Martino sacræ, an. 780.

KAROLVS Dei gratia Rex Francorum & Longobardorum, ac Patritius Romanorum, donamus ad basilicam S. Martini, quæ est constructa in Traiecto veteri subter Dorestadum, vbi venerabilis vir ALBERICVS presbyter atque electus Rector præesse videtur, villam nostram nuncupatam Lisidunam, in pago qui vocatur Flechite, super alueum Rheni, cum omni integritate, vel appenditiis suis, quantumcumque VViggerius Comes ibidem, per nostrum beneficium tenuit.

Signum Karoli glorioſi Regis. Datum VII. Idus Iunij, anno IX.
780. eiuſdem glorioſiſſimi Regis. Actum Numagi in palatio publico, in Dei nomine feliciter.

NOTATIO.

S. Albricus Epiſcopus IV. Vltraiectenſis (quem in Faſtis SS. Belgij 14. Nou. laudauimus) cum S. Gregorio III. Epiſcopo Vltraiectenſi quieſcit in Suſterenſi monaſterio, quod hodie eſt nobilium virginum Canonicarum collegium, in diœceſi Leodicenſi & Ducatu Iuliacenſi, à S. VVillibrordo fundatum.

CAPVT XXV.

Hadrianus Papa Carolo Magno muſiua & marmora palatij Rauennatis auferenda concedit, an. 782.

POtentiæ veſtræ, per Aruinum Ducem, ſuſcepimus apices: in quibus referebatur, quòd palatij Rauennatis ciuitatis muſiua atque marmora, cæteraque exempla, tam in ſtrato quamque in parietibus ſita, vobis tribueremus. Nos quidē libenti animo & puro corde, cum nimio amore veſtræ Excellentiæ tribuimus effectum: & tam marmora, quamque muſiuum, cæteraque exempla, de eodem palatio vobis concedimus auferenda: quia per multa veſtra laborioſa regalia certamina multis bonis fautoris veſtri beati Petri, clauigeri regni cælorum, Eccleſia quotidie fruitur, quatenus merces veſtra copioſa adſcribatur in cælo.

NOTATIO.

Anno 795. Carolus Magnus exſtruxit Aquiſgrani baſilicam plurimę pulchitudinis; ad cuius ſtructuram à Roma & Rauenna columnas & marmora deuehi fecit. Ita Sigebertus in Chronico.

CAPVT

CAPVT XXVI.

Carolus Magnus Imp. Episcopatum Osnaburgensem in VVestphalia fundat ac dotat, an. 804.

CAROLVS Imperator Augustus, Romanorum gubernans Imperium, Dominus & Rex Francorum & Longobardorum, nec non Dominator Saxonum. Notum sit omnibus sanctæ ecclesiæ fidelibus, nostrisque, præsentibus & futuris, quòd nos VVITHONI Episcopo Osnaburgensi, & suæ ecclesiæ, quam nos primam in omni Saxonia in honore S. Petri, principis Apostolorum, & SS. martyrũ Crispini & Crispiani, constituximus, quoddam nemùs vel forestum, intra hæc loca situm, Farnevvinckel, Rustenstein, Angara, Osningsenethe, Dershouet, Egesteruelt, cum omni integritate, in perpetuum proprietatis vsum donauimus.

Insuper verò eidem Episcopo, eiusque successoribus perpetuam concedimus libertatem, & ab omni regali imperio absolutionem: nisi forte contingat, vt Imperator Romanorum & Rex Græcorum coniugalia fœdera inter filios eorum contrahere disponant: tunc ecclesiæ illius Episcopus, cum sumptu à Rege vel Imperatore adhibito, laborem simul & honorem illius legationis assumet. Et ea de causa statuimus, quòd in eodem loco Græcas & Latinas scholas in perpetuum manere ordinauimus, nec vnquam clericos vtriusque linguæ gnaros deesse confidimus. Datum XIII. Kal. Ianuarij, anno quarto, Christo propitio, Imperij nostri, tricesimo septimo regni nostri in Francia, atque tricesimo primo in Italia. Actum Aquisgrani in palatio feliciter, amen. 804.

NOTATIONES.

Carolus Magnus Imp. nouas Episcopis sedes nouem in Germania posuit, Monasterienſem, Mindenſem, Halberstadienſem, Osnaburgenſem, Paderbornenſem, Verdenſem, Hamburgenſem & Hildesheimenſem: duas ad dignitatem Archiepiscopalem prouexit, Iuuauienſem & Hamburgenſem. Osnaburgenſium primus Episcopus

fuit S. WIHO, quem Bernardus Furmerius, in Annalibus suis Frisicis, Leouardiæ in Frisia Occidentali natum fuisse scribit.

SCHOLAS.] Lector notet, in palatiis Episcoporum, itemque ecclesiis cathedralibus ac monasteriis præsertim Benedictinis celebres olim scholas seu gymnasia exstitisse. De Episcopis & aliis viris illustribus qui ex Notgeri Leodicensis Episcopi schola prodierunt, item de Eraclio eiusdem vrbis Episcopo, eximio scholarū promotore, consuli poterit Anselmus in Historia Leodicensi. De Lietberto scholarum Cameraci Rectore, pòst illius vrbis Episcopo, Baldericus in Chron. Camerac. lib. 3. cap. 61. tractat.

Carolus Magnus habuit legitimas coniuges quattuor, videlicet *Bertradam* Desiderij Longobardorum Regis filiam, *Hildegardem* N. Ducis Sueuiæ filiam, Geroldi Boiorum Prætoris, sanctitatis opinione clari, sororem, *Fastradam* Rodolphi Comitis Franci sororem, & *Luitgardem* Frederici filiam. Ex prima & quarta nullas habuit proles. Ex HILDEGARDE nati sunt ei decē liberi, *Carolus* Rex Alemanniæ & partis Burgundiæ, *Pipinus* Rex Italiæ, *Ludouicus Pius* Imperator, *Lotharius* qui infans obiit, *Rotrudis* seu Rotarudis, Hermanno Contracto *Riddradis*, sponsa Constantini Imp. Constantinopolitani, *Berta* vxor Angilberti, mater Harnidi & Nithardi scriptoris, *Gisla* baptizata Mediolani per Thomam Archiepiscopum, pòst S. Euerardo Cisonensis ecclesiæ fundatori nupta, *Gertrudis*, *Hildegardis* & *Adelhaidis*: quarum duæ postremæ infantes obierunt, sepultæ Metis in monasterio S. Arnulphi. Ex FASTRADA, quam an. 783. duxit, natæ sunt *Theodrada* & *Hiltrudis*.

Septem insuper proles naturales habuit, videlicet *Pipinum Gibbosum*, monachū Prumiensem, *Rothaidem*, *Rothildem*, *Adaltrudē*, *Drogonem* Episcopum Metensem, *Hugonem Magnum*, cognomento Abbatem, Ducem Burgundiæ, & *Theodericum*. Ex Mathalgarde Rothildem, ex Gersuinda Saxonica Adaltrudem, ex quadā nomine Regina Drogonē Episcopū & Hugonem Magnū, ex Adalinda seu Adaluide Theodericū procreauit. Sed hæc iuuenilis ac militaris ætatis delicta, factus prouectior optimus Imperator, vita inter clericos ac monachos sanctissimè transacta, egregiè expiauit; plurimis item ecclesiis per Germaniā ac Galliam ædificatis, & Christiana religione apud Saxones, Danos, Hunnos, Sclauos, alioscque populos latissimè propagata. Obiit autē anno Christi 814. ætatis 72. Aquisgrani conditus.

Impe-

Imperatores & Reges Francorum Carolingi.

CAPVT XXVII.

Ludouicus Pius Imp. an. 815. benefacit monasterio S. Petri in monte Blandinio iuxta Gandauum, petente Ainhardo Abbate.

LVdouicus diuina prouidentia Imperator Augustus. Nouerit omnium fidelium solertia, quia vir venerabilis Abbas AINHARDVS ex monasterio BLANDINIO, quod est constructũ in honore SS. Apostolorum Petri & Pauli, quod est situm in pago Gandensi, super fluuium Scaldem, obtulit obtutibus nostris immunitatem domini & genitoris nostri Caroli, bonæ memoriæ, piissimi Augusti; & postulauit, vt eamdem auctoritatem nostra quoque confirmaremus auctoritate. Cuius petitioni libenter acquieuimus & hoc nostræ auctoritatis præceptum fieri iussimus.

Signum Ludouici serenissimi Imperatoris.

Helizachar recognoui, & notaui. Datum IV. Nonas Iunij, Christo propitio, anno II. Imperij domini Ludouici piissimi Augusti, Indictione VIII. Actum Aquisgrani, palatio regio, in Dei nomine feliciter, amen.

Idem Lud. Pius benefacit Gandensi S. Bauonis monasterio.

Ludouicus diuina ordinante prouidentia Imperator Augustus. Nouerit omnium fidelium solertia, quòd vir venerabilis EINHARDVS, Abbas ex monasterio quod dicitur GANDA, quod situm est in pago Brachbatense, constructum in honore S. Petri, principis Apostolorũ, vbi etiam S. BAVO confessor Christi corpore requiescit, detulit obtutibus nostris auctoritatem immunitatis domini & genitoris nostri Caroli, bonæ memoriæ, præstantissimi Imperatoris, & postulauit vt paternæ auctoritati nostram quoque superadderemus auctoritatem. Cuius petitioni libenter assensum præbuimus. Data Idibus Aprilis, anno, Christo propitio, Imperij nostri sexto, Indictione XII. Actum Aquisgrani, palatio regio, in Dei nomine feliciter, amen.

Signum Ludouici serénissimi Imperatoris.

NOTA-

NOTATIO.

EINHARDVS] al. Ainardus seu Eginhartus, Caroli Magni Cancellarius, eiusdem vitam scripsit. Fuit XV. cœnobij S. Bauonis Gandensis, & IX. S. Petri Blandinensis Abbas: vt ex Chronico ms. dicti cœnobij Bauonensis seu Gandensis mihi constat. Idé primus Abbas Selingestadélis mon. exstitit, in diœcesi Moguntina, quod ipse suo ære construxit ac dotauit. Bauonenses porrò monachi Benedictini, auctoritate Pauli III. Papæ, mutata veste, an. 1537. facti sunt Canonici. Triennio pòst, cùm locus ille S. Bauonis, ad Scaldis & Lisæ confluentes situs, eidem Carolo V. videretur arci, ad custodiam vrbis, excitandæ commodus, translatum est inde collegium Canonicorum ad parochialem S. Ioannis basilicam Gandensem, titulo S. Ioannis in titulum S. Bauonis mutato, iuxta eiusdem Pontificis decretum. Exinde Philippo II. Rege Catholico, Caroli filio, petente, Paulus IV. collegiatam S. Bauonis ecclesiam an. 1559. in cathedralem euexit. Fuit autem S. Bauo Agilulfi in Hasbania Comitis filius, obiitque an. 630. Gandaui, in dicto monasterio à se fundato, vt Sigebertus in Chronico, aut anno proximè sequenti, vt alij supputant.

Ceterùm LVD. PIVS Imp. duas habuit coniuges, HERMENGARDEM *Engelrami Comitis* filiam, & IVDITHAM, Welphonis Comitis Rauensbergensis filiam, Henrici Bauariæ Ducis sorore. Ex priore nati sunt *Lotharius* I. Imperator, *Pipinus* Rex Viennæ (pater Pipini monachi ad S. Medardum Suessionensem, Caroli Archiepiscopi Moguntini, Bertæ Gerardo Burgundiæ Comiti nuptæ & N. Reindardo Comiti Engolismensi nuptæ) *Ludouicus* Rex Germaniæ, *Hildgardis* vxor Theoderici Comitis, & *Alpais* vxor Begonis Comitis. Ex posteriore nati sunt, *Carolus Caluus* Rex Francorũ ac demum Imperator, & Gisla vxor S. Euerardi Comitis Cisonensis: vt Buzelinus in Gallo-Flandria lib. 1. cap. 19. tradit.

CAPVT XXVIII.

Idem Ludouicus Pius an. 818. *dat fundum ad clauſtra Canonicorum eccleſiæ cathedralis Tornacenſis dilatanda.*

LVdouicus Imp. Auguſtus. Poſtulauit vir venerabilis WENDILMARVS, Tornacenſis vrbis Epiſcopus, vt terras quaſdam fiſci noſtri in eadem vrbe ei, in amplianda & dilatanda clauſtra Canonicorum, concederemus. Nos itaque ad hoc inſpiciendum, venerabilem Abbatem Irmionem & Igobertum & Hartmannum; Miſſos noſtros, direximus..... Datum XII. Kal. Decembris, Aquiſgrani, palatio regio,
818. anno Imperij noſtri quarto, Indictione XI.

Idem dat Maricolenſi monaſterio, in Hannonia ſito, villam Saſsigniacam, an. 821.

Ludouicus Rex Francorũ, notum fore volumus deuotis fidelibus, noſtræ Celſitudinis expetiiſſe præſentiam nobis cariſſimum Comitem ARNVLPHVM, ac ſubieciſſe, quomodo noſtra pietate concederemus S. HVMBERTO confeſſori aliquam villam, famulis prædicti Sancti
ſuprà pag. 8. congruam. Idcirco tradimus ad monaſterium, quod dicitur MARICOLAS, quod eſt conſtructũ in ſanctæ Dei genitricis Mariæ, quoque Apoſtolorum Petri & Pauli nomine atque honore, vbi etiam iam dictus dominus confeſſor Humbertus quieſcit corpore, in pago Hainoenſi ſuper fluuio Sambra villulã nomine *Saſsigniacas*, manſos XXII. habentem, cum eccleſia, ædificiis, pratis, ſiluis ac mancipiis, & omnibus
821. ibi adſpicientibus. Actum Aquiſgrani, palatio regali, anno V. Imperij Ludouici piiſſimi Auguſti, Indictione XIII. Kalendis Maij.

Idem

Idem villas aliquot monasterij Rodenacensis, nunc Rotnacensis Canonicorum in Flandria collegij, dat in beneficium cuidam Hildefrido, sub annuo censu, an. 831.

Ludouicus Imp. Augustus, notum esse volumus, quia dilecta coniunx nostra IVDITH suggessit Serenitati nostræ, pro quodam homine suo, nomine Hildefrido, vt per nostrę auctoritatis conscriptionem, illud quod pater suus nomine Luitfredus ex rebus monasterij, quod dicitur RODENACVM, per concessionem diu habuit, id est, villã quæ *Ronter.* dicitur *Iserna*, cum molendinis duobus, & aliam villam, quæ dicitur *Iseria.* *Thorensel*, cum territoriis & siluis, similiter per nostræ concessionis confirmationem habere debuisset. Cuius suggestioni libenter annuimus, & hanc nostræ auctoritatis conscriptionem fieri, eidemque Hildefrido dare decreuimus: per quam omnibus Rectoribus eiusdem monasterij præcipimus, vt nullus eorum licentiam habeat memoratum beneficium ab eodem Hildefrido auferre, sed liceat ei diebus vitæ suæ illud possidere, ita vt per singulos annos solidum vnum persoluat: post suum autem discessum pars præfati monasterij in suam faciat reuocari potestatem.

Meginarius Notarius, ad vicem Thectonis, recognoui.

Data II. Kalendas Februarij, anno, Christo propitio, decimo octa- 831.
uo Imperij domini Loudouici serenissimi Imperatoris augusti.

CAPVT XXIX.

Excerptum ex Testamento S. Euerardi Comitis, Domini Cisonienſis, quod is an. 837. ſcripſit.

EGO EVERARDVS Comes, cum coniuge mea GISLA, decreui qualiter noſtri infantes, quandoque poſt obitum noſtrum, prædium noſtrum inter ſe, abſque aliquo impedimento vel animoſitatis iurgio, à nobis diuiſum rationabili executione particulatim cum mancipiis cæteriſque mobilibus, quæ ad nos pertinere videntur, poteſtate habita deinceps obtinere debeant.

Primogenitus namque noſter VNROCH volumus vt habeat quidquid in Langobardia, & in Alamannia de proprietate habere videmur, cum omnibus quæ ad ipſam proprietatē pertinere videntur, vt ſuprà diximus, tam in Langobardia, quàm in Alamannia, præter Balguinet, & ea quæ ad eam pertinere videntur.

Secundus quoque BERENGARIVS volumus vt habeat cortem in Anaſpis, cum his omnibus, quæ ibi pertinere videntur, præter Grecinam, & cortem noſtram Hildidam in Hasbanio, cum omnibus quæ adiacent ei, & quod habere videmur in pago Condieſtrim volumus vt habeat.

Tertius ADALARDVS volumus vt habeat cortem noſtram in Ciſonio, & Cantinium, cum omnibus quæ ad ipſam eccleſiam in ſupradicto loco Ciſonio pertinere diſpoſui, in tali tenore, vt ipſam eccleſiam eo ordine, quo ego conſtitui, ſemper cuſtodiat, & nihil auferri de eis quę ei dedi permittat, per ſe aut per quemcumque, & Summiniū cortem noſtram.

Quartus RODVLPHVS volumus vt habeat Vitrei, Vuis, Meſtucha, cum omnibus ſupradictis locis, quæ pertinent, præter eccleſiam Vitry, quam ad eccleſiam noſtram, cum omnibus quæ pertinent, in Ciſonio pertinere cenſui. Et volumus vt habeat quod in Scellebrud habere videmur, quod Madrid dudum habuit, & omnes res noſtras quæ coniacent in Comitatu Taſſandrio. Ita hanc diuiſionem perage-re volumus, vt ſi minus Adalardus aut Rodulphus de manſis habuerint

rint quàm Berengarius, de Anaſpio adæquare inter eos cum mancipiis, quæ ſuperſedent, debeant.

De filiabus verò noſtris volumus vt INGELTRVD habeat Ermen & Marcilſem: IVDITH verò volumus vt habeat Balgingam, & curtem noſtram in pago Moila, quæ vocatur Heliſſem. HEILVVICH verò volumus vt habeat Hoſtrenheim & Luiſinga, & Wendoſſa, & vnum manſum in Engereſteim.

Ego in Dei nomine Euerardus Comes, cum coniuge Giſla, huius teſtamentum diuiſionis fieri inter infantes noſtros inſtitui: quorum hæc ſunt nomina, Vnroch, Berengarius, Adalardus, Rodulphus, Engeltrud, Iudith, Heilvvich, coram fidelibus noſtris qui interfuerunt, quorum nomina hæc:

Adalroch nepos noſter. Wellebertus presbyter.
Werinbertus, Lanfridus, Drumar, Vto, Diſo,
Engelhad, Heribert, Otpert, Fredeco.

Actum in Comitatu Taruiſiano, in corte noſtra Muſieſtro, imperante domino Ludouico Auguſto, anno regni eius, Chriſto propitio, viceſimo quarto. 837.

NOTATIONES.

Ciſonium, amplum Gallo-Flandriæ municipium, inter quatuor præcipuas Flandriæ Baronias, quibus vrſos vexilla geſtantes vulgò appingunt, principem obtinet locum. Huius loci olim Dominus fuit S. EVERARDVS Comes nobiliſſimus, qui ibidem Canonicorum collegium fundauit ac dotauit, quibus regulare S. Auguſtini inſtitutum amplexis, anno 1129. á Rainaldo Remenſi Archiepiſcopo primus Abbas Angelo eſt datus. In Ciſonienſi porrò Abbatia S. Calliſti Papæ corpus adſeruatur, quod S. Euerardus ex Italia eò transferendum curauit: teſte Flodoardo in Hiſt. Remenſi.

Noret autem Lector, Carolo Craſſo, tribus regnis Italiæ, Galliæ, Germaniæ & Imperij titulis claro, anno 888. die 13. Ianuarij defuncto, regna eius variè diſcerpta fuiſſe. Euerardi Ciſonienſis iam laudati filius BERENGARIVS (*qui Ducatum Foroiulianorum*, nunc

Friouli Venetis dictum, *tenebat*, vt Rhegino loquitur) Longobardiam, RODVLPHVS Burgundiam, & ODO Comes reliquam fere Franciam occuparunt. Deficiente scilicet Carolinæ stirpis virtute atque indole, Francicum quoque Imperium paulatim defecit. Itaque regnum Italiæ cum Imperio ad Italiæ Principes est deuolutum: quorum æmulatio, imperandi auida, magnis bellorum motibus ipsam Italiam concussit. Berengarius ex Duce Foroliuiensi Rex Italiæ ab Insubribus creatus GVIDONEM Spoleti Ducem æmulum habuit. Is à Stephano V. Papa anno 890. Rex Romæ coronatus, Berengarium duobus præliis vicit. Sed nec quietum nec diuturnum Guidonis imperium fuit. Nam Arnulfus Imperator, Carolomanno Caroli Crassi fratre genitus, Guidonem Italiæ regno exutum abegit Spoletum. Ita Berengarius noster, Arnulfi Imp. beneficio, regnum Italiæ recepit: Guidone, cùm Arnulfum insectaretur, subita sanguinis vomitione exstincto.

Lamberto, Guidonis filio, bellum posteà inferente, Berengarius à suis desertus regnum amisit, & LAMBERTVS à Stephano (aliis Formoso) Pontifice Imperator est appellatus. Quo vita functo, Berengarius regnum Italiæ tertiùm, sed non diu tenuit, vtpote à LVDOVICO Prouinciæ Rege, Ludouici II. Imp. ex filia nepote, Italia pulsus. Biennio pòst, vbi Ludouicum ab hoste securum copias omnes dimisisse cognouit Berengarius, occultè in Italiam rediit, & Veronam noctu cum suis ingressus, Ludouicum cepit, & capto oculos effodit. Sicque captâ Veronâ regnum ter amissum recuperauit, quod pacatè deinceps annis multis tenuit, à Ioanne X. Papa an. 914. demum Imperator nuncupatus. Sed Veronensium fraude an. 922. occisus, rarum humanæ felicitatis vices variantis exemplum præbuit. Exinde an. 950. BERENGARIVS illo nomine secundus, Berengarij I. ex Willa filia nepos, regnum auitum recuperauit, quod cum ADELBERTO filio tenuit, donec vterque ab Othone I. Imp. debellatus est ac pulsus. De his rebus eleganter & curiosè amicus noster V. Cl. Erycius Puteanus in sua Historia Insubrica.

Adelbertus ex Gerberga Niuernensi Comitissa sustulit OTHONEM-GVILIELMVM, Burgundiæ & Niuerniæ Comitem, an. 1027. defunctum. Is ex Hermentrude, genuit Rainaldum Burgundiæ Comitem, Brunonem, Mathildem, Agnetem & Gerbergam. Ex his Mathildis Lan-

Landrico nupsit, & pro dote Comitatū Niuernensem à patre accepit.

Guilielmus II. Comes Burgundiæ, Rainaldi F. anno 1087. decessit, Vesontione in basilica S. Stephani conditus. Ex coniuge sua Gertrude quinque filios, *Rainaldum*, *Stephanum*, *Hugonem* Archiepiscopum Vesontionensem, *Raimundum*. *Guidonem*. ac totidem filias, *Mathildem*, *Hermentrudem*, *Clementiam*, & N.N. anonymas sustulit.

Rainaldus II. Comes Burgundiæ circa an. 1100. in Syria obiit: vt Albertus Aquensis lib. 8. testatur. Stephanus Rainaldi frater, & ipse in Syriam an. 1101. profectus, ibidem obiit. Raimundus duxit Vrracam filiam Alfonsi VI. Regis Castellæ, & ex ea genuit Alfonsum VII. Regem Castellæ. GVIDO ex Archiep. Viennensi Pontifex Romanus creatus, Callisti II. nomen assumpsit.

Ex filiabus primò genita Mathildis Odoni Burgundiæ Duci, secundò genita N. Humberto Comiti Mauriennæ, tertiò genita Hermentrudis Theoderico Comiti de Montbeliard, Monson & Bar, quartò genita Clementia Roberto Flandriæ Comiti, quintò genita N. Guigoni primo Delphino Viennensi, nupserunt.

Ex Raimundi stirpe mascula hodie in Hispania supersse putantur Comites de *Carrion*, ex familia *Emanuel* nuncupata.

Rainaldus II. Comes Burgundiæ genuit Rainaldum III. Burgundiæ, & Guilielmum Viennæ Comitem. Rainaldi III. filia vnica Beatrix Frederico I. Imp. nupsit. Guilielmus Viennæ Comes Stephanum, & Gerardum; Stephanus Ioannem Dominum Salinarum, & Stephanum Dominum de *Oiselay* procreauit. Ex stirpe mascula Oiselayensi hodieque supersst Comes de *Cantecroy*.

Stemma

Stemma Berengariorum Italiæ Regum, itemq; Comitum Burgundiæ ex Berengariis ortorum.



Guido

A.
Guido ob. ante patrē.
Rainaldus Co. Burg. dux. Adelisam F. Richardi II. Ducis Norm. ob. 1057.
Guilielmus II. Comes Burg. dux. Gertrudem ob. 1087.
Guido.
Robertus.
Henricus.
Bruno Archipisc. Lingon.
Mathildis Co. Nivern. vx. Landrici.
Agnes.
Gerberga.
Rainaldus II. Comes Burg. ob. in Syria circa 1100.
Rainaldus III. Co. Burg. ob. 1144.
Beatrix Co. Burg. vx. Friderici I. Imp.
Guilielmus Co. Vienne.
Stephanus Co. Burg. in Syria 1101.
Guilielmus III. Co. Burg. ob. s. lib. 1126.
Hugo A. Vesont. ob. 1100.
Raimundus.
Alfonsus Rex Castel.
Calixtus II. Papa.
Hermentrudis.
Clementia vx. Roberti Co. Fland.
Mathildis.

CAPVT XXX.

VValgarius sacerdos, S. Euerardi Comitis Capellanus, Cisonienſe cœnobium dotat.

EGo in Dei nomine WALGARIVS, indignus ſacerdos, aliquas res meas, legitimo iure ac labore multo ad propriam dominationem acquiſitas, trado atque transfundo ad monaſterium, quod dicitur CISONIVM (in quo à fundamentis plurimùm deſudaui laborando) in pago Tornacenſi ſitum; quod eſt conſtructum in honore S. Saluatoris, & B. Mariæ genitricis eiuſdem; in quo B. Calixtus Papa & martyr Chriſti corpore quieſcit. Ergò dono in iam dicto pago Tornacenſi, in loco qui dicitur *VVernetlinigus*, eccleſiam vnam, cum ornamento ibidem competenti: vbi adiacent inter terram arabilem & pratum bunaria triginta, & manſum vnum cum caſa ſuperpoſita, ſeu & cetera caſticia. In pago verò Paſtenſi in loco qui vocatur *Holteum*, manſum vnum cum caſticiis ſuprà poſitis: in quo Ragemarus reſidere videtur: vbi appendunt de terra arabili bunaria quattuor, & mancipia quattuor, videlicet mulier eiuſdem Ragemari, & filij eius duo, & vnus nepotum eius; & de ſilua in eodem loco bunaria triginta. Iſta omnia ſuperiùs commemorata tali tenore ac ratione trado atque confirmo, vt ipſa ordinatio, quam iubente domino meo EVRARDO per chartam ordinaui, atque ſub manu cuſtodis conſtitui, de ſtatu altaris huius inconuulſa ſeruetur. Et vt mihi manſio vna ibidem concedatur, & quotidie dentur duo panes, quales ipſi Canonici accipiunt, & paria pulmenta, & quotidie de ceruiſia ſextarius maior, & de vino libræ duæ, & omni anno in veſtimento ſolidi quinque. Actum Ciſonio.

CAPVT

CAPVT XXXI.

Ebo Remorum Archiepiscopus Balduino Ferreo, Flandriæ Comiti, mittit corpus S. Donatiani VII. *Remorum Archiepiscopi, circa an.* 842.

EGo Ebo, indignus Remorum Archiepiscopus, hunc thesaurum super gemmas & aurum pretiosum tibi, glorioſe Marchio BALDVINE, nostrorum consilio clericorum, transmitto, DONATIANVM scilicet septimum nostræ sedis Episcopũ, miræ sanctitatis virum, pium exauditorem & promptissimum apud Deum intercessorem, tam sæcularibus angustiis occupatis, quàm peccatorum sceleribus detentis. Quod nostris & antecessorum nostrorum temporibus satis euidenter comprobatum est. Eius, sanctique Remigij, ac innumerabilium Sanctorum vitæ scripta, Wandalorum vastatione scias esse deleta. Hunc tuæ fidei committo, quatenus cum diuino seruitio, in quantum vales, honorifices, & sæcularibus dites. Vale dilectissime in Domino.

CAPVT XXXII.

Lotharius Imp. Ansfrido Comiti palatij mansos aliquot, in villa Geizefurt, in pago Hattuariensi ad Nersam fl. sitos, an. 841. *donat: quos idem Comes postea monasterio Laureshamensi attribuit.*

LOTHARIVS diuina præueniente clementia Rex. Hucbertus Abba nostram deprecatus est magnitudinem, vt cuidam fideli Comiti palatij nostri, ANSFRIDO nomine, aliquantum ex rebus iuris nostri, quas ipse iure beneficiario detinet, ad proprium concederemus. Cuius precibus adquiescentes, hos eminentiæ nostræ apices fieri decreuimus, per quos memorato Ansfrido in pago Hattuariensi, & in villa quæ vocatur *Geizesurt*, super fluuium *Nerse*, mansos quattuor cum omnibus suis appendiciis, seu etiam & in pago *Læmensi*, in villa *Sodera*,

ſuper fluuium *Geldione*, manſum vnum cum omnibus ad ſe pertinentibus, nec non mancipiis vtriuſque ſexus, ad proprium tribuimus.

Signum Lotharij glorioſi Regis.

Hrothmundus Notarius recognoui. Data V. Idus Nouembris, 841. an. Chriſto propitio, Imperij domni Lotharij Regis primo. Indictione quarta. Actum Aquiſgrani palatio regio.

Ansfridi Comitis Donatio an. 862. *facta.*

Ego in Dei nomine ANSFRID Dei gratia Comes, dono per hoc teſtamentum ad ſanctum Dei martyrem *Nazarium*, qui requieſcit in corpore in pago Rhenenſe, in monaſterio *Lauresham*, ſito ſuper fluuium *VViſgoz*, vbi vir venerabilis Theotrochus Abba regulariter præeſſe videtur, res proprietatis meæ in pago Hattuaria, in Odenheimero marca, in villa quæ dicitur *Geizefurt*, quæ ſita eſt ſuper fluuium Nerſa, hoc eſt, manſum indominicatum, cum ædificiis & omnibus vtenſilibus, habentem hobas tres, hobas ſeruiles XIX. & ſiluam, in quam mittere poſſumus mille porcos perfectè ſaginari..... Actum publicè in mona- 862. ſterio Lauresham, anno incarnationis Dominicæ D. CCC. LXII. regni Ludouici Regis XXVI. ſub die III. Non. Octobris.

Signum Ansfridi Comitis palatij.

Signum Fridolohi. Signum Ruodleichi, & aliorum.

Ego Walther indignus presbyter & monachus hoc teſtamentum ſcripſi.

Donatio altera eiuſdem Ansfridi Comitis.

Ego in Dei nomine ANSFRIDVS, gratia Dei Comes, dono per hoc teſtamentum ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, quidquid habeo proprietatis in pago *Darnau*, in marca vel villa *Sodoia*, quæ ſita eſt ſuper fluuium *Geldun*, in Comitatu Giſelberti, hoc eſt, hubam indominicatam vnam, ſeruiles IX. & ſiluam, in qua ſaginari poſſunt porci centum, quam determinat ab Oriente res Liutberti, ad Auſtrum fluit *Sambra*, ad Occidentem res S. Lamperti, ad Aquilonem item res Liutberti,

berti, cum mancipiis XXXIX. Hæc omnia in ea ratione ad sanctum Dei martyrem Nazarium trado, quatenus easdem res ego & HILDIWARDVS filius meus ad dies vitæ nostræ habeamus... Actum vt suprà.

Thiotrochi Abbatis Laureshamensis præstaria.

Diligendo in Christo filio sanctæ Dei Ecclesiæ ANSFRIDO, venerando Comiti palatij, *Thiotrochus* gratia Dei humilis Abbas. Honorabilis fuit tua petitio, & fratrum nostrorum decreuit beneuolentia, vt res proprietatis tuæ in *Geizefurt*, à te S. Nazario traditas, simulque res nostras ad *Gannita* pertinentes, rem quoque proprietatis tuæ in villa *Sodota* similiter traditam, cum rebus S. Nazarij in villa Baldanis, quæ in vtroque testamento tuo pleniùs continentur inscripta, tibi & filio tuo HELDIVVARDO ad dies vitæ vestræ beneficiaremus. Quod quia rationabile fuit perfecimus, & hanc præstariam vobis conscribi iussimus: vt quamdiu vixeritis, vtraque res teneatis & excolatis, & nihil exinde minuere aut deteriorare, sed potiùs augmentare & meliorare studeatis. Post obitum verò vestrum vtræque res melioratæ & auctæ ad S. Nazariũ reuertantur. Data præstaria, die & tempore, quo suprà.

CAPVT XXXIII.

Idem Lotharius Imp. Harimalam, Filfurdum & alias villas, ecclesiæ B. Mariæ Aquisgranensis a Car. Magno & Lud. Pio datas, an. 844. confirmat.

LOtharius ordinante diuina prouidentia Imperator Augustus. Vir venerabilis *Lotharius* Abbas, cui cellulam in honore sanctæ Dei genitricis Mariæ constructam ac fundatam in loco, nuncupante NOVO CASTELLO, ad regendum commissam habemus, detulit obtutibus nostris quasdã domini aui nostri Karoli Augusti, ac piæ memoriæ genitoris nostri Ludouici auctoritates; in quibus repperimus, qualiter ipsi eamdem cellulã, cum omnibus ad se iustè pertinentibus consistere facerent; & eorũ immunitate hactenus prędicta cellula defensata fuisset.

Continebantur in eisdem præceptionibus nominà villarum, quæ prædictæ cellulæ subiectæ sunt, id est, in pago Hasbaniæ Harimalla, in pago Taxandrio Bodilio, in pago Bracbantense Filfurdo, in pago Hainionense Hirinio, Hiriniolo, Kinneras, Waldriaco, Agimagas & Altoporto, in pago Laumense Fraxino, in pago Leucroni villa Angeliagas mansos duos, cum omnibus appendiciis eorum, & decima vel censu, quæ Rectores illius cellulæ annuatim accipiunt, id est, de villis nuncupantibus in prædicto pago Hainionense Loueruna & Waldriaco, & in pago Hasbanense Avvanlia & Imburcio.

Sed pro maiore securitate petiit iam dictus Lotharius, vt easdem auctoritates denuò per nostrę Serenitatis præceptum confirmaremus. Cuius petitioni acquiescentes, hos excellentiæ nostræ apices fieri censuimus.

Signum Lotharij serenissimi Augusti.

Rudmundus Notarius, ad vicem Hilduini, recognoui. Data III. Idus Septembris, anno, Christo propitio, Imperij domini Lotharij Imperatoris in Italia XV. in Francia V. Indictione VII. Actum Lon-
844. galare palatio regio.

NOTATIONES.

Lotharius Imp. an. 855. die 26. Septembris, in Prumiensi diœcesis Treuerensis cœnobio, monachum induit, & anno eodem obiit ibidē. Ex Hermengarde, Hugonis cognomento Ignaui Comitis filia, sustulit *Ludouicum* II. Imperatorem & Regem Italię, *Lotharium* Regem Lotharingiæ, *Carolum* Regem Prouinciæ sine liberis defunctum, & *Hermengardem* vxorem Gisleberti Comitis.

Ludouicus II. Imp. anno 875. decessit Mediolani, in basilica S. Ambrosij conditus. Ex coniuge sua Angelberga, pòst Abbatissa in vrbe Ticinensi, vnicam reliquit filiam Hermengardem, nuptam Bosoni Comiti, ac demum Regi Prouinciæ, beneficio Caroli Calui, qui Bosonis sororem Hermengardem duxerat.

CAPVT

CAPVT XXXIV.

Excerptum ex Sergij II. *Papæ epistola, ad Episcopos transalpinos anno* 844. *scripta: qua Drogonem Archiepiscopum Metensem, Caroli Magni Imp. filium naturalem, designat Vicarium Sedis Apostolicæ in Gallia & Germania.*

FRatres carissimi, quia nos cunctarum sollicitudo angit ecclesiarũ, vbi ipsi esse non possumus, more præcedentium nostrorum, moderationis nostræ Vicarios damus. Ad nostræ igitur humilitatis vicẽ, cunctis prouinciis trans Alpes constitutis DROGONEM Archiepiscopum Metensem, glorioſi quondam Karoli Imperatoris filium, cuius beatissimi moderatoris industria Romanorum Francorumque concorporauit imperium, cauta deliberatione constituimus: vt quia serenissimi atque pijssimi filij nostri, magni Imperatoris *Hlotharij*, eiusque fratrum dilectissimorum filiorum nostrorum *Hludouuici* & *Karoli* Regum auunculus est, insuper sanctitate doctrinaque conspicuus, ab hac Sede sanctissima Apostolorum principis auctoritate percepta, vestris necessitatibus, vice nostra, idoneus vbique minister existat. Et quia omnium vestrorum sollicitudinem illi gerere præcepimus, omnium volumus obedientiã comitari. Decet sanè, fratres, vt qui pro omnibus laborat, cunctorum subsidio fulciatur. Huic ergò in congregandis generalibus Synodis, in omnibus supradictarum regionum partibus, nostram commodamus auctoritatem: & quidquid prouinciali synodo fuerit definitum, ad eius absque dilatione statuimus notitiam perducendum. Si cui autem ab illis partibus hanc sanctam Sedem appellare opus fuerit, & in nostra audientia se audiri popoſcerit, hunc commonemus, vt ad eius primùm audientiam se summittat, & ecclesiasticorum gestorum in sua regione rationabili digestione prolata, si Episcoporum de eo, qui fortè criminibus impetitur, sententia discordauerit, vt ab aliis reus, innocens iudicetur ab aliis; tunc ipsis gestis ad nos delatis, litteris etiam præfati fratris nostri, cui vicem nostram concessimus, commendatus, siue ad nos, siue ad beatissimi Petri Sedem

securus

ſecurus accedat, nullaque eum in veniendo mora præpediat. Quam etiam condicto fratri noſtro Drogoni Archiepiſcopo in examinandis ac perquirendis Epiſcopis & Abbatibus, ſub hoc tenore hanc noſtram licentiam & auctoritatem conceſſimus, ſaluo in omnibus huius vniuerſalis Romanæ Sedis primatu, noſtrique Præſulatus honore, vigoreque & exaltatione cariſſimi ac ſpiritalis filij noſtri domni Hlotharij magni Imperatoris. Nam nobis valde placuit, propter diuerſas eccleſiarum Dei perturbationes hoc neceſſarium ſatiſque dignum opus explere.....

NOTATIO.

Poſt S. Bonifacij Moguntini & Vltraiectini obitum, nullus hactenus (vt Hincmarus epiſtola 6. cap. 29. docet) Pipini Regis, & Caroli Magni ac Ludouici Pij Imp. temporibus, Vicarij Sedis Apoſtolicæ in Gallia aut Germania munere fuerat perfunctus. Anno demum 844. DROGO Metenſis Epiſcopus, Romam à Lothario Imp. cum Ludouico filio miſſus, regiæ proſapiæ prærogatiua (Lotharij quippe, fratrumque Regum patruus) prælationem hanc à Sergio Papa eſt adeptus: ſibi tamen, vt ea liceret, non conſentientibus quorum intererat, obtinere non potuit: vt Sirmondus to. 1. Conciliorum Galliæ notauit.

CAPVT XXXV.

Carolus Caluus Rex Francorum poſſeſſiones eccleſiæ cathedralis Tornacenſis confirmat an. 854.

CArolus gratia Dei Rex. Quia venerabilis vir IMMO, Nouiomagenſis atque Tornacenſis eccleſię Epiſcopus, vtilitatem ſibi commiſſæ eccleſiæ, & neceſſitatem Canonicorum ſuorum præuidens, ſcilicet vt rebus exterioribus adhibitis diuinum cultum ac miniſterium proprij officij liberiùs poſſit explere, deferens priuilegium quoddam venerabilium Epiſcoporum noſtrorum manibus roboratum, in quo quædam res ad vſus præfatorum Canonicorum ſuorum delegatæ detine-

tinebantur, humiliter petiit, vt id easdemque res, cum appenditiis suis, prædictæ ecclesiæ sanctæ Dei genitricis Mariæ semper virginis, in præfata ciuitate TORNACO sitę, in vsibus ac stipendiis clericorum ibidem Domino seruientium perpetualiter habendas, nostris confirmaremus edictis. Fuerunt namque temporibus antecessorum eius, præscriptæ ciuitatis clericorum vsibus res applicatæ, villa *Lamedinus* cum integritate sua, & mariscus vnus in Flandrense pago, nec non etiam decimæ populi iuxta antiquam consuetudinem ad eumdē locum confluentis.

Præterea ab eodem venerando Pontifice acquisitæ res, & superadiectæ sunt hæ; itē in pago Bragbantense, in loco qui dicitur Villa, quidquid Hrotscindis Deo deuota in eodem loco habuisse cognoscitur, ad partē prædictæ ecclesiæ tradidit, nec non & mariscū in pago Flandrensi, quem Otgisus presbyter, & Butgisus germanus eius frater præfatæ ecclesiæ contulerunt. Teloneum etiam præfatæ ciuitatis Tornacensis, & insuper in Nouiomo vineæ, de quibus secundùm temporis qualitatem colliguntur modia centum viginti. Has denique res, sicut in priuilegio Episcoporum continetur, secundùm prænominati reuerendi Pontificis Immonis rationabilem constitutionem, sumptibus & indumentis, ceteriscque vtilitatibus præsignatis Canonicis S. Mariæ, eiusdem sæpedicti venerandi Præsulis supplici deprecatione, perenniter habendas decernimus & firmamus, videlicet vt remota necessitatis in*quietudine ipsis & successoribus* eorum liberiùs per omnia tempora pro *nobis*, & regni stabilitate Christi misericordiam assiduis precibus implorare delectet.

Præterea statuimus, vt vltra tricenarium numerū in congregatione fratrum prædictæ ecclesiæ sanctæ Dei genitricis Mariæ nullus clericorum adiiciatur; ni fortè superadiectæ fuerint aliæ præter istas res, quæ ad vsus eorum sine murmuratione sufficiant; quatenus moderata rerū distributio præfatorū clericorū in memorato loco, secundùm proprij Pontificis administrationē, sufficiens, nō alia constitutione moueatur, quæ eorū animos aliqua turbela in diuino seruitio tepescere cogat. Vt autem hæc præcellentiæ nostræ confirmatio perpetuū in Dei nomine obtineat vigorem, de annulo nostro subter eam iussimus sigillari.

Guillermus..... ad vicem Ludouici recognouit.

Data VIII. Kalendas Augusti, Indictione II. anno XV. regnante Karolo glorioſissimo Rege. Actum Vermeria palatio regio. 854.

CAPVT XXXVI.

Lotharius Lotharingiæ I. Rex, Lotharij Imp. filius, Bergense monasterium, prope Ruræmondam Gelriæ vrbem, à S. VVirone Episcopo eiusq; sociis (Pipino Herstallio fundum donante) constructum, Canonicis ecclesiæ cathedralis Vltraiectensis an. 858. attribuit incolendum; Normannis Frisiam & Batauiam vastantibus.

LOtharius diuina præueniente gratia Rex. Quia ex relatu Guntharij, sacri palatij nostri summi Capellani, & Hungarij, venerabiliũ Episcoporum, didicimus, quòd Traiectensis ecclesia, quæ in honore Christi confessoris Martini constructa esse dignoscitur, barbarica imminente nequitia, penè destructa & ad nihilum redacta sit, Canonicique olim in ea militantes passim per diuersa loca quidam dispersi, quidam etiam interempti sunt; hac denique incumbente maxima necessitate, deprecati sunt Celsitudinem nostram, vt memoratæ sanctæ sedi infra regnum nostrum quietum & pacificum locum, ad consolationẽ & refugium Canonicorum, tribueremus. Quorum suggestionibus, pro amore Domini nostri, ob remedium etiam animæ aui nostri, & piæ memoriæ genitoris nostri Lotharij, quondam Augustorum, nec non genitricis nostræ Hermingardæ, libentissimum præbentes assensum, hos clementiæ nostræ apices fieri iussimus, per quos in pago Masou super fluuium Rura, monasteriũ in honore S. Petri constructum, quod BERGH nuncupatur, ad præfatã sedem Traiectensem sub omni integritate tradimus, & per omnia tempora, ad consolationem & tutamentum Rectorum eiusdem sedis, vel cleri famulatum concedimus.

Signum Lotharij Regis.

Daniel Notarius recognoui, scripsi & subscripsi. Data IV. Nonas Ianuarij, anno, Christo propitio, D.CCC.LVIII. regni domini Lotharij Regis tertio, Indictione sexta. Actum Prumia monasterio.

858.

Idem

Idem dotat monasterium S. Dionysij prope Parisios, an. 860.

Hlotharius diuina præueniente clementia Rex. Werimondus, fidelis excellentiæ nostrę Ministerialis, nec non & Deodatus, monachus & Archicustos ecclesiæ S. Dionysij, vbi idem inclytus martyr Christi corpore veneratur, ac Hludouicus, dilectus consanguineus noster, Abba & rector esse videtur, implorauerunt Sublimitatem nostram: quatenus eidem ecclesiæ ac B. Dionysio aliquantulum ex rebus nostræ proprietatis, ad luminaria ipsius procuranda, concederemus in proprium. Nos igitur imploratiónibus illorum assensum præbentes, hos regiæ dignitatis imperauimus apices fieri, per quos sancto & gloriosissimo Dionysio martyri, seu venerabili loco, quo idem conditus habetur, in pago nuncupante Fanomartinse, super fluuium qui vocatur Scaltus, mansum vnum ex fisco nostro VALENTIANAS, quem Valentinus nomine Fiscealinus ad deseruiendum possidet, ipsumque cum vxore sua, & infantibus illorum, ob amorem Dei ac beatissimi Dionysij reuerentiam, seu emolumentum animæ nostræ, ad proprium largimur. Ego Ercamboldus, Regiæ dignitatis Cancellarius, recognoui & subscripsi. Data VII. Kalendas Februarij, anno, Christo propitio, regni domni Hlotharij glorioſi Regis quinto, Indictione octaua. 860.
Actum Valentianas, palatio regio.

NOTATIONES.

Lotharius Rex I. Lotharingiæ vxorem habuit *Theutbergam*, Bosonis in Burgundia Comitis filiam. Theutbergæ porrò repudium meditante Lothario, cũ diuortij causſa quæreretur, sparsa est fama Teutbergam flagitium olim ab Hucberto fratre passam fuisse: atque hoc illa crimen, vi ac dolo, vt posteà patuit, fateri, vestemque sibi vt mutare liceret, petere compulsa est, tum aliàs deinceps, tum anno 860. primùm, in duplici Episcoporum conuentu, quorum alter mense Ianuario, alter Februario habitus est Aquisgrani. Lotharius itaque, reclamante Nicolao Papa, *Waldradam*, Gunteri A. Colonienſis sororem aut cognatam, superinduxit, & ex ea genuit *Hugonem*, *Bertam* & *Gisſam*.

Hugonem Lotharingiæ regnum ambientem Carolus Crassus Imp. an. 885. oculis priuauit, & tonsum monasterio Prumiensi apud Treueros inclusit, vbi & obiit. Berta, procurante Hugone iã dicto, nupsit Theobaldo Comiti, & ex eo genuit Hugonem Italiæ Regem, Lotharij itidem Regis patrem. Gisla nupsit Godefrido Normannorum Regi, qui an. 885. in Batauia est interemptus, cùm pacem antè factam, incitante eodem Hugone, rumpere moliretur.

Boso, Bouonis seu Buuini Comitis filius, sororem habuit Richildim, Carolo Caluo Imp. nuptam: à quo idem Boso an. 876. Dux Italiæ ac demùm Rex Prouinciæ est creatus. Idem Ludouico Balbo defuncto, an. 879. regnum Arelatense seu Burgundicum ambiuit; obitque an. 887. conditus Viennæ in basilica S. Mauritij.

Boso Marchio Tusciæ, Theobaldi Comitis Arelatensis & N. anonymæ filius, genuit filias quattuor: ex quibus Willa nupsit Berengario Italiæ Regi; de qua vide suprà pag. 48.

CAPVT XXXVII.

Carolus Caluus Rex Francorum an. 863. benefacit ecclesiæ Cameracensi, petente Isaaco Comite Cameracensi.

CArolus diuina propitiante clementia Rex Francorum. Adeuntes nostræ dignitatis præsentiam ISAAC & SIGARDVS Comites, humiliter precati sunt, vt concederemus Cameracensis ecclesiæ Præsuli Stephano, eiusque successoribus omnẽ quam Regia maiestas habet potestatem, scilicet legalis iustitiæ disciplinam, excepto dumtaxat stipite, quo Comitis industria, mallo accersito, iustitiam Dei & Regis regaliter habet exhibere, in quodam loco iuxta ac cis castrum, trans fluuiolum qui dicitur Criencio, ad eam scilicet plagam, qua ecclesia beatæ genitricis Marię sita est, infra vnius leucæ vndique spatiũ. Quorum petitionibus annuendo concessimus, sed & in eiusdem castri pago, villa quæ fertur Lambris, vltra citraque fluminis ripam, quod dicitur Scarpus, totum eiusdem villæ prædium, & vltra quantum arcus iacere potest vndique, ac toloneũ, sed & aduenas eò loci commorantes, atque monetæ officinam simili modo donamus.

Signum Caroli Regis glorioſissimi.

Goselinus regiæ dignitatis Notarius, ad vicem Heriuei Archiepiscopi summique Cancellarij, recognouit. Datum XI. Kal. Iunij, Indictione, XI. anno XXIV. regnante Carolo Rege glorioſissimo. 863.

CAPVT XXXVIII.

Excerptum ex Priuilegio, quod à Concilio Sueſſionenſi III. *an.* 866. *conceſſum eſt monaſterio Sollemniacenſi, in diœceſi Lemouicenſi, fundato à S. Eligio, Noniomenſi ac Tornacenſi Epiſcopo.*

866. ANno incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti D.CCC.LXVI. Indictione XIV. regni autem domni Karoli Regis XXVI. dum apud vrbem Sueſſonicam, iubente Nicolao vrbis Romæ Pontifice, magna Synodus ex diuerſis Galliæ, Neuſtriæ, atque Aquitaniæ Epiſcopis confluentibus, XV. Kalendas Septembres haberetur, venit quidam Abba venerabilis, Bernardus nomine, ex monaſterio SOLLEMNIACO nuncupato, regiam clementiam & ſynodalem adiens pietatem, pro priuilegiis ipſi monaſterio impetrandis.

Talia ergò dum ſibi ſuiſque fratribus concedenda poſtularet, innotuit regiæ dignitati, noſtræque Synodo reſidenti, qualiter vir beatiſſimus ELIGIVS, Viromandenſis eccleſiæ Epiſcopus, cœnobiũ ipſum in Limouicino rure, quod Sollemniacus vocatur, in honore Dei & veneratione Apoſtolorum Petri & Pauli, ac martyrum Dionyſij & ſociorum eius, Criſpini, Criſpiniani & Pancratij, ſeu & confeſſorum Martini, Hilarij, Medardi, Remigij & Germani, ſuo opere ædificare ſategit, monachoſque ibidem inſtituit: & quomodo per teſtamentum propria ſua manu, atque aliorum Epiſcoporum corroborauit voluntate, & idem monaſterium monachis in eodem degentibus, ac ſucceſſoribus eorum tradidit: eo videlicet tenore, quatenus ſub tuitione, atque quem trito ſermone mundeburdo vocant, *Dagoberti* Regis, qui tunc temporis apicem regni tenebat, & ſucceſſorum eius viuerent, & normam S. *Benedicti* tenerent: & quomodo iſdem Rex Dagobertus, cognitis eiuſdem Epiſcopi Eligij ſtudiis, præfatum monaſterium cum omnibus rebus ad ſe pertinentibus, tam ſui donatione, quàm etiam bonorũ hominum collatione, per auctoritatẽ præcepti ſui Abbati, atque monachis in eodem degentibus confirmauit.

His

His igitur omnibus, Abbatis relatione Bernardi, Regiæ potestati ac synodali Concilio cognitis, obtinuit ipsius Abbatis precatio, apud eius Synodique clementiam, vt nostra innouatione, quoniam Nortmannorum crudelitate grassante priora instrumenta incendio fuerant concremata, huius prædictæ firmitatis stabilitas muniretur.

Vulfadus metropolis Biturigensis ecclesiæ Ep. subscripsi.....
Hincmarus metropolis ecclesiæ Remorum Ep. subscripsi.
Æneas Parisiensis Episcopus subscripsi.
Fulgricus Episcopus Augustæ Tricorum subscripsi.
Odo Beluacensis ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Huntfredus Morinensis ecclesiæ Ep. subscripsi.
Rainelmus Vermandensis ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Hincmarus Laudunensis ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Ioannes Cameracensis Ep. huic priuilegio subscripsi.

CAPVT XXXIX.

Hincmari Remorum Archiepiscopi, & aliorum Episcoporum Vermeriæ an. 869. *congregatorum, diploma de prædiis Abbatiæ S. Vedasti.*

HIncmarus Remorum Archiepiscopus omnibus Archiepiscopis & Episcopis, nunc ad Synodum vocatis, atque mecum Vermeriaco palatio constitutis. Gaudendum est nobis, fratres carissimi, pro senioris nostri KAROLI Regis feruentissimo studio, quod gerit circa monasteria releuanda, instauranda atque religiosè ordinanda. Nunc verò maximè de monasterio S. VEDASTI, eiusdemque loci monachis, quod dicitur Nobiliacus, ordinationem præ manibus habet: quoniam ipsam Abbatiam, nunc nouiter reddente sibi nepote suo Lothario Rege, recepit, quam olim, post bellum Fontanidum, fratri suo Lothario Imperatori, ob gratiam firmioris inter se amicitiæ, præstitit. 869.

Quapropter idem dominus Rex de eadem Abbatia, quasdam res, villas, prædia, mancipia, cum omnibus suis appendiciis, auctoritate sigilli sui confirmauit. Quarum villarum nomina sunt hæc: ad Matriculam ecclesiæ Mainboduillam, Bais, Senous, Herborcisternam, Pome-

Pomerias, Herbinicurtem, manſos X. cum Longobragio, Mainiuium, Morſelle, & Scheldogotheim, Iuuentiacium. Has villas in vſus luminariorum, matricularíorum, & ceteris quæ in eccleſiis in præfato monaſterio poſitis neceſſaria fuerint, deputauit, eo modo vt quidquid etiam ad medicinam opus fuerit, ex præfatis villis ſuppleatur.

Ad neceſſaria verò fratrũ victus & potus, has villas delegauit, medietatem vici qui vocatur Nouauilla iuxta ipſum monaſterium, Filciacum villam, Theuludum, Bigartium, Hernanicurtem & Bernallam; in pago Beluacenſi Mediolanas, Puteas aquas, & Inungificurtem: Valles ſuper fluuium Sommam cum camba vna, & duobus molendinis, Stragas, Saltiacum, Atramentarias, Maſt, Marcheim, Sirigotem, precariã Emmonis & Tagengarij. Ad Cameram verò fratrum has villas deſtinauit, Atheias, Saltiacum, Liniacũ, Campanias, & in Fontanido manſos III. & manſum I. in Lambras, & alterum in Hadas, & tabernam vnam in vico Monaſterij. Ad portam verò Berneiam villam, & in Anzinio manſum vnum & in Auez manſos V. cum molendino. Ad Hoſpitale verò pauperum in Daginuilla manſos VII. & in Boneia villa & Letſales manſos III. ad domum verò infirmorum omne teloneum ex mercato. Pro remedio namque animæ genitoris ac genetricis ſuæ, ac pro ſua ſalute & ERMENTRVDIS ſuæ coniugis, dedit has villas fratribus, Trontelhicurtem, Cilliacum, Lutoſum montem atque Tilgidum. Vnde nos Epiſcopi, qui Synodali euocatione hîc adſumus, ſenioris noſtri Karoli Regis iuſſu, ſtatuimus, vt monaſteriũ ipſum, eiuſque cuſtodia atque omnis ordinatio ad ipſos monachos & ad Abbatẽ pertineant; neque Canonici extra clauſtrum ad habitandum admittantur vlteriùs ſicut hactenus, omnimodis inhibemus, excepto ſeruitores illorum.

Armentarij.

Hincmarus metropolis Remorum Archiep. ſubſcripſi.
Folericus Auguſtæ Tricorum Epiſcopus ſubſcripſi.
Hilmeradus Ambianenſis Ep. Æneas Pariſiacenſis Ep.
Ramelmus Nouiomagenſis Ep. Ioannes Cameracenſis Ep.
Hincmarus Laudunenſis Ep. Erminus Siluanectenſis Ep.
Odo Beluacenſis Ep. Hugo Abbas, Gauſlenus Abbas,
Hilduinus Abbas, Fulco Abbas ſubſcripſi.

Ego Gauzlenus Abbas, iuſſu domini Hincmari Archiepiſcopi, hoc priuilegium ſcripſi & ſubſcripſi.

CAPVT

CAPVT XL.

Diuisio regni Lotharij, anno 870. inter Carolum Caluum Francie, & Ludouicum Germanie Reges, fratres, facta in Procaspide ad Mosam fl. haut procul ab Heristallo.

ANno incarnationis Dominicæ D. CCC.LXX. regni Karoli XXXI. Indictione III. VI. Idus Augusti, inter glorioſos Reges KAROLVM & HLVDOVVICVM fuit hæc diuiſio regni facta, in Procaſpide ſuper fluuium Moſam. 870.

Et hæc eſt portio quam ſibi HLVDOVVICVS accepit: Coloniam, Treueris, Vtrech, Stratsburch, Baſulam, Abbatiam Sueſtre, Berch, Niu monaſterium, Caſtellum, Indam, S. Maximini, Ephternacum, Horreum, S. Gangulfi, Fauerniacum, Polemniacum, Luxouium, Luteram, Balmam, Offonis villam, Megeni monaſterium, S. Deodati, Bodonis monaſterium, Stiuagium, Romerici montem, Morbach, S. Gregorij, Mauri monaſterium, Eboresheim, Homovva, Maſonis monaſterium, Homburch, S. Stephani Straſtburch, Erenſtein, S. Vrſi *in Salodoro*, Grandi vallem, Altam petram, Iuſtinam, Vallem cluſæ, Caſtellum Carnones, Heribodesheim, Abbatiam de Aquis, Hoenchirche, Auguſtchirche, Comitatum Teſtrebant, Batua, Hattuarias, Maſau ſubterior de iſta parte, item Maſau ſuperior, quod de iſta parte eſt, Liugas quod de iſta parte eſt, diſtrictum Aquenſe, diſtrictum Trectis, in Ribuarias Comitatus V. Megenenſium, Bedagovva, Nitachovva, Sarachovva ſubterior, Bleſitchovva, Selme, Albechovva, Suentiſium, Calmontis, Sarachovva ſuperior, Odornenſe quod Bernardus habuit, Solocenſe, Baſiniacum, Eliſchovve, Waraſch, Scudingum, Emaus, Baſalchovva, in Eliſatio Comitatus II. de Friſia duas partes.

De regno quod Hlotharius habuit, ſuper iſtam diuiſionem, propter pacis & caritatis cuſtodiam, ſuperaddidimus iſtam adiectionem: Ciuitatem Metris, cum Abbatia S. Petri, & S. Martini, & Comitatu Moſenſi, cum omnibus villis in eo conſiſtentibus, tam dominicatis, quàm

Ourt. & vassallorum. De Arduenna, sicut flumen Vrta surgit inter Bislanc & Tumbas, ac decurrit in Mosam: & sicut recta via pergit in Bedensi, secundùm quod communes fideles nostri rectiùs inuenerint, excepto quod de Condustro est ad partem Orientis trans Vrtam: & Abbatias Prumiam & Stabolau, cum omnibus villis dominicatis & vassallorum.

Et hæc est portio quam KAROLVS de eodem regno sibi accepit: Lugdunum, Vesontium, Viennam, Tungris, Viridunum, Cameracum, Viuarias, Vcetia, Montem Falconis, S. Michaëlis, Culdini monasterium, S. Mariæ in Bisonciono, S. Martini in eodem loco, S. Eugendi, S. Marcelli, S. Laurentij, Leudensi, Sennonē, Abbatiam Mellam, Melbarium, Laubias, S. Gaugerici, S. Saluij, Crispinno, Fossas, Marilias, Hunulcurt, S. Seruatij, Malinas, Ledi, Sunniacum, Antonium, Condatū, Merrebeechi, Ticliuinni, Luitosa, Calmontis, S. Mariæ in Deonant, Echa, Andana, Wasloi, Altum montem, Comitatum Texandrum, in Brachanto Comitatus IV. Cameracensium, Hanioum, Lomensem, in Hasbanio Comitatus IV. Masau superior de ista parte Mosæ, Masau subterior quantum de ista parte est, Liugas quod de ista parte Mosæ est, & pertinet ad Velsatum, Scarponinse, Viriduninse, Dulminse, Arlon, Vaurense, Comitatus I I. Mosminse, Castricium, Condrust; de Arduenna sicut flumen Vrta surgit inter Bislanc & Tumbas, ac decurrit ex hac parte in Mosam, & sicut recta via, ex hac parte Occidentis, pergit in Bedensi, secundùm quod Missi nostri rectiùs inuenerint; Tullense, aliud Odornense, quod Termarus habuit, Barrense, Portense, Salmoringum, Lugdunense, Viennense, Viuarias, Vcetiam, de Frisia tertiam partem.

NOTATIONES.

Regnum Lotharij] *Lotrÿck*, vulgò Lotharingia, à Lothario primo Lotharingiæ Rege, Lotharij Imp. filio, sic nuncupata. Cuius quidem Lotharij Regis an. 869. Placentiæ sine prole legitima defuncti, regnum, inter se patrui duo, Carolus Caluus Franciæ, & Ludouicus Germaniæ, Reges, an. 870. diuiserunt; excluso Ludouico II. Imperatore, Lotharij fratre, cui regnum hereditario iure debebatur. Carolus

lus porrò à regni proceribus accitus, Virduni Hattonem Episcopum, Metis Aduentium illius vrbis Præsulem, & Franconem Tungrensem, aliúsque plurimos in fidem suscepit. Exinde V. Idus Septembris Metis in basilica S. Stephani ab Episcopis plurimis publicè coronatus est. Habuit autem vxores duas, *Herminitrudem* Vodonis Comitis filiam, quam an. 841. duxit, & *Richildim*, Bosonis Prouinciæ Regis sororem. Liberos reliquit, *Ludouicum Balbum* Regem Francorum, *Iudithan* primùm Edelulfo Angliæ Regi, pòst Balduino Ferreo Flandriæ Comiti nuptam, & *Ermentrudem* Abbatissam Hasnoniensem.

NIV monasterium, Castellum, Indã.] Ex adiunctis liquet, hîc non designari Castellum Morinorum, *Kessel* ad Mosam, sed Nouum Castellum suprà pag. 35. nominatum, hoc est, Aquasgrani.

SCARPONNA.] *Charpeigne*, vicus ad Mosellam prope Mussipontem.

CASTICIVM.] *Chastrice*, in diœcesi Catalaunensi.

MOSMINSE.] Mosonium, aut Mosomum, opidum Mosæ adsitum, *Mouson*, olim ecclesiæ Remensis, nunc præsidio militari tenetur à Rege Franciæ. S. Remigius in epistola ad Falconẽ Episcopum Tungrensem nuncupat MOSOMAGVM, vt suspicor. A Mosomo diuersum est opidum Mussipontanũ, *Monson*, ad Mosam in Ducatu Barrensi situm, Academia clarum, quod Duci Lotharingiæ paret. Reliqua obscura locorum vocabula Diuisionis iam recitatæ, à nobis explicata cap. 20. in Codice Donationum piarum Lector inueniet.

CAPVT XLI.

Temseca, VVasiæ villa, ad Scaldim fl. datur monachis S. Petri Blandinienſis, à Carolo Caluo Francorum Rege, an. 870.

CArolus Dei gratia Rex, notum esse volumus omnibus, quia venerabilis vir Balduinus, Abbas monasterij quod vocatur Blandinius, à S. Amando in vico Gandensi constructũ, in honore Apostolorum SS. Petri & Pauli, vbi modò corpus B. *Amelbergæ* virginis quiescere dignoscitur, petiit à nobis, qualiter fratribus in eadem ecclesia Deo

militantibus aliquas res daremus. Quibus dedimus in pago Wasiæ super fluuium Scalde villam quæ vocatur TEMSECA, cum ecclesia benè ornata, in honore S. Mariæ & S. Petri consecrata, vbi S. Amelberga virgo glorioſa migrauit à sæculo ad Christum. Ildeboldus Notarius, ad vicem Gosleni, recognoui. Data Idibus Aprilis, Indictio-
870. ne III. anno tricesimo regnante Carolo glorioſissimo Rege. Actum Compendio palatio regio.

Idem Carolus Caluus benefacit ecclesiæ Niuellensi 877.

Carolus Dei misericordia Imperator Augustus. Ob amorem Dei & deprecationem RICHILDIS Imperatricis coniugis nostræ, concedimus ad vsus fratrum seu sororum, sanctimonialiũ & Canonicorum NIVELLÆ cœnobij, quod conditum est in honore S. Mariæ, in quo etiam S. GERTRVDIS corpore quieſcit, res quasdam eiusdem cœnobij, id est, infra ipsum monasterium mansos duos, molendinũ vnum, cambas duas, villam Gaugiaco in Comitatu Brachbantinse, Liniacum in eodem Comitatu, & Wambacem, Tobacem, Iturnam, Rosbacem, Hanuariam, Bolarium, villam Sprendelingam cum vineis in Comitatu VVormacensi, villulam Bisinacum cum vineis in Comitatu Laudunensi, villulam Foreſt in Taxandro, in Frisia terram & mancipia ad salem, piscariam in Meruada. Extra has villas superaddidimus Liniacum in Brabantinse, villam Broele trans Rhenum cum vineis, villulam Monasteriolum cum integritate sua, & vnam vineam in Comitatu Sueſſionico in Bersiaco.

Signum Caroli glorioſissimi Imp. Augusti. Domina Richildis Imperatrix ambasciamit. Andeser Notarius, ad vicem Gauzlini, reco-
877. gnouit. Data VII. Idus Iulij, Indictione X. anno XXXVIII. regni Caroli glorioſissimi Imp. Augusti in Francia, & Imperij secundo, & in succeſſione Lotharij Regis anno VIII. Actum Pontigone.

Idem

Idem Carolus Caluus an. 877. confirmat prædia Abbatiæ Marchianensis:

Karolus misericordia diuina Imperator Augustus. Nouerit omniũ fidelium industria, quemadmodum sororum & fratrum necessitatibus in cœnobio MARCIANAS nuncupato, sito in Comitatu Atrebatensi, in pago Ostrebanno, super fluuium Scarp, sub tutela S. RICTRVDIS Deo militantium, subuenire cupientes, eorum indigentiis nobis per Bernonem diaconum & Palatinum, Ministerialem nostrum, patefactis, concedimus memorato cœnobio in pago Cameracensi villam de Lis, in pago Atrebatensi villam Bariacum, in pago Ostrebanno villam Gaugiacum, & in eodẽ pago Ostrebanno in Lambras mansum vnum, cum molendino suo, similiter & in prædicto pago Ostrebanno de villa Rullagio anguillas cccc. atque in pago Pabulensi villam Bebrogium.

Pari tenore largimur in pago Medenentinsi villam Rumciniũ cum appendice villa Templouio; & in pago Letico villam Haignas, cum appendice villa Nantgiaco: similiter & in ipso Comitatu Letico de villa Rinenga omnem decimam. De villa Viriaiaco iubemus tres partes fieri de vino, vnam partem ad opus senioris, alteram ad vsus sororum ac fratrum in Marcianis consistentium, tertiam ad opus sororum ac fratrum in Hamatico degentium. Insuper concedimus ad opus ecclesiæ infra ipsum monasterium mansum vnum, & in villa Ampleias mansos duos.

Adaletorius Notarius, ad vicem Gauzlini, recognouit. Datum v. Idus Iulij, Indictione x. anno xxxviii. regni Karoli Regis in Francia, & Imperij eius secundo. Actum Pontigone, palatio imperiali. 877.

NOTATIONES.

Marchianenſe, Haſnonienſe, Dononienſe, & alia nonnulla Belgij vetuſtiora cœnobia, olim ſexus vtriuſque fuerunt. MARCHIANENSE cœnobium S. Rictrudis, Adalbaldi Duacenſium Principis vidua, hortatu S. Amandi Tungrenſis Epiſcopi, conſtruxit. Sed poſt annos trecentos triginta ſex aut circiter, monialibus amotis, Leduinus Abbas Vedaſtinus monachos Benedictinos ſubſtituit, Gerardo Cameracenſi Epiſcopo, & Balduino Flandriæ Comite, ſatagentibus. HAMATICVM S. Gertrudis, Adalbaldi iam dicti mater, aliis auia, fundauit eſtque hodie cella ſeu Prioratus à Marchianenſi Abbatia dependens.

Marchianenſes.

Hamay.



Arken-

Arkenbaldus, aliàs Erkenaldus, Maior domus regiæ, hortante S. Furseo Abbate Hiberno, Peronæ in Picardia ecclesiam Canonicorum, & duo monasteria Benedictinorum, videlicet Latiniacum ad Matronam fluuium, *Lagny sur Marne*, sexto lapide à Parisiis, & Montem S. Quintini prope Peronam ædificauit.

CAPVT XLII.

Carolus Caluus Imp. prædia Abbatiæ Hasnonienſis anno 877. confirmat, petente filia ſua Ermentrude Abbatiſſa Haſnonienſi.

CArolus misericordia Imperator Augustus. Fratrum & sororum necessitatibus in cœnobio HASNON nuncupato, sito in Comitatu Atrebatensi, in pago Ostrebanto, super fluuium Scarp, sub tutela S. Petri Deo militantium, subuenire cupientes, eorum indigentiis per ERMENTRVDEM filiam nostram Abbatissam patefactis, decernimus nostræ Altitudinis præcepto eis confirmari, quatenus ea perpetualiter possideant quæ inferiùs descripta habentur. Concedimus igitur memorato cœnobio in prædicto pago villam Azinium, super fluuium Scaldim. Pari tenore largimur in præfato pago Ostrebanto villam Wauercium, nec non in ipso pago in Scaldino dedimus eis octo mansos. De cetero in Comitatu Tardanensi villam Auciacum, sitam super fluuium Wellula. *VVauercin. Velle.*

Odacrus Notarius, ad vicem Goselini, recognouit & subscripsit. Datum V. Idus Iulij, Indictione X. anno tricesimo octauo regni domini Caroli Regis in Francia, & Imperij eius secundo. Actum Carisiaco palatio imperiali. 877. *Creſsy ſur Oiſe.*

Idem

Idem Carolus Caluus Dononiense monasterium, à S. Ragenfrede in Hannonia ad Scaldim fluuium, secundo lapide à Valentinianis constructum, an. 877. instaurat & dotat, hortatu Gislæ sororis suæ.

Carolus misericordia Dei Imperator augustus. Per sororis nostræ GISLÆ crebram admonitionem, ac nepotis nostri supplicem postulationem, Abbatiam sanctissimæ Dei genitricis Mariæ, nec non venerandæ virginis S. RAGENFREDIS, quam ex suis propriis prædiis ac vernaculis ipsa viuens construxit, sitam super Scaldis fluuij ripam, in
Domain. prædio quod nuncupatur DONONIVM, ad pristinum certamus restituere statum. Decreuimus igitur has res reddere & confirmare, ad vtilitatem fratrum sororumque inibi Deo militantium, vt perpetualiter possideant quæ inferiùs scripta habentur. Reddimus itaque fratribus & sororibus memorati cœnobij ipsum Dononium cum omni integritate, & in pago Hainoginense villam quæ dicitur Halcim, cum omni similiter integritate, & omnibus familiis inibi degentibus: in eodem quoque pago villam quæ dicitur Teonis cum omni integritate, in villa verò quæ dicitur Salcem eiusdem pagi mansos XIV. cum silua quæ vocatur Ambligia: in præfato quoque pago, in villa Galdeciatas mansos VII. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini no-
877. stri Iesu Christi D.CCC.LXXVII. Idibus Augusti, Indictione X. anno XXXVIII. regni Karoli Regis in Francia, Imperij eius II.

Signum Karoli gloriosissimi Imperatoris.
S. Noberti. S. Gerlonis. S. Willelmi.
S. Rodulphi eius nepotis. S. Bernardi.
N. Notarius scripsi, Pandiaco palatio regali, amen.

NOTATIONES.

Carolus Caluus Francorum Rex an. 875. nuntio de Ludouici II. Imperatoris (qui fratris sui Lotharij itidem Imperatoris filius fuit) obitu accepto, Septembri mense Alpes transgressus, Italiæ regnum occupauit; Ludouico interim fratre Germaniæ Rege ac proceribus, qui

qui à Carolo defecerant, ipsius regnum depopulantibus. At Carolus Romam, Ioanne VIII. Papa inuitante, profectus, die Natalis Domini, vnctus & coronatus atque Imperator Aug. est appellatus. Exinde Nonis Ianuariis anni sequentis Româ digressus, Papiæ in Insubria conuentum habuit, & BOSONE (cuius sororem Richildim duxerat, quemque Regem Prouinciæ demum creauit) Duce Italiæ constituto, ibique relicto, in Galliam rediit; Ludouico iam antè in Germaniam reuerso. Paschæ solemnibus in S. Dionysij monasterio prope Parisios peractis, ex Legatorum Apostolorum consilio, Synodum Pontigone celebrandam in proximum Iulium indixit: vt pluribus Aimoinus lib. 5. cap. 32. narrat. 876.



Inter eruditos grauis est quæstio, an Balbus patri suo, vt in regno Francico, sic in Romano seu Germanico Imperio quoque successerit. Qua de re R. P. Iac. Sirmondum, cùm sacræ tum profanæ antiquitatis peritissimum, libet audire differentem:

877. Ludouicum Balbum anno 877. Regem Francorũ coronarat Hincmarus Archiepiſcopus Remenſis, vt videre eſt in Actis illius coronationis poſt Capitula Caroli Calui editis. Anno 878. iterum à Ioanne VIII. Papa in Gallia agente, coronam expetiit, exemplo Pippini abaui ſui, quem à Bonifacio primùm Archiepiſcopo Moguntino, deinde iterum à Stephano Papa Regem coronatũ meminerat. Sunt autem, qui Ludouicum ab Ioanne coronam hoc loco non regni, ſed Imperij, ſuſcepiſſe putent. Inde enim Ludouicum Balbum inter Imperatores plerique numerant, tum exteri, tum Francici etiam ſcriptores. Quod mirũ certè, imò falſum videtur, cùm Ioannes ipſe Papa in epiſtola 47. & in aliis, quas ad Ludouicum poſteà ſcripſit, ipſum Regem, non Imperatorem vocet; in epiſtola 71. ad Ludouicum & Carlomannum, Ludouici Balbi filios, Caroli Calui nepotes, Carolo eorum auo Imperatoris nomen tribuat, Ludouico patri nomen Regis; Imperatorẽ haud dubiè appellaturus, ſi Imperator fuiſſet. Eodemque modo Hincmarus in epiſtolis, quarum meminit Flodoardus lib. 3. cap. 19. fratres iſtos Reges Ludouici Regis, non Imperatoris, filios nominet. Quid quòd Ludouici ipſius Balbi, vt alia omittam, diploma exſtat pro eccleſia Niuernenſi, IV. Idus Septembris, hoc eſt, triduo poſt coronationem iſtam Trecis datum, in quo non alium ſe quàm Regem vocat his verbis, *Ludouicus miſericordia Dei Rex*? Rex ergò fuit, non Imperator. Imperatoris verò titulum, antiquis ignotum, alij poſteà temere adfixerunt. Sic ferè Sirmondus in Notis ad tomum 3. Conciliorum Galliæ.

CAPVT XLIII.

Carolus Craſſus Imp. Lauresbamenſe monaſterium an. 884. *dotat.*

KAROLVS diuina fauente clementia Imperator auguſtus. Ob
pag. 39. amorem Dei, & remiſſionem peccatorum noſtrorum, atque pro remedio animarum piæ recordationis genitoris noſtri Hludouuici, nec non & cariſſimi fratris noſtri Hludouuici, glorioſiſſimorum Regum, ad monaſterium quod vocatur LAVRESHAM, vbi S. Nazarius
pag. 31. corpore requieſcit, & præfati Reges humati habentur, vbi Gerhardus

Abba

Abba & rector esse videtur, quasdam res iuris nostri in proprietatem concessimus, in Comitatu Wormatiensi, ad villam quæ dicitur *Alesheim* curtem indominicatam, cum mansis, ædificiis, vtriusque sexus mancipiis, terris, pratis, vineis, siluis: eo scilicet rationis tenore, vt perpetuò monachis ibidem Deo famulantibus in vsibus deputentur, atque indeficiens luminaria exinde in ecclesia, vbi prætati viri requiescunt, habeatur, & nulli præfatæ res in beneficium tradantur, sed ita auxiliante Deo permaneant, ad vsus fratrum & luminariam inextinctam, sicut prælibando statuimus. *Alsheim.*

Segoinus Notarius, ad vicem Luitwardi Archicancellarij, recognoui & subscripsi. Data III. Idus Iunij, anno ab incarnatione Domini DCCCLXXXIV. Indictione II. anno verò regni domini Karoli Augusti VIII. Imperij autem IV. Actum Wormatiæ. 884.

NOTATIO.

HLVDOVVICI.] Ex hoc diplomate, vt & ex Rheginone, aliisque vetustis scriptoribus constat, *Ludouicum* Germanicum, Lud. Pij filium, & Germanici filium *Ludouicum*, in Laurishamensi monasterio sepultos fuisse: quorum Germaniæ Regum monumenta, licet anepigrapha ibidem in hanc diem exstant.

Ibidem est etiam tumulatus *Hugo* Dux, Ludouici illius III. filius naturalis, à Normannis in prælio an. 879. cæsus, Rheginone teste. Eidem monasterio *Tassilonem* Bauariæ Ducem, iteratò rebellantem, cum filio Theodone, Carolus Magnus inclusit: vbi illius monumentum hodieque visitur cum hac inscriptione: *pag. 59.*

Tassilo Dux primùm, pòst Rex, monachus sed ad imum,
Conditur hac fouea, quem pie Christe bea.
Idibus in ternis decesserat iste Decembris.

CAPVT XLIV.

Arnulfus Rex Lotharingiæ, & postea Imperator, an. 888. *Abbatiam Laubiensem donat Franconi Episcopo Leodicensi, eiusq; successoribus.*

pag. 39. ARNVLPHVS, diuinâ fauente clementiâ, Rex. FRANCO Tungrensis atque Leodiensis ecclesiæ Præsul, per quorumdam procerum nostrorum, *Engiscaldi* videlicet & *Irringi*, interuentum, nostræ Celsitudinis clementiam precatus est, postulans vt quandâ Abbatiam LAVBIAS nominatam, quam ipse iam multo tempore à prædecessoribus nostris in beneficium habere visus est (vbi S. Vrsmarus corporaliter quiescit, vbi etiam in S. Petri honore dicata constat ecclesia) tam ad præfatam Tungrensem B. Virginis Mariæ, quamque ad Leodiensem S. Lamberti martyris ecclesiam perpetuò consistendam traderemus.

Statimque nos congruam illius petitionem adimplere studentes, dedimus ipsam Abbatiam, cum omni integritate sua, ad suprà nominata sanctissima loca, cum ecclesiis, cellulis, vicis ac villis, familiis ac mancipiis, curtibus, possessionibus, cum omni integritate, velut *Harbertus* eiusdem ecclesiæ Abbas, tempore prædecessorum nostrorum, noscitur tenuisse. Et pro his omnibus iussimus hoc muniminis nostri præceptũ conscribi, præcipientes vt hæc donationis nostræ constitutio perpetualiter inuiolabilis perseueret: atque in x. Kalendas Octobris die, quo KAROLOMANNVS Rex & genitor noster, præsentem finiuit vitam, sui commemoratio tam in eleemosynis, quàm in orationibus, similiterque nostri, eo die quo ad dignitatem regiam promoti sumus, annuatim tam in Laubacensi, quàm in Leodiensi ecclesia habeatur, obituſque vitæ nostræ in æuo memorum celebretur.

Signum ARNVLPHI sereniſſimi Regis.

Asdelgus Cancellarius, ad vicẽ Theotmari Capellani, recognoui. Data XVII. Kalendas Decembris, anno incarnationis Dominicæ
888. octingentesimo octogesimo octauo, Indictione VII. anno secundo regni domini Arnulphi Regis. Actum Francenuort, curte regia.

Idem

Idem Arnulfus Traiectenſem S. Seruatij Abbatiam tradit Rathbodo A. Treuerenſi, an. 889.

Arnulphus diuina ordinante clementia Rex. Rathbodus Treuerenſis eccleſiæ Archiepiſcopus adiit culmen Serenitatis noſtræ, ſupplicans vt Abbatiam S. *Seruatij*, quæ vocatur Traiecta, in Comitatu Maſeland nuncupato conſiſtentem, ad eccleſiam S. Petri, quæ conſtructa conſtat in ciuitate Treuerenſi, traderemus. Statimque nos dedimus eamdem Abbatiam, cum vniuerſa integritate ſua, ad præfatæ ſedis eccleſiam, in Ludouici Regis aui noſtri, nec non Carolomanni genitoris noſtri, patruorumque noſtrorum Ludouici & Caroli, Regum, animæque noſtræ perpetuam commemorationē, cum curtibus, mancipiis vtriuſque ſexus, decimis, agris, ſiluis.

Aſpertus Cancellarius, ad vicem Theomari Archicapellani, recognoui. Data Kalendis Iulij, anno Dominicæ incarnationis D. CCC. LXXXIX. Indictione VII. anno ſecundo regni domini Arnulphi Regis. Actum Franckenfort palatio regali. 889.

Idem Arnulphus Gerolfo Friſorum (vt Rhegino lib. 2. *teſtatur) Comiti; Theoderici* I. *Hollandiæ Comitis patri, varia prædia confert, an.* 889.

Arnulphus Rex, diuina fauente clementia, notum eſſe volumus omnibus fidelibus, qualiter quidam fidelis & venerabilis Comes noſter, nomine GEROLFVS, manſuetudinem noſtram deprecatus eſt, vt ei quaſdam res iuris noſtri in proprium concederemus. Cuius petitioni libenter annuentes, dedimus ei inter Rhenū & Suithardes-Hage, in Comitatu ipſius, in locis Northa & Oſpretashem, & in loco qui dicitur Bodokenlo hobam vnam, in Alburch quoque hobas duas, & *in Hornum* hobam vnam, & in loco Huui vocato manſam vnam, & *in loco* Theole manſam vnam, & in Aske manſam vnam, cum vniuerſis appendiciis.

Signum domini Arnulphi inuictiſſimi Regis.

Aſpertus Cancellarius, ad vicē Otmari Archicapellani, recognoui

& scripsi. Data pridie Nonas Augusti, anno ab incarnatione Domini
889. D. CCC. LXXXIX. Indictione VII. anno secundo regni Arnulphi prudentissimi Regis. Actum Franconofurth.

CAPVT XLV.

Carolus Simplex Francorum Rex an. 894. *benefacit ecclesiæ Leodicensi, petente Francone Episcopo.*

pag. 39. CArolus misericordia Dei Rex. Nostræ genua Serenitatis adiens domnus FRANCO Episcopus, reclamauit se de quibusdam rebus, de fisco scilicet *Arceias*, in pago Portunensi sito, quas etiam ab Eua, Chunradi quondam muliere, per precariam acceperat, quòd vi atque violentia sibi ac ecclesiæ suæ fuissent ablatæ. Quod ergò vt verum comperimus, ob Dei amorem & S. Lamberti, perque deprecationem genitricis nostræ ADELEIDIS, ac domni Fulconis Remorum Archiepiscopi, præceptum nostræ auctoritatis hoc fieri, & ei dari iussimus.

Signum Caroli glorioſissimi Regis.

Raubertus Notarius, ad vicem Auskerici Cancellarij, recognouit. Datum anno incarnationis Dominicæ octingentesimo nonage-
894. simo quarto, anno quoque, regnante Carolo, secundo, Indictione duodecima, VI. Kalendas Octobris. Actum Attiniaco.

Ludouicus Germaniæ seu Franciæ Orientalis ac Lotharingiæ Rex, benefacit ecclesiæ Vltraiectensi petente Hungero Episcopo.

pag. 39. Ludouicus diuina fauente clementia Rex. Nouerit industria omnium fidelium nostrorum, quòd HVNGERVS veteris Traiecti ecclesiæ Episcopus, quæ est constructa in honore S. Martini, obtulit obtutibus nostris auctoritatem immunitatis genitoris nostri bonæ memoriæ Ludouici piissimi Augusti.....

Signum domini Ludouici piissimi Regis.

Ad vicem Ratlarei, Hubertus recognoui.

Datum

Datum XV. Kal. Iunij, anno XXIX. domini & sereniſſimi Regis Lodouici in Orientali Francia regnantis, Indictione ſecunda. Actum Franconefurd palatio regio.

CAPVT XLVI.

Zuendeboldus Rex Lotharingiæ poſſeſſiones monaſterij Epternacenſis VVillibrordiani confirmat, an. 895.

ZVENTEBVLDVS gratia diuina annuente Rex. Nouerint omnes noſtri fideles, qualiter dilectus Archiepiſcopus & ſummus Cancellarius noſter, RATPOTVS, noſtram deprecatus eſt Celſitudinem, quatenus fratribus B. WILLIBRORDO ſeruientibus, quod ab anteceſſoribus noſtris habuerunt, concedamus. Nos verò eius petitioni conſentientes, antedictis fratribus de monaſterio B. Willibrordi, quod dicitur *Eſternaca*, tales res, quales adhuc habent, ad illorum victum donamus: quorum locorum nomina hæc ſunt: Steinheim, Caroſcara, Oppilendorff, Bullendorff, Arenſa, Maquila, Gladebach, Vffichina, & ad Crouiam eccleſia, cum vineis quæ ſunt ſitæ in pago Piatahgewe, in Comitatu Stephani Comitis. Et hæc omnia cum appenditiis omnibus, id eſt, eccleſius, vineis, & mancipiis vtriuſque ſexus, agris cultis & incultis. pag. 39.

Signum domni Regis glorioſiſſimi ZVENTEBOLDI.

Viadeger Notarius, ad vicem Ratpoti Archicancellarij, recognouit. Data V. Kalendas Nouembris, anno D. CCCXC V. Indictione XIV. regnante Zuenteboldo Rege, anno primo. Actum in vrbe Treuiri. 895.

Idem monachis S. Dionyſij in Francia, prope Pariſios, an. 896. *reſtituit Salonam Abbatiolam; petente Raginero* I. *Hannoniæ Comite.*

Zuentebulchus diuina clementia Rex. Congregatio beati martyris Dionyſij, ſociorumque eius, ad noſtram ſublimitatis clementiam miſit quemdam ſuorũ fratrum reclamare, propter res quas anteceſſores noſtri

noſtri dederunt. Quorum reclamationem nos obaudientes, ob interuentum fidelium noſtrorũ Odoacri & Raginharij, reddidimus eis quandam Abbatiolam, ſitam in Salienſi pago, Salonam nomine, ad ſupradictos vſus, cum omnibus eius appendiciis. Waldgerus Notarius, ad vicem Ratpoti Archiepiſcopi ſummique Cancellarij, recognouit. Data XI. Kalendas Februarij, anno incarnationis Domini
896. octingenteſimo nonageſimo ſexto. Indictione decima quarta, anno verò regni domini Zuentebulchi primo. Actum in Suuetchuſa.

Idem monaſterio Niuellenſi benefacit an. 897.

Zuencheboldus ſuperna annuente clementia Rex. Omnium noſtrorum fidelium induſtria nouerit, quia nos dilectiſſimæ neptis noſtræ interuentu GISLÆ, quaſdã res Niuialenſis Abbatiæ ſibi conceſſæ, vnanimitati fratrum ſeu ſororum inibi commoranti, & S. Gertrudis virginis (cuius veneranda membra in ipſo memorato Niuialenſi monaſterio condita ſunt) laudibus excubanti in proprios vſus delegauimus. Ipſæ autem res hæ ſunt infrà ſcriptæ: ipſius monaſterij manſi duo, molendinum vnum, cambæ duæ, villa Gaugiaca in Comitatu Brachbatinſe, villa quoque Liniaca in eodem Comitatu, & Wambach & Tobacio, & Turna, & Roſebache, & Hanuaria & Bellaria, villa etiã Sprendelinga, cum vniuerſis vineis ad illam accedentibus in pago Wormacenſi, & capella in prædicta villa Thobace, villula Viſinaca in Comitatu Laudunenſi, villula Foreſt in pago Taxandriæ, in Friſia terra ad ſal acquirendum, piſcatio in Meremuda, in villa prædicta Liniaca capella, villa Broele circa Rhenum cum vineis. Inſuper conceſſimus, ad Hoſpitale prouidendum, in ipſo monaſterio manſos tres, villulam *Monaſterioul* cum integritate ſua, & vineam vnam in villa Berciaca in Comitatu Sueſſioniaco. Egilbertus Cancellarius, ad vicem Hermanni Archicapellani, recognouit. Data VII. Kalendas Auguſti,
897. anno octingenteſimo nonageſimo ſeptimo, Indictione XV. anno verò tertio Zuenchebolchi Regis. Actum in ipſo Niuialenſi monaſterio.

Goyck. Lenneck. VVambeke Bauler.

Rhynbroul.

Monſtrual.

Idem

Idem Ratbodo A. Treuerensi Abbatiam vel Præposituram Traiectensem S. Seruatij restituit, an. 898.

ZVendeboldus diuina largiente clementia Rex. Noueritomnium fidelium præsentia, qualiter genitor noster Arnulphus Treuerensi sedi quamdã Abbatiam contradidit, vbi Rathbodus Archiepiscopus esse videtur. Quam, postquam ad nos regni sublimitas peruenit, ob fallentium ora, qui præfatum Episcopũ hoc velle narraueranr, iniustè REGENARIO in precariam concessimus. Quo ita gesto, placitum generale nostrum Aquisgrani fieri statuimus. Illuc memoratus A. Rathbodus veniens, ad nostram reclamauit dominationé, quòd iam dicta Abbatia de præfata sede, illo nesciente, iniustè fuisset adempta. Quod nos circumcogitantes, ipsam Abbatiã antedictæ sedi Treuerensi reddimus, quæ est in pago Maseland, vocabulo Traiecto, quæ in beati confessoris honore consecrata est Seruatij.

Walkerus Notarius, ad vicem Rutgeri Archiepiscopi Archique-Capellani, recognoui. Data III. Idus Maij, ipsa die festiuitatis S. Seruatij, anno octingentesimo nonagesimo octauo, Indictione I. anno verò Regis piissimi quarto. Actum Aquisgrani palatio, inuestitum verò in ipso Traiecto. 898.

Idem dat cathedrali Canonicorum S. Lamberti collegio Leodicensi villam Teux, an. 898.

Zuenteboldus diuina fauente clementia Rex. Omnium fidelium nouerit sagacitas, quia nos, pro salute nostræ animæ, piique genitoris nostri Arnulphi Imp. largimur ecclesiæ, in honore B. Marię & martyris Christi Lamberti in Leodico constitutæ, cui præsidet FRANCO Episcopus, villam nostri dominicatus, sitam in pago Leuga super fluuium Puledam, vocabulo *Teux*, cum omnibus ad eam pertinentibus.

Walgerius Notarius, ad vicem Raerbodi Archicancellarij, recognouit. Actum VIII. Idus Octobris, anno incarn. Dominicæ octingentesimo nonagesimo octauo, regni verò Zuenteboldi Regis quarto. Actum villa Aquæ-dictus. 898.

CAPVT XLVII.

Ludouicus Germaniæ & Lotharingiæ Rex, Arnulfi Imp. filius, Laubium, Fossas & alia loca Stephano Leodicensi Episcopo confirmat, an. 908.

HLodouicus diuina ordinante gratia Rex. Herimannus Agrippinensis ecclesiæ Archipræsul, simulque Repehardus & Reginharius Comites, ad nostræ sublimitatis accedentes excellentiam, vice Stephani venerabilis Episcopi, sunt deprecati, vt cuncta quæ ecclesiæ fuerunt tradita à nostris prædecessoribus, pari voto eidem habenda concederemus.

Idcirco hoc nostræ confirmationis præceptum fieri iussimus, per quod Laubacensem Abbatiam à patre nostro Arnulpho datam, in pago ac in Comitatu Hainuensi sitam, cuius ad præsens Comes videtur adesse Sigehardus, ac fiscum nomine Tectis, à Rege Suendipolcho fratre nostro concessum, in pago ac Comitatu Liuuensi positum, cuius etiam inpræsentiarum idem Comes dignoscitur existere Sigehardus; atque Abbatiam nomine Fossas, per præstariâ à Gisla Abbatissa, nostra consanguinea, nostræ voluntatis consensu, acquisitam, in pago ac Comitatu Lummensi constitutam, cuius nunc adest Comes Berengarius; insuper teloneum ac monetam de Traiecto, nostra donatione, cum consensu Albuini, eo tempore illius Comitis, concessam; pariter quoque Abbatiam Heribotesheim dictam, quę à Gerhardo quondam Comite habita, posteà pro culpa infidelitatis contra nostram Serenitatem exhibita, nostro cessit donatui, quam prælibato Stephano, ipsius affini, dare volentes, tamen suæ iam dictæ ecclesiæ, ipsius precatu, dedimus: hæc nominata cum omni integritate, sæpiùs dictæ ecclesiæ Pastori Stephano, & qui Dei nutu venturi sunt, æternaliter possidenda concedimus.

Signum domini Hlodouici serenissimi Regis.

Ernuldus Cancellarius, ad vicem Ratpoti Archicancellarij, recognouit. Datum v. Kalendas Februarij, anno incarnationis Dominicæ nongentesimo octauo, Indictione vndecima, anno regni Hludouici octauo. Actum Aquisgrani palatio.

908.

Idem

Idem Ludouicus Rex an. 910. dat Mortarium villam Canonicis in Capramonte (opido olim diœcesis Leodicensis) degentibus.

Ludouicus diuina ordinante gratia Rex. Hatto Archiepiscopus, & Gerberus Comes Celsitudinem nostram adierunt, intimando qualiter frater noster Suentipulchus cuidam viro Roingo quandam proprietatem dederit, quam ipse Roingus postmodum ad substantiã Canonicorũ, in Capræmonte degentiũ, delegauerit. Cumque prænominatus Comes hoc taliter actũ perscrutauerit, humillimè expetiit cum Hattone præfato Pontifice, vt eadem res prænominatis Canonicis per nostræ auctoritatis præceptum confirmaremus. Ipsorum itaque petitioni acquiescentes, præscriptas res in Comitatu Leuchia sitas, Mortariumque locum vocatum, cum omnibus suis appendiciis, vt hactenus iam dictus Roingus eas habere visus fuit, ita deinceps, ad substantiam sæpedictorum Canonicorum concedimus ac confirmamus.

Theodulphus Notarius, ad vicem Rathpodi Archiepiscopi & Cancellarij summi, recognoui. Data v. Idus Nouembris, anno Dominicæ incarnationis DCCCC. X. Indictione XIII. anno Ludouici X. 910.
Actum in Gelencheim.

Ludouicus Rex Germaniæ, Hemma coniuge sua petente, donat VVasdam, nunc VVasiam, Theoderico Comiti.

Lothovvicus Dei gratia Rex. Notum sit omnibus fidelibus nostris, quòd dilecta coniux nostra HEMMA Regina, adiens nostræ Celsitudinis præsentiam, deprecata est, vt cuidam nostro fideli, THEODRICO Comiti forestum Wasda, in eodem Comitatu, cum pratis, aquis, terrisque aratoriis, cumque rebus pertinentibus ad prædictum forestum nostro daremus præcepto. Cuius petitionibus fauentes, prædicto Comiti prædictum damus atque largimur forestum, vt habeat, teneat, possideat, cùm suis ad se pertinentiis, tã ipse quàm sui heredes,

seu cui ipse suique heredes vendere vel mancipare voluerint, sine omni contradictione.

Signum domini Lothovvici glorioſiſſimi Regis.

Gezo Cancellarius, ad vicem domini Vthelrici Archiepiſcopi ſummique Cancellarij, recognouit & ſubſcripſit. Datum anno Domini.... VIII. Idus Aprilis, regnante domino Lothovvico anno.... Indictione....

NOTATIO.

Duo fuerunt Ludouici Reges Germaniæ, & vtrique vxor fuit nomine Hemma ſiue Emma. Prior an. 876. poſterior an. 912. obijt. Vtrius iſtud ſit diploma, nondum certò mihi conſtat; eò quod annorum epocha ſit vitiata.

THEODRICO COMITI.] Deſignatur aut Theodericus I. Hollandiæ Comes, ſi à Ludouico priore dicamus ſcriptum iſtud diploma; aut Theodericus dicti Theoderici I. Comitis auus, Geroln pater, ſi à Ludouico poſteriore ſcriptum quis velit.

CAPVT XLVIII.

Excerptum ex Guillielmi Comitis Aruernorũ & Ducis Aquitaniæ Teſtamento; quo prima Cluniacenſis monaſterij fundatio inſtituta eſt, Chriſti 910. *anno, Caroli Simplicis Francorum Regis anno* XIII. *poſt obitum Odonis Regis.*

EGO VVILLELMVS, dono Dei Comes & Dux, tes iuris mei SS. Apoſtolis Petro & Paulo de propria trado dominatione: CLVNIACVM ſcilicet villam, quæ ſita eſt ſuper fluuium, qui Graona vocatur, cum cortile & manſo indominicato, & capella quæ eſt in honore ſanctæ Dei genitricis Mariæ, & S. Petri Apoſtolorum principis, cum omnibus rebus ad ipſam villam pertinentibus: villis ſiquidem, capellis, mancipijs vtriuſque ſexus; vineis, campis, pratis, ſiluis, aquis aquarumue decurſibus, farinarijs, exitibus & regreſſibus, cultum & incultum,

cultum, cum omni integritate. Quæ etiam res sunt sitæ in Comitatu Matisconense, vel circa, suis vnaquæque terminis conclusæ. Dono autem hæc omnia iam dictis Apostolis ego Willelmus, & vxor mea INGELBERGA, primùm pro amore Dei, deinde pro anima senioris mei ODONIS Regis, progenitoris ac genitricis meę, pro me & vxore mea, salute scilicet animarum nostrarum & corporum: pro *Auane* nihilominus, quæ mihi easdem res testamentario iure concessit, pro animabus quoque fratrum ac sororum nostrarum, nepotumque, atque omnium vtriusque sexus propinquorum.

Eo siquidem dono tenore, vt in Cluniaco in honore SS. Apostolorum Petri & Pauli monasterium regulare construatur, ibique monachi iuxta regulam B. Benedicti viuentes congregentur, qui ipsas res perenni tempore possideant. Sint ipsi monachi sub potestate & dominatione BERNONIS Abbatis: post discessum verò eius habeant eidem monachi licentiã, quemcumque sui ordinis secundùm regulam S. Benedicti eligere maluerint Abbatem atque rectorem.

Ego Willelmus hanc auctoritatem fieri & firmari rogaui, ac manu propria roboraui.

S. Ingelbergæ vxoris eius.

S. Madelberti peccatoris Bituricensis Archiepiscopi.

S. Adalardi peccatoris Ep. S. Attonis peccatoris Episcopi.

S. Willelmi nepotis eius. S. Armanni & aliorum.

Anno XIII. regnante Carolo Rege, Indictione XIII. ego Oddo 910.
Leuita, ad vicem Cancellarij, scripsi & subscripsi.

CAPVT XLIX.

Carolus Simplex, Francorum Rex Egmondam cum appendicibus donat Theoderico I. Hollandiæ Comiti, an. 913.

CArolus diuina propitiante clementia Rex Francorum. Adiens præsentiam solij nostri Hagano venerabilis Comes, expetiit à nostra mansuetudine dari cuidam fideli nostro nomine THEODERICO quasdam res, ecclesiam videlicet *Hecmunde*, cum omnibus ad eam iure pertinentibus, à loco qui dicitur Zvvtherdes-Hage vs-

que ad Fortrapa, & Kinnem. Cuius petitionem benignè susscipientes, concedimus præfato fideli nostro hæc omnia ex integro, cum mancipiis quæsitis & acquirendis, pratis, siluis, pascuis aquis, siue aquarum decursibus.

Signum Caroli glorioſissimi Regis.

Hagano Notarius, ad vicem Rotgeri Archiepiscopi summique
913. Cancellarij, recognouit. Datum anno Domini D. CCCC. XIII. XVII. Kalendas Iulias. Actum Pladella villa feliciter, amen.

Idem Canonicis ecclesiæ S. Lamberti Leodicensis dat foreſtem seu siluam; Stephano Leodicensi Episcopo, & Raginero I. Hannoniæ Comite, petentibus, an. 915.

Carolus, diuina propitiante clementia, Rex Francorum. Dudo Virdunensium Episcopus, RAGINERVS Marchio strenuus, pariter etiam Robertus nostræ Serenitatis executor fidelissimus, nostram adierunt Excellentiam, poscentes vt interuentu Stephani Tungrorum Episcopi, nostræ consanguinitati affinis dilectissimi, partibus sanctę Dei genitricis Mariæ, almique martyris Lamberti traderemus foreſtem, quæ olim pertinuerat ad Tectis villam, quam dato fisco Zuendipolchus retinuerat ad manum regiam, quamque constat in pago Luuiensi, atque in Comitatu Sichardi sitam. Horum itaque petitioni assensum præbentes, egimus iuxta quod fuerant obnixè poscentes.

Gousuinus Notarius, ad vicem Heriuei Archiepiscopi summique Cancellarij, recognouit. Datum VIII. Kalendas Septembris, Indictione III. anno vicesimo tertio, regnante Carolo Rege glorioſissimo,
915. redintegrante decimo octauo. Actum monasterio S. Arnulphi.

Idem Rutgero Archiepiscopo Treuerensi restituit Traiectensem S. Seruatij Abbatiam vel Præposituram, an. 919.

Carolus diuina propitiante clementia Rex Francorum. Vir venerabilis Rutgerus, Treuerensis Archiepiscopus, plangendo adiit Celsitudinem nostram, dicens quòd Abbatia S. Seruatij (quæ est constructa in Traiecto, in Comitatu *Maseland*, quam dedit Treuerensi ecclesiæ

ecclesiæ Arnulphus Rex) violentiâ RAGINERI Comitis, & filij eius GISILBERTI, à prædicta Treuerensi ecclesia iam olim esset iniustè ablata. Ergò iudicio Scabinorum palatij nostri, & attestatione fidelium nostrorum, ipsam Abbatiam S. Petro, in cuius honorem est constructa Treuerensis ecclesia, & prænominato Præsuli reddimus. Hæc sunt nomina eorum qui præfatum contulerunt iudicium, videlicet

Episcoporum: Wifridus, Dado, Raubertus, Abbo, Stephanus.

Sed Comitum: Matfridus, Sigardus, Otto, Fulbertus, Christianus, Erkengerus, Isembardus, Hungerus, Ecfridus, Ermenfridus, VValterus, item VValterus.

Nec non & Scabinorum: Blidulphus, Regnardus, Adelbertus, Sigebertus, VVitterus, Adelbardus, Rubertus, Bernacrus, Volmarus, Roricus, Otkerus, Ingrannus, Betto, Engilbertus, Filbertus, Isvvardus.

Rathbodus Notarius, præcipiente domino Rege Carolo, hanc notitiam scripsit. Data Idibus Iunij, Indictione VIII. anno XXVII. regnante Rege Carolo, redintegrante XXII. largiore verò hereditate 919.
indepta VII. Actum Heristal palatio.

Eiusdem Caroli diploma alterum.

Carolus diuina largiente clementia Rex Francorum. Archipræsul Treuerensis Rutgerus nostræ Serenitatis culmen adiit, conquerens quòd Abbatiam quamdam, quæ est constructa super flumen Mosam, in loco Traiectus nuncupato (vbi requiescit corpus S. Seruatij) Arnulphus quondam Rex, deprecante Rathbodo prædictę ecclesiæ pridem Archiepiscopo, delegauerat S. Petro Apostolo, ad cathedram Treuerensem. Sed irruentibus diuersis contrarietatibus, à potestate eiusdem sedis RAGINERVS pridem Comes eamdem Abbatiam violenter subtraxit, & reclamante dicto Rathbodo apud Regem Zuendeboldum, illam reddere compulsus est S. Petro. Verùm Zuendeboldo perempto, iterum à Raginero peruasa est, ac post illum ab eius filio GISILBERTO pari violentia hactenus negatur reddi. Cuius petitionem salubrem cognoscentes, consensu Episcoporum nostrorum, & iudicio Comitum, suprà dictam Abbatiã in Comitatu Hasbacensi sitam, prælibato Archiepiscopo reddi imperauimus.

Gozeli-

Gozelinus Notarius, ad vicem Rutkeri Archipræſulis ſummiq́ue Cancellarij, recognouit. Data VII. Idus Iulij, Indictione VIII. anno 919. regni Caroli Regis XXVII. redintegrante XXII. largiore verò hereditate indepta VIII. Actum in Villa Theodonis.

NOTATIONES.

RAGINERVS I.] Hannoniæ Comes an. 895. Rolloni Normannorũ Duci, in VValachriam Zelandiæ inſulam irrumpenti, fortiter reſtitit, ab eodem poſteà an. 678. Condati in Hannonia captus, & paulò pòſt dimiſſus: vt Dudo lib. 2. & Guilielmus Gemeticenſis lib. 2. cap. 8. narrant. Adhæſit primùm Zuendeboldo Lotharingiæ Regi, pòſt ab eo malè habitus ad Carolum Simplicem, Francorum Regem, an. 898. tranſiit: vt Rhegino fusè narrat. Ex Albrada tres reliquit filios, Giſlebertum Lotharingiæ Ducem primum, Raginerum II. Hannoniq̃ Comitem, & Lambertum Comitem Louanienſem, itemq́ue filiam vnam Berengario Lomenſi ſeu Namurcenſi Comiti nuptã. Obiitq́ue an. 914. & exequiis eius idem Rex Carolus Simplex interfuit.

GISILBERTVS] ſeu Giſlebertus, Ragineri I. Hannoniæ Comitis & Albradæ filius, primùm Carolo Simplici Francorũ Regi, pòſt Henrico Aucupi Germaniæ Regi adhæſit, ab eodẽ Henrico Dux primus Lotharingiæ creatus, & an. 929. in generũ aſſumptus. Periit an. 939. Rheno flumine abſorptus, & ex Gerberga, Aucupis filia, vnicam reliquit filiam, Bertaldo Duci Baioariorum nuptam.

Stemma

Stemma Raginerorum, primorum Hannoniæ Comitum, ex quibus orti Comites Louanienſes, Duces Lotharingiæ inferioris & Brabantiæ, itemq; Lantgrauij Haſſiæ.

RAGINERVS II. cognomento Longicollus, Hannoniæ Comes, à Brunone A. Colonienſi & Duce Lotharingiæ, Othonis I. Imp. fratre, an. 959. in exilium pulſus fuit, & circa an. 970. exul obiit.

RAGINERVS III. duxit Hatuidam ſeu Hadeuidam Hugonis Capeti Francorum Regis filiam. Comitatum Hainoenſem, patri à Brunone ablatum, an. 973. recuperauit, Guarnero Comite Valentianenſi & Rainoldo, qui illum tenebant, Peronæ prope Binchium cæſis. Obijt an. 1029.

RAGINERVS IV. duxit Mathildem, Herimanni seu Henzilonis Comitis Dagisburgensis & Domini Elhamensis filiam; ex qua vnicã reliquit filiam RICHILDEM, Comitatus Hainoënsis heredem, quæ primis nuptiis Hermanno in Thuringia Comiti, secundis autem Balduino VI. Hasnonio seu Montano, Flandriæ Comiti, coniuncta fuit.

Ragineronum porrò stirps masculà, longa serie per Comites Louanienses & Duces Brabantiæ continuata, hodieque supersest in Lantgrauiis Hassiæ: vt infrà docebimus cùm de Henrico II. Brabantiæ Duce agemus. Is ex posteriore sua coniuge Sophia, Ludouici Thuringiæ Hassiæque Lantgrauij & S. Elizabethæ filia, genuit Henricum cognomento Brabantinum, qui Hermanno, Sophiæ fratre, sine liberis mortuo, Hassiæ principatum obtinuit, & ad posteros transmisit.

CAPVT L.

Carolus Simplex, Franciæ Rex, varia prædia Maricolensibus in Hannonia monachis an. 921. attribuit seu confirmat; Isaaco Comite Cameracensi, itemq; Haganone & Ingelramo Comitibus petentibus.

CArolus Dei gratia Rex. INGELRAMVS illustris Comes exposuit qualiter fratres Maricolensis ecclesiæ, quæ constructa est in honore S. Mariæ, & SS. Petri & Pauli, vbi etiam confessor HVMBERTVS corpore quiescit, penuria laborantes, diuinum, vt expedit, nequeunt implere officium, & quod miseratus vsibus eorum xxx. fratrum suppeditauerit res ad eamdem Abbatiam pertinentes: in pago videlicet Laudunensi in villa Macerias siue castello, vbi S. Humbertus est ortus, triginta tres mansos, & in eodem pago in villa Saluerijs quinque
VVercin. mansos, & in pago Hainao in villa Vercinio super ipsum fluuiũ mansos decem: in eodem pago in villa Lideneicas super fluuium Helpram mansos octo, & illos qui in Hulta coniacent, ac cambam in ipso monasterio, iuxta pontem Haisencias cum appendiciis suis. Cuius monitis fauentes, hoc præceptum fieri iussimus, per quod prædictas res omnes,

omnes, ipsis conferentes delegamus. Datum IX. Idus Ianuarij, anno ab incarnatione Domini nongentesimo vicesimo primo, Indictione 921.
nona, palatio Lauduno.

Diploma alterum eiusdem sententiæ.

Karolus Francorum Rex notificare volumus omnibus fidelibus, quòd flexi nostrorum Comitum ISAAC & HAGANONIS precibus, quasdam res, quas tenere hactenus in suo seruitio solebant Abbates, vel ipsorum fideles, causa beneficij, quæ magis congruebant seruire fratribus monasterij MARICVLAS, quod in honore constructum est sanctæ Dei genitricis Mariæ, principumque Apostolorum Petri & Pauli, in quo etiam corpore quiescit confessor Christi HVMBERTVS, illas suprà tactas res, nostra potestate regia, prædicti loci fratribus perenniter confirmauerimus. Res igitur, de quibus loquimur, comacent in subdesignatis locis; in pago Hainoensi super fluuium Helpram in villa Taisneras sunt manſi XXX. cum ecclesia, culturis, pratis, mancipiis, silua & omnibus ibi adspicientibus: & in loco qui vocatur Fagetus manſi quinque sunt in prædicto pago super fluuium eumdem, cum omnibus inibi respicientibus. Hæc igitur ad mensam fratrum dicti monasterij Maricolensis regali auctoritate concedimus. Datum VIII. Idus Ianuarij, anno ab incarnatione Domini nongentesimo vi- 921.
cesimo primo, Indictione nona, palatio Lauduno.

CAPVT LI.

Pactum Bonnense, inter Carolum Simplicem Franciæ, & Henricum Aucupem Germaniæ, Reges, an. 921. initum.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Diuina propitiante clementia, anno Dominicæ incarnationis D.CCCC.XXI. anno verò re- 921.
gni domini glorioſissimi Regis Francorum occidentalium CAROLI XXIX. redintegrante XXIV. largiore verò hereditate indepta X. Indictione IX. anno quoque regni domini & magnificentissimi Regis Francorum Orientalium HEINRICI tertio, inter ipsos prætatos Prin-

cipes vnanimitatis pactum, ac societatis amicitia quæsita repertaque exordia sumpsit, prout visa sunt, competentia. Conuenerunt enim ambo illustres Reges, sicut inter se discurrentibus Legatis conuenerant II. Nonas Nouembris, feria prima, domnus enim Carolus super Rhenum flumen ad Bonnam castrum, & strenuus Heinricus ex altera parte Rheni. Et ea tantùm die mutuis se visibus intuentes super ripas eiusdem fluminis huc & vltra, vt sui fierent fideles innoxij, sacramento, quo hanc eorum conuentionem fuerant polliciti. Verùm feria quarta VII. Idus Nouembris in medio Rheni fluminis sæpiùs dicti Principes, in nauibus quisque suis, in tertiam ascenderunt, quæ ancorata in fluminis medio, gratia eorum colloquij, fixa erat: ibique in primo hanc sibi vicissim conuenientiã, ob statum pacis, iuramento sanxerunt ita.

Ego Carolus diuina propitiante clementia Rex Francorum Occidentalium, amodò ero huic amico meo Regi Orientali Heinrico amicus, sicut amicus per rectum debet esse suo amico, secundùm meum scire ac posse: ea verò ratione, si ipse mihi iurauerit ipsum eumdemque sacramentum, & attenderit quæ promiserit. Sic me Deus adiuuet, & istæ sanctæ Reliquiæ. E contrà Rex Heinricus eamdem promissionem sacramento eisdem prosecutus est verbis subsequenter, vt huius amicitiæ firmitas inuiolabiliter obseruaretur.

Hæc sunt nomina Episcoporum, qui cum nobilibus ac fidelibus laicis firmitatem, quam præmemorati Reges inter se fecerunt, collaudando acceptauerunt, & manibus suis sacramentum firmauerunt, numquam à se destruendam.

Episcopi ex parte domini Regis Caroli.

Herimannus Archiepiscopus Agrippinæ, quæ modò est Colonia vocitata.

Rodgerus A. Treuerorum. Stephanus Præsul Cameracorum.

Bouo Ep. Catalaunensium. Baldricus Traiectensium Ep.

Hæc nomina Comitum. Matfredus, Erkengerus, Hagano, Boso, VValtkerus, Isaac, Ragenberus, Theodricus, Adalardus, Adelelmus.

Episcopi ex parte Regis inclyti Heinrici.

Herigerus Archiepiscopus Moguntiacorum.

Nithardus Ep. Mimmogerneferdæ. Dodo Ep. Osnobroggæ.

Ricavvdo

Ricavvdo Ep. Vangionum, quæ nunc dicitur VVormatia.
Honuardus Ep. Paderbornensis. Hotingus Ep. Constantiæ Alemannicæ.

Hæc sunt nomina Comitum. Eurardus, Chonradus, Herimannus, Hato, Godefredus, Otto Herimannus, Cobbo, Magenhardus, Fridericus, Foldac.

NOTATIONES.

Caroli Simplicis annorum exordium plerique scriptores ab obitu Odonis Regis, hoc est, à die tertio Ianuarij, anni octingentesimi nonagesimi octaui, Carolus autem ipse in suis diplomatibus quinquennio altiùs reperit; à die videlicet 28. Ianuarij, anni octingentesimi nonagesimi tertij, quo Remis à Fulcone Archiepiscopo in Regem est vnctus. Quem annum Rhegino indicat, cùm Regem leuatum ait sub finem anni octingentesimi nonagesimi secundi. Nam cùm annos non à Natali, sed à Christi Incarnatione, hoc est, à die 25. Martij ordiatur, anno cuique primos etiam sequentis anni menses adnumerat. Denique Caroli Simplicis regnum ab hoc, quem diximus, Christi anno in eius diplomatibus inchoari facilè perspiciet, qui eius annos cum Indictionibus comparabit. 898. 893.

REDINTEGRANTE.] Carolus Simplex quo tempore in Regē confirmatus est, integrum regnum sua in potestate non habuit quia, ODO Rex, quamdiu vixit, Aquitaniam & Burgundiam tenuit. Mortuo post quinquennium Odone, quæ ab illo possessa fuerant, recepit, regnumque redintegrauit. Atque huius redintegrationis annos regni sui annis Carolus deinceps in suis diplomatibus subiunxit. Semper igitur redintegrationis anni solido ferè quinquennio annis regni pauciores sunt: & solidum fuisset, si Odo, qui die 3. Ianuarij obiit, vsque ad diem 28. Ianuarij, quo die Carolus Simplex inunctus fuit, vitā produxisset.

LARGIORE hereditate indepta x.] Hoc ad regnum Lotharij pertinet, cuius accessione Carolus Simplex hereditatem suam an. 912. amplificauit: quo nimirum tempore Ludouicus vltimus Carolinæ stirpis in Germania Rex sine liberis decessit.

CAPVT LII.

S. Gerardus vir nobilis fundat an. 918. monasterium Bronienſe, quod eſt Benedictinorum, & S. Gerardi hodie dicitur, in agro Namurcenſi.

EGo in Dei nomine GERARDVS, cogitans de æterna retributione, dono, conſentiente patre meo Stantione, & fratre meo Widone, aliquas res meas ad eccleſiam, vbi cupio conſtruere monaſterium, ac me ipſum in ſeruitio omnipotentis Dei militaturum, quæ eſt ſita in pago Lomacenſi, in loco nuncupato BRONIVM, ſuper fluuium Bornom, dono ius quod habeo in Romerias. Actum in villa de Bronio, anno
918. Domini D. CCCC. XVIII. anno Karoli octauo Regis excellentiſſimi.

Stephanus Papa fundationem dicti monaſterij Bronienſis circa an. 929. confirmat; Romæ exiſtente S. Gerardo Abbate ac fundatore.

Stephanus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, notum cupimus eſſe omnibus, qualiter filius ac frater noſter GERARDVS Abbas nobis innotuit de monaſterio Bronienſi, quod in melius reformauit & reſtauratuit, in honore S. Dei genitricis ſemper virginis Mariæ, ſanctorumque Apoſtolorum Petri & Pauli, & S. Ioannis Baptiſtæ. Poſt verò multorum Sanctorum pignora, congregauit ibi corpus etiam S. Eugenij martyris, Archiepiſcopi Toletanæ ſedis, diſcipuli S. Dionyſij, & cum magna reuerentia & honore inibi attulit: hereditatem quoque propriam tam in agris quàm mancipiis, & in omnibus iure hereditario adiacentibus ad præfatum dedit monaſterium. Poſtquam autem nobis hoc indicauit, prouolutus pedibus noſtris petiit, quatenus auctoritate Apoſtolorum Petri & Pauli malediceretur omnis, qui de eodem monaſterio aliquid conaretur auferre. Adſtantibus igitur Epiſcopis & conſentientibus, petitionem famuli Dei Gerardi Apoſtolica auctoritate firmari decreuimus. Ego Caſtorius Notarius regionarius & Scri-

niarius

niarius S. Romanæ Ecclesiæ, corroborante Apostolica auctoritate, & sancto Papa Stephano suggerente, recognoui.

Data V. Kalendas Maij anno..... regnante Henrico in regno Lotharij, imperante in Italia Hugone anno secundo, Indictione.... Actum Romæ feliciter, amen.

Henricus Auceps Rex Germaniæ an. 932. confirmat fundationem eiusdem monasterij Bronienſis.

Henricus diuina fauente clementia..... Nouerit omnium fidelium nostrorum solertia, venerabilem Abbatem GERARDVM nostræ regalitatis adiisse præsentiam, petiisseque vt cœnobium, quod ipse, ex hereditatis suæ proprio, in pago Lomacensi, in loco qui dicitur Bronio, conuersus nuper construxerat, in honore S. Petri & S. Eugenij Toletani Archiepiscopi & martyris, potestate regia confirmandum susciperemus, allodiumque & prædia, quæ iam dictus Abbas seu vir nobilissimus, ad solatium inibi Deo seruientium contulerat, in nostra protectione nostrorumque successorum deinceps consisterent. Nos verò iustis petitionibus assensum præbentes, idem monasterium cum omnibus, quæ ad ipsum pertinent, in nostra tutela perpetuò conseruandum suscipimus, & statuimus vt Abbas eiusdem cœnobij omnia iura, iudiciariasque potestates in villa Bronij, & in S. Laurentio, in *Maisons* in parte sua quam habet, in villa Leubinas, in Montinio, & in Merendrech in parte sua quam habet, in villa de Ermeton, in Fendeserta, in Romereias, in Manisia libere & potestatiuè exerceat. Hæc autem sunt ingenuorum testium nomina.

Richarius Leodicensis Ep. Richuinus Stratzburgis Ep.
Rotgerus Treueris Ep. Benedictus Metensis Ep.
Comes Witbertus. Comes Berengarius. Comes Herimannus.

Hilduinus Notarius, vice Rotgeri Archiepiscopi, recognoui. Data Nonis Aprilis anno Dominicæ incarnationis D. CCCC. XXXII. Indictione V. regnante Henrico Rege glorioso anno XIII. Actū Aquisgrani palatio. 932.

CAPVT

CAPVT LIII.

Arnulphus Magnus, Flandriæ Comes, prædia varia monasterio Blandinienſi reſtituit ſeu donat, hortatu Tranſmari Noviomenſis ac Tornacenſis Epiſcopi an. 937.

ARnulphus, adminiculante ſuperni Regis clementia, Matchiſus. Cœpi cogitatione tacita mecum reuoluere, quoddam monaſterium eſſe ſub mea ditione, à Pontifice ſanctiſſimo Amando, iuxta fluenta Scaldis, in caſtro Gandauo conſtructum, quod Blandinium vocitauit, quodque reliquiis B. Petri Apoſtolorum principis, multorumque Sanctorum, quas à Roma ſecundò rediens ſecum detulit, ſolenniter nobilitauit. Egit autem hoc ea tempeſtate, qua Romanam Eccleſiam regebat Papa Martinus, tempore Regis Francorum Dagoberti, Eligio Epiſcopo apud Nouiomagum & Tornacum præſidente.

Permiſſu tandem Regis Ludouici, atque cum Epiſcopo Tranſmaro, ad cuius diœceſim pertinet locus ille, conſilio habito, reddens reſtitui loco ſancto partim ex iis reditibus terræ, quos B. Amandus impetrauit à Regibus, partim ex iis quæ fideles quique per diuerſa tempora ſunt largiti. Et ſi non omnia, ſaltem reddidi aliqua, quæ prædeceſſorum meorum tempore inde ſunt abſtracta: quæque exiſtimaui ſufficere monachis, ibi morantibus, id eſt, cenſum, qui accipitur de manſionibus, quæ ſitæ ſunt in portu Gandauo, à flumine Scalda vſque ad decurſum fluminis Legiæ, & decimam, quam exſoluere debent in ipſo commanentes portu. Naulum quoque, quod à prætereuntibus exigitur, conceſſi: in pago denique Flandrenſi iuxta caſtrum *Ooſtburch*, in loco nuncupato Merona Benonis, paſtoralia quæ ſufficere poſſunt ouibus CXX. & in alio loco mari proximo, vocabulo Combeſcura, terram ad alendas oues centum, & in ipſo pago medietatem fiſci mei, qui vocatur *Snetlinghem*. In pago etiam Hainau, ſuper fluuio Sauo, villam quæ vocatur Dulciaca, cum appendiciis ſuis, illis reddo. In pago etiam VVaſa, ſuper fluuio Scalda, villam nuncupatam Temſeca, in qua diu corpus beatæ virginis requieuit Amelbergæ, quam iure hereditario, quoad vixit, poſſidere viſa eſt: & ob id illis

VVaas. *Temſ.*

illis reddidi eam, qui diu noctuque excubantes sacro corpori eius assistunt. Hæc cuncta obtineat perpetualiter cum suo Abbate monachorum caterua: cupio namque omni tempore æui in sæpè fato monasterio monachos Christo ancillari (vt actum est tempore S. Amandi) secundùm normam S. Benedicti viuentes. Actum Blandiniensi cœnobio, regnante Ludouico, filio Regis Karoli Reclausi.

Signum Arnulphi Comitis atque Marchisi.
S. Transmari Episcopi. S. Folberti Episcopi.
S. Bernardi Archid. S. Odilbaldi Archid. S. VVulfardi Archid.
S. Engelfridi Decani. S. Tangerardi. S. Vmberti.
S. Balduini, filij Arnulphi Marchisi.
S. Isaac Comitis. S. Arnulphi, filij eius.
S. Theodorici Comitis. S. VVenemari Aduocati.
S. Fulberti Vicarij. S. VValberti. S. Balduini. S. Lentberti.
S. Aschérici. S. Amulrici. S. Ioannis. S. Evvardi. S. Heribardi.
S. Organdi. S. Smardi, S. Evvardi. S. Georgij. S. Ebroini.
S. Didonis. S. Blichardi. S. VVilhelmi. S. Gotheri. S. Hademari.

CAPVT LIV.

Adelberonis Episcopi Metensis præceptum de monachis in cœnobio S. Arnulfi, clericorum loco, constitutis, anno 942.

EGo indignus ADELBERO sanctæ sedis Metensium Episcopus, operæpretium duxi, vt qui diu mihi commissa in torporis negligentia cuncta duxeram, saltem aliqua, quæ corrigere valerem, congruebat sagaci prouiderem industria. Itaque monasterium cunctis notum, scilicet B. ARNVLFI, in quo videbatur coadunatio clericorum, vtque veridicè dicam, acephalorum, sub specie Canonicorum regulæ, existere, succreuit ardor summi desiderij, vt qui illorum mores & vitam incorrigibilem noueram, quo potioribus & vitæ præstantissimis ipsius loci prębendam conuerterem disciplinis. Huius siquidem deliberationis summa fuit, vt eos inde ex-

pellerem', & Deo auctore vitam instituerem monasticam, nisi seipsos sanctæ illius subderent vitæ. Sed hoc quasi despectui habentes, vt erant iurati cœtu, maluerunt esse pares in imperfectionum consensu. Denique consultu nostrorum clericorum, scilicet Abbatum vtriusque ordinis, atque fidelium laicorum, præfecimus ibi Abbatem *Arbertum* nomine, cuius institutionibus in reliquum aduentantes inibi eodem quo definiuimus ordine, scilicet monastico, erudirentur.

Quapropter furoris stimulo veluti de paternis redditibus accensi quidam eorum adierunt Regem seniorem nostrum videlicet OTTONEM, vanam super hoc garrientes declamationem, quòd iniustè proprium abstuliſſem & veluti hereditarium locum. Cumque vt egeram præfato seniori totum indicassem, illorum flocci pendens rationem, vt sapiens & iustus Rex, ne in reliquum querimoniis inibi Deo famulantes molestarentur inuidorum, tunc & ipse quod feceram confirmauit testamento regiæ auctoritatis, præcipiens vt pari consensu ad corroborationis auctoritatem identidè nostra sanciret Ecclesia. Quod iuxta desiderij ardorem exequens, vt dehinc sicut statuimus maneat, cum consensu Ducis nostri OTTONIS videlicet, totiusque ecclesiæ nostræ, hoc præceptum confirmationis scriptum manibus propriis roborauimus, & roborandum tam prædicto Duci, quamque Coëpiscopis nostris, fidelibusque dedimus: in Domino, & propter Dominum, omnes successores nostros humiliter postulans, vt sicut diffiniuimus, vtque volunt sua quæ diffinierint, rata habere consentiant nostra. Actũ Metis publicè, sub die Idus Martij, Indictione XV. Concurrente V. anno XIII. adeptionis Episcopatus domni & venerabilis Episcopi Adelberonis, hoc testamentum fuit coram cunctis in palatio recitatum, & ab omnibus voluntariè corroboratum.

Otto Dux Loth.

CAPVT

CAPVT LV.

VValciodorensis Benedictinorum Abbatia, ad Mosam fl. in Comitatu Namurcensi, ab Eilberto Comite eiusq; coniuge Heresinde, an. 946. fundatur; adsentiente Othone I. Germaniæ Rege, pòst Imperatore.

OTto diuina fauente clementia Rex. Venerabiles Episcopi Fredericus Maguntinensis, & Hugo Leodiensis, adierunt Serenitatis nostræ præsentiam, deprecantes vt cuidam nobili viro EILBERTO nomine, assensum præberemus de rebus sui iuris monasterium ædificare, in honore S. Mariæ semper virginis, in loco qui dicitur WALCIODORVS, vbi iam dictus vir & vxor sua HERESINDIS susceperant quosdam Dei seruos, peregrinationis gratia à Scotia venientes, & sub regula S. Benedicti viuere cupientes. Dedit igitur prædictus vir, cum coniuge sua prædictis monachis locum qui dicitur Walciodorus, vbi est ecclesia in honore S. Mariæ constructa; in pago Arduenna dicto ad Littras mansum indominicatum; in Falmenna mansum indominicatum; duo in Condrosio ad locum Antina dictum; in loco Florines dicto mansos sex, cambam vnam, cum omnibus ad prænominata loca iure pertinentibus mancipiis, & agris. Quorum petitionibus autem accommodantes, decreuimus vt illud monasterium perpetuò in vsus peregrinorum & pauperum stabiliatur, & semper in ditione Scotorum permaneat. Vrmus Cancellarius, ad vicem Friderici Archicapellani, recognouit. Actum XIII. Kalendas Octobris, anno incarnationis Domini nongentesimo quadragesimo sexto, Indictione prima, 946. anno Ottonis vndecimo. Actum iuxta ciuitatem Remis dictam. *Vita Sanct.*

Idem Otho dotat ecclesiam Canonicorum in Capræmonte, diœcesis olim Leodiensis opido, an. 947.

Otto diuina auxiliante clementia Rex. Nouerint omnes fideles nostri, quòd nos pro remedio animæ nostræ, vel etiam coniugis nostræ bonæ memoriæ ÆTGIGIS, quasdam res proprietatis nostræ, ad

stipendia fratrum, in loco *Keuermunt*, Deo dignè militantium, in proprium concessimus, id est, hobas duas in Harimala sitas: præterea dedimus eis ecclesiam vnam in *Villaren* constructum in pago Heinigovve, alteram verò in villa *Fillefort* constructam, iterum in villa *Budil*, cum omni decimatione. Brun Cancellarius, ad vicem Rodberti Archi-
947. capellani, recognoui. Data XIV. Kalendas Maij anno D. CCCC. XLVII. Indictione sexta, regnante pio Rege Ottone anno XI. Actum Aquis.

*Conrado seu Cunone Lotharingiæ Duce postulante, idem Otho an.*949. *dat Faraberto Leodicensi Episcopo monasterium Eiche, quod nunc est Canonicorum collegium, in ditionis Leodicensis opido Maseica.*

Otto diuina prouidentia Rex. Nouerit omnium fidelium nostrorum cautela, qualiter interpellante nostram liberalitatem Duce CONRADO, tradidimus ad Leodicensem Sedem, in honore Virginis Mariæ dedicatam, quoddam monasterium *Eiche* vocatum, super fluuium Votra constructum, situm in pago Husce, in Comitatu Rodulphi; quatenus Farabertus Episcopus, suique successores eamdem inde teneant potestatem, quam in reliquis habent rebus ad suam Sedem pertinentibus, cum omnibus ad prænotatum cœnobium spectantibus terris, mancipiis.....

Signum domini Ottonis serenissimi Regis.

Eimo Notarius, ad vicem Brunonis Archicancellarij, recognoui. Actum Chuitileneburg, anno incarnationis Domini nongente-
949. simo quadragesimo nono, IV. Nonas Iulij, regni autem domini Ottonis XIV. Indictione VII.

CAPVT

CAPVT LVI.

Gemblacense Benedictinorum in Gallo-Brabantia monasterium, anno 922. à S. Guiberto viro nobili, eiusq; auia Gisla constructum ac dotatum, Othonis I. Germaniæ Regis edicto confirmatur an. 948. vt Sigebertus in Chron. testatur.

OTto diuina fauente clementia Rex Lotharienſium & Francigenum. Agnoſcat fidelium conuentus, quòd quidam WIBERTVS nomine, à ſæcularibus huius vitę tumultibus recedens, vertit ſe ad monaſticæ regulam vitæ, & conſtruere baſilicam mox cœpit in loco GEMELAVS dicto, in honore Domini noſtri Ieſu Chriſti. Talis ergò deſiderij nepotem ſuum VVibertum calore ſuccendi proſpiciens auia ſua GISLA, præſidio conſtructionis eiuſdem Gemblacenſis cœnobij, res eidem nepoti ſuo contulit hereditarias, quas ſibi vir ſuus nomine ROTHINGVS impendit, dotis gratia, in Comitatu Lomacenſi atque Darnuenſi, villam videlicet Gemelaus cum omnibus ad eam pertinentibus; in eodem quoque pago villam Buſiols dictam, & in villa Aſnatgia quidquid ipſe iure tenuit, & apud eumdem pagum villam Saluenenas, vnumque manſum, quod emit, vocabulo Ruoz, alterumque manſum fiſcalem in loco, qui dicitur *Vilers*, ſimiliter in pago Hasbain apud villam *Hermez* manſum vnum, quod Rothingus & coniux eius emerunt.

Vitæ denique monaſticæ normam multiplicari cernens piiſſima Giſla, dedit nepoti ſuo VViberto quidquid Rothingus dotis gratia donauerat; in Comitatu Naſtenaco villas Naſlei, Corbeis, Auoncourt & Curceles, & molendinum vnum ſuper fluuium Fontlain in Comitatu Lazenſi, & clibanum quemdam in ciuitate Sens nuncupata, per annos ſoluentem ſingulos xxx. ſolidos nummorum, ſimiliter in Comitatu Stampais villam Maiſon dictam, & villam Algeldi.

Dominus interea præfatus VVibertus de paternis vel maternis rebus ſuæ hereditatis legales faciens traditiones, dedit quidquid iurium viſus eſt habere, fratribus in eodem loco Gemblaus ſub regulari viuen-

tibus disciplina, quos ibidem Dei coadunauerat miseratione, in Comitatu scilicet Breibant, in loco Melin, ecclesiam, cambam, molendinum, & culturam Arnulphi, ac decem mansos de Lietzinis, quos filio suo VViberto mater solumodò cum fratre suo Oilboldo legaliter tradidit, & apud eumdem pagum medietatem villæ Putian, medietatemque Beurene, in Comitatuque Darnuensi medietatem villæ Curtily dictæ, ac medietatem villæ *VValahain* dictæ, medietatemque Wasmont in pago Hasbain.

Siquidem & in hoc habuit doctorem venerabilem ERLVINVM, qui & ipse canonicam, qua viuebat, regulam mutauit in monasticam vitam. Ipsum præfatus Wibertus, pòst ædificatam ecclesiam & officinas claustri, quas simul construxerant, sibi elegit Abbatem, & se cum omnibus, quas accersierat, monachis commisit regendum. Igitur virtute nostræ roboramus auctoritatis quidquid ipse contulit illi ecclesiæ, ac quidquid exinde venerabilium virorum largitione fuerit concessum. Et annuimus Abbati Cancellarium sibi constituere quemcumque voluerit ex suis; similiter mercatum, percussuram monetæ, macheriam; nec per gyrum ipsius Abbatis quislibet Comes siue Legatus dominicus vlla vtatur potestate, sine permissione Abbatis & Aduocati: isdemque locus absolutus sit ab omni teloneo.

Idem Otho I. *Lambertum* I. *Comitem Louanienſem constituit Aduocatum monasterij Gemblacensis, an.* 948.

Otho diuina fauente clementia Rex Lotharienſis & Francigenum. Quidam vir nobilis WIBERTVS nomine his temporibus constructit monasterium in honore SS. Petri Apostoli & Exuperij martyris, in pago Darnuensi, in proprietate hereditatis suæ, quæ *Gembloues* nuncupatur. Qui adiit præsentiam nostram, cum Erluino eiusdem loci Abbate, & locum ipsum nostræ tutelæ commisit. Quod nos graanter accepimus, ac sigilli nostri impressione roborauimus. Verùm quia fratribus eiusdem loci graue nimis esset præsentiam Regis semper adire, cum electione ipsius Wiberti & Abbatis, dedimus Aduocatiam ipsius Abbatiæ LAMBERTO Comiti Louanienſi, viro forti & bellicoso, qui vice nostra adiutor eorum sit ac defensor. Illud etiam statuimus,

vt

vt Comes Louanienſis nunquam præter vnum Subaduocatũ habeat. Porrò Subaduocatus in villis ad Abbatiam pertinentibus nihil aliud iuris habebit, niſi per ſingulos annos de vnaquaque domo denarium vnum, gallinam vnam, auenæ ſextarium vnum. Acta ſunt hæc anno D.CCCC.XLVIII. Indictione XII. anno imperij noſtri XII. in opido Franconefort, menſe Iunio, in martyrio Petri & Pauli. 948.

NOTATIONES.

WIBERTVS ſeu Guibertus (qui in Martyrologio Romano S. Gilbertus die 4. Februarij nuncupatur) depoſito militiæ ſæcularis balteo, Gemblaci monaſterium an. 922. exſtruxit: quod eſt inter Brabantina Benedictinorum cœnobia antiquiſſimum. Gaudetque Abbas Gemblacenſis titulo Comitis, & in comitiis Ordinum Brabantiæ primum inter Nobiles locum obtinet. Obiit autem S. Guibertus in Gorzienſi apud Lotharingos cœnobio, diœceſis Metenſis, x. Kal. Iunij, an. 962. vt Sigebertus monachus Gemblacenſis in Chronico ſuo (quod cum autographo collatum an. 1608. typis Antuerpiæ publicaui) teſtatur. Eiuſdẽ ſacra oſſa an. 1110. è terra ſunt leuata, & ex Lotharingia Gemblacũ tranſlata; procurante eodem Sigeberto, qui & vitam illius ſcripſit à Surio editam.

SVBADVOCATVS] Abbatiæ Gemblacenſis eſt hodie Comes de *VValhain* in Gallo-Brabantia; idemque eſt Marchio Bergizomenſis in Brabantia & Comes Herenbergenſis in agro Zutfanienſi: qui honoraria illa ſuprà commemorata tamquã Subaduocatus quotannis percipere ſolet.

CAPVT

CAPVT LVII.

Fulquinus vir potens villam Dorp, in pago Brachantensi sitam, circa an. 950. dat monachis Gemblacensibus, hortatu Faraberti Leodicensi Episcopi.

EGo in Dei nomine Fulquinus, suasu Faraberti Episcopi, pro salute animæ bonæ memoriæ Richarij Episcopi, ipsius etiam Faraberti, pro salute animæ meæ, filiorumque ac fratrum meorum, trado ecclesiæ sanctæ Dei genitricis Mariæ, beatique Petri Apostolorum principis, atque S.Exuperij, in loco, vocabulo Gemblaus, vbi præesse dignoscitur Abbas Erluinus, quoddam iuris mei prædium in pago *Brainbant*, in loco qui dicitur *Dorp*, cum omnibus ibidem aspicientibus.

S. Gocteranni Aduocati. S. Fulquini & reliquorum.

Otto Rex. Cuno Dux. Farabertus Ep. Aletrannus Cancellarius.

CAPVT LVIII.

Ludouicus Transmarinus Francorum Rex, petente Arnulfo Magno Flandriæ Comite, an. 950. possessiones monasterij Blandinienſis confirmat; monachis Benedictinis, per S.Gerardum Bronienſem, loco Canonicorum, substitutis.

DIuina præordinante gratia Francorum Rex Ludouicus. Nostræ dignitatis adiens præsentiam Arnulphus Comes & Marchio, noster consanguineus, nobis retulit dolendo, quoddam cœnobium à beatissimo Amando Præsule, sub regali monachorum norma secus castrum Gandauum super Scaldis fluenta olim constructum fuisse, quod antiquitus vocabatur BLANDINIVS. Vnde idem Comes Arnulphus vehementer compassus, reddidit iure quasdem res, quamuis non omnes, prædicto cœnobio, quæ dudum per violentiam & nimiam sæcularium cupiditatem inde fuerant absumptæ, remotis Canonicis inibi non

non satis honestè viuentibus, quò meliùs ibidem monachi substituerentur, qui regulæ & Abbati vocando obedirent. Quocirca prælibatus Comes nostram expetiit munificentiam, quatenus concessas res præcepti nostri munimine iam dicto monasterio corroborare dignaremur, quod & fecimus.

Signum Ludouici gloriosissimi Regis.

Oidilo Notarius, ad vicem Artaldi Archiepiscopi, relegit & subscripsit. Actum Remis, XIII. Kal. Septembris, Indictione VIII. anno XV. regnante Ludouico Rege glorioso.

NOTATIO.



O CAPVT

CAPVT LIX.

Lotharius Francorum Rex Gandense S. Bauonis monasterium, ab Arnulfo Magno, Flandriæ Comite, eiusq; filio Balduino, operâ S. Gerardi Abbatis Bronienſis instauratum, ſua auctoritate firmat, an. 954.

LOtharius diuina annuente clementia Rex Francorum. Fidelis noſter ARNVLPHVS Comes, ac filius eius BALDVINVS, noſtrã adierunt clementiam, ſupplicantes de quodam monaſterio in vico Gandauo poſito, vbi Legia & Scaldis flumina confluunt, in honore S. Petri conſtructo (in quo etiam S. Bauo corpore quieſcit humatus, à cuius quoque tempore, aliorumque religioſorum virorum, religio & regularis ordo ibidem ſeruatus fuiſſe memoratur) noſtra auctoritate voluntatis ſuæ deuotionem cõfirmari. Erat ergò idem locus multis temporibus, tam incurſione paganorum, quàm negligentia incolentium deſertus & in ſolitudinẽ redactus, & penè inhabitabilis effectus: ita vt nihil quidquam diuini officij Deo inibi perſolueretur. Pia verò admonitione memorabilis viri GERARDI Abbatis, placuit eis eundẽ reſtaurare, & quemdam alumnum eiuſdem Gerardi, religioſum videlicet virum VVOMARVM Abbatem ordinare, atque monachos, qui regulam S. BENEDICTI obſeruarent, congregare. Quo etiam in loco tranſacto iam anno ordinationis ſuæ, dictus VVomarus religioſos
Gorze. Abbates acceſſit, *Aginaldum* videlicet Gorzienſis cœnobij Abbatem, prouiſorem cœnobij S. Petri, nec non & ſuæ ditionis Abbates quàm plures, id eſt, *Hildebrandum* atque *Ledricum*, ceteroſque ſanctæ dictæ eccleſiæ adiutores. Quorum inſtinctu & exhortatione noſtram iam dictus Comes, filiuſque eius adierunt clementiam, ſupplicantes litteris noſtræ auctoritatis hoc, quod ipſi pro ſeruitio Dei, ſub profeſſione regulæ S. Benedicti, incoharunt, firmiter roborari. Vnde rationabilibus fidelium petitionibus annuentes, decernimus, dictum monaſteriũ à monachis inibi Domino ſecundùm regulam S. Benedicti militantibus in perpetuum poſſidendum.

Signum Lotharij bonæ indolis Regis glorioſiſſimi.

Ego

Ego VVido Cancellarius, ad vicem Arroldi Archicancellarij Regij, subscripsi. Datum in palatio Lauduni clauati, apud monasterium S. Ioannis x. Decembris.... anno primo regnante Lothario Rege glo- 954.
riosissimo.

Idem Arnulfus Magnus Flandriæ Comes an. 961. Brugis in ecclesia S. Donatiani XII. *Canonicos constituit, eosq; dotat.*

Ego ARNVLFVS Balduini Calui genitus, per Dei misericordiam Flandriæ Marchio, prouidens meæ ac illustris ATHALÆ meæ coniugis animabus, capellam in honore gloriosæ V. Mariæ, & S. Donatiani Archiepiscopi, à BALDVINO auo meo constitutã; & ab antiquo tempore fundatam, magnificare volens, de consensu sanctissimorum patrum Tornacensis, & Morinensis Episcoporum, duodecim præbendarum numerum in ipsa ecclesia statuo: & volo quòd duodecim Canonici ibidem præbendati in eadem capella, die noctuque Horas canonicas, pro viuis & defunctis, deuotè celebrent, & sacrificia offerant. Cui capellæ, de prædictorum Episcoporum ordinatione ac consilio, quasdam decimas, de iis quas mihi & prædecessoribus meis, in Comitatu seu Marchionatu Flandriæ, de terris cultis & incultis, sanctissimi Patres Papæ Romani, pro adiutorio expensarum nostrarum, & nostrorum militum, pro expugnatione ac resistentia contra VVandalos, qui Flandriam & alias terras vicinas, cum ecclesiis in ipsis constructis, crudeliter deuastabant & incendio tradebant, in feudum perpetuum concesserunt, nec non & quædam alia bona in eodem Comitatu, pro eorumdem Canonicorum vita, & aliis eiusdem capellæ expensis dono. Volo etiam, quòd prædicti Canonici caput sibi habeant & Maiorem, qui nominetur Præpositus, quem sibi liberè ipsi possint eligere. Actum Brugis II. Kalendas Augusti, anno nongentesimo 961.
sexagesimo primo.

CAPVT LX.

VVicmannus, castri Gandensis ab Othone Imp. structi Comes, dat villam Theslam monasterio Blandinensi, anno 962.

EGo VVICMANNVS, gratia Dei non meis meritis Comes, flagrans amore cœlestis hereditatis, ad monasterium Blandinium, à sanctæ recordationis patre Amando antiquitus constitutum, vbi requiescunt corpora SS. *VVandregisili, Ansberti, Vulframni*, Archipræsulum, cum beata Christi virgine *Amelberga*, cuiusque rector exstat & Abbas VVomarus, tradidi Domino Deo, eius Apostolo Petro, ac ceteris Sanctis ibidem requiescentibus, atque seruis Dei in ipso loco nunc & in futurum militaturis, mei villam iuris *Theslam* dictam, cum ecclesia, mancipiis, pratis & omni hereditate, quæ ad ipsam respicit. Hæc omnia ad idem cœnobium Blandinense, pro remedio animæ meæ & coniugis meæ defunctæ LVITGARDIS, trado atque transscribo. Actum publicè in monasterio Blandinio, Kalendis Nouembris, anno Verbi incarnati D. CCCC. LXII. Indictione V, Lotharij Regis anno XIV. VVormari Abbatis VIII.

Desselberg.

962.

Signum ipsius VVicmanni Comitis, qui hanc traditionem fecit, & illustrium virorum testimonio firmari petiit.

Signum illustris Arnulfi Comitis, patris supradictæ Luitgardis Comitissæ.

S. Theodorici Comitis. S. Balduini. S. Arnulfi.

S. Erici. S. Euirvvini. Ego quoque VVichardus, etsi indignus monachus, interfui & subscripsi.

Notatio de Comitibus Gandensibus.

1. VVICMANNVS, primus castri Gandensis, ab Othone I. Imp. anno 949. ad ripam Legiæ fl. structi, Comes constitutus fuit. Huic Comitatui quattuor villæ, cum appendiciis *Asneibe, Bocholt, Axla, Hulsta cum tota VVasia, subiectæ fuerunt*; vt in Chronico ms. Gandensi legitur.

Hæ

Hæ villæ, quattuor Ministeria seu Ambacti vulgò vocantur, Asneda, Bochout, Axel & Hulst: quæ quidem villæ siue opida sub diœcesi Vltraiectina fuerunt vsq; ad annũ 1559. quo multiplicatis in Belgica Episcopatibus, sub diœcesi Gandensi sunt collocata. VVicmannus porrò vxorem habuit LVITGARDIM, Arnulfi Magni Flandriæ Comitis filiam: vt ex eodem Chronico, & diplomate iam recitato constat. Obiit ea III. Kalendas Octobris, an. 961. teste Meiero.

II. Ex eadem filium THEODERICVM similiter Comitem sustulit, qui paterno diplomati subscripsit, & anno 977. cum coniuge sua HILDEGARDE dedit monasterio Blandinensi Cleiham, (nunc *Keiham* prope Dixmudam opidum) in pago Flandrensi, anno Regis Lotharij XXII. & Abbatis VVomari XXII. subscribentibus Arnulfo Marchiso Flandrensi iuniore, & Arnulfo filio prædicti Theoderici Comitis, Indictione tertia: vt idem Meierus tradit.

ARNVLFVS autem Comes III. Gandensis vxorem habuit LIETGARDAM, deditque is an. 998. Blandinienſibus ecclesiam in villa Materne, nunc *Matere*. Donationis huius tabulis subscripserunt Theodericus & Adelbertus, filij Arnulfi Comitis: vt Lindanus lib. 3. cap. 3. in Teneramonda refert.

IV. THEODERICVS patri in Comitatu Gandensi putatur successisse. Ceterùm castro Gandensi à Comitibus Flandriæ occupato, Lambertus ab eisdem primus Castellanus Gandensis fuit constitutus: à quo ceteri deinde Castellani Gandenses genus duxerunt.

CAPVT LXI.

Sigifridus Comes castellum Luzziliburgum, in pago Arduennæ sitũ, à VVikero Abbate S. Maximini Treuerensis, titulo permutationis, anno 962. sibi ac suis acquirit; inde dictus primus Comes Luziliburgensis seu Luxeburgensis.

NOtum sit omnibus, quòd SIGIFRIDVS Comes, de nobili genere natus, castellum quod dicitur *Luzilinburch* in proprietatẽ desiderans adipisci, perrexit ad dominum Brunonem Archiepiscopum, fratrem Imp. Ottonis, qui tunc principatum totius regni post ipsum

tenebat, eiq́ue ſuum deſiderium manifeſtauit. Cuius Archiepiſcopi accepto conſilio, & impetrata licentia ab eo, venit ad Abbatem VVikerum & ad reliquos S. Maximini monachos, in quorũ prædio idem caſtellum fuerat poſitũ; petens vt ei liceret cum ſuo allodio illud commutare. Quod Abbas libenter, vnà cum fratribus, conſentiens, placuit atque conuenit inter eos, vt res per ambarum partium oportunitatem commutarentur. Dedit itaque præfatus Comes ad S. Maximinum de rebus ſuæ proprietatis, legali traditione, in Comitatu Giſilberti Comitis, in pago Arduennæ, villam quæ dicitur *Viulna*, cum ſeruis, cenſualibus, & omni ipſius villæ integritate. Accepit autem à prædicto Abbate, conſentiente monachorum congregatione, ſuprà nominatum caſtellum cum omnibus terris, ab alueo fluminis Alſuntiæ, vſque ad veteres truncos, qui ſtant ante munitionem eiuſdem caſtelli. Igitur poſita eſt hæc eadem munitio in pago *Metingouv*, in Comitatu Godefridi Comitis, ſuper ripam Alſuntiæ fluminis. Factum eſt itaque concambium iſtud ea conſtitutione, vt vtraque perſona, Abbatis videlicet & Comitis, ex eo quod accepit, habeat in perpetuum liberam & aptam poteſtatem tenendi, tradendi, vendendi, vel quidquid voluerit exinde facere, abſque vllius hominis contradictione. Acta eſt hæc traditio, ſiue etiam mutatio, publicè in ciuitate Treuirenſium, in monaſterio S. Maximini, in die Palmarum, XV. Kal. Maij, adſtante Abbate VVikero, ſimulq́ue Hilderado eiuſdem cœnobij Aduocato, & aliis quàm plurimis teſtibus, monachis, Canonicis, atque laicis.

Signum domini Brunonis Archiepiſcopi, qui hoc concambium legaliter fieri iuſſit.

Signum Henrici Treuirorum Archimandritæ, qui conſilio iſtius rei per omnia interfuit.

S. Alolfi Præpoſiti. S. Rainuoldi Decani.

S. Sandradi Cellerarij. S. Adalungi monachi.....

Signum Friderici Ducis Lotharingiæ, cuius conſenſu & collaudatione opus illud paractum eſt.

S. Liuthardi. S. Nortperti. S. Sarachonis. S. Adalberti.

S. Geiſonis. S. Tancradi. S. Anſelmi. S. VValteri.

S. Harperni. S. Ruotperti. S. Thietperti. S. Thietfridi.

Facta eſt huius chartæ conſcriptio, anno Dominicæ incarnationis
963. D.CCCC.LXIII. Indictione VI. regni Ottonis III. & patris ſui Cæſaris principatum tenentis II.

CAPVT

CAPVT LXII.

Otho I. Imp. prædia, monasterio Cellensi seu Gisleniano à Dagoberto Francorum Rege, itemq; à. S. Aldegunde & aliis data, confirmat an. 965.

OTto Romanorum, diuina fauente clementia, Imperator augustus. Peruenit ad notitiam nostram quidam venerabilis locus, olim ab incolis Vrsidongus, nunc CELLA vocatus: ad quem de Athenis ciuitate Græcorum commeauit sanctus confessor Christi GISLANVS, sacerdos & monachus. Hunc locum Rex Dagobertus, cum B. Gisslano, ad vnguem perduxit, & regia munificentia ampliauit. Sanctus verò Otbertus, cum B. Amando, in honore Apostolorum Petri & Pauli eumdem locum dedicauerunt. Nouerint ergò Duces & Marchiones, Comites etiam nostri & Principes, locum hunc regia tuitione vbique protegi & defendi. Itaque præcepimus subtitulare rerum ad eumdem locum pertinentium possessiones, quatenus regia corroboratione confirmatæ semper ad vsus fratrum, in eodem loco Deo seruientium, famulentur: *Hornud* cum præcinctu, in Durno ecclesiam vnam, in Lisnonte ecclesiam vnam, in *Resin* vnum curtile, in Basiaco mansos duos, quos dedit S. ALDEGVNDIS, in *Mosslerolcurt*, quæ est in pago Cameracensi, quattuor curtilia, in Villare super Tenram bonaria XII. in Alemannis villa, quæ sita est in pago Sucssionensi, hospites, vineas & terras. *S. Aubertus Ep. Cam.*

Signum Ottonis magni Imp. & inuictissimi Augusti.

Adalgerus Cancellarius, vice Bardonis Archicancellarij, recognoui. Acta Kalendis Maij, anno nongentesimo sexagesimo quinto, Indictione XII. anno domini Ottonis XXX. Imperij quarto, Actum Nouiomago. 965.

Idem

Idem Otho I. *Dulciacum, Crombruggam, aliasq; possessiones monasterij Blandinienſis an.* 966. *confirmat, petente VVomaro Abbate.*

OTTO diuina fauente clementia Imperator augustus. Venerabilis Abbas VVomarus Blandinienſis cœnobij noſtram adiit Serenitatem, rogans..... Nos interuentu dilectæ coniugis noſtræ ADELHEIDIS, fideliſque Archiepiſcopi noſtri VVilhelmi, pro incolumitate regni, vel Imperij noſtri, filiique noſtri Regis Ottonis, piæ illius petitioni aſſenſum præbuimus, & vt poſſeſſiones præſcripti Blandinienſis cœnobij, Dulciacus ſcilicet in pago Haginau, & Crombrugga in pago Brabantinſe, quam villam noſtra ſoror GERBERGIS Regina monachis ob remedium animæ fidelis Comitis ſui reddidit Arnulphi, ſub perpetua immunitatis noſtræ tuitione ſint, volumus.

Luidolphus Cancellarius, ad vicem VVilhelmi Archicapellani, recognoui. Datum XI. Kal. Februarij, anno Dominicæ incarnationis
966. D. CCCC. LXVI. Indictione IX. anno regni Ottonis XXXI. Imperij IV. Actum Traiecto.

Idem Otho I. *anno* 966. *poſſeſſiones eccleſiæ Niuellenſis confirmat, quæ eſt nobilium virginum Canonicarum in Gallo-Brabantia.*

OTTO, diuina fauente clementia, Imperator augustus Romanorũ ac Francorum. Quædam Abbatiſſa de monaſterio conſtructo in honore S. Petri Apoſtoli, ſanctæque virginis GERTRVDIS, pariter cum ſanctimonialibus, nomine ADELBERINA, noſtram adiit Serenitatem, rogans vt auctoritatis noſtræ præceptum vel confirmationem donauiſſemus.

Nos verò, interuentu noſtræ coniugis ADALHEIDIS, filiiq; noſtri Regis ſcilicet OTTONIS, petitioni eiuſdem Abbatiſſæ aſſenſum præbuimus; & quidquid REGENARIVS Comes, pro ſe, coniuge, filiiſque eius, ad prædictũ monaſteriũ, vbi S. Gertrudis corporaliter requieſcit, tradidit

tradidit in pago Ardenna, super fluuio *Aisna*, in Comitatu *VVandricia*, in villa quæ dicitur *Villare*, mansas XII. ecclesiam vnam cum ædificiis, terris cultis & incultis. Similiter quidquid prædicti Regenarij filius, nomine LIECHARDVS, tradidit in pago Hasbanensi, in villa quæ dicitur *Guigolonhain*, mansas nouem, mancipia XXXV. molendinum & cambam vnam.

RODOLPHVS Comes tradidit in villa, quæ dicitur *Lentlo*, mansas VI. siluam ad porcos LX. Ioannes pariterque Rotboldus pro anima Sigefridi mansas tres, in villa quæ dicitur *Luponio*, super fluuio *Tier* molendinum vnum, mancipia X. HILLINVS tradidit in villa, quæ dicitur Gislebiernoz, ecclesiam vnam, siluam ad porcos quingentos, pro anima *Gisleberti* genitoris sui. Ioannes & vxor sua Hachunda mansum vnum in villa *Tongrinas*, Hadebrandis prata & siluam super fluuio *Til*, Honolfus pro anima genitricis suæ Helisguindę mansam vnam in Comitatu Testrebatensi, super fluuio Huoltena. Adelardus mansam vnā in Verechaim super fluuio Sambra, in villa quæ dicitur Culiaco, mansas duas, Roculfus Comes mansam vnam in villa Nerebach super fluuio Tenara.

Similiter tradidit Robertus, vxorque eius nomine Gena, cum filio suo Regenario, mansas quattuor in pago Hainaco, in villa quæ dicitur Haina. Hillinus tradidit, pro anima Lietgardæ, in pago Brabantinse super fluuio Ippinghohaim mansas quinque, siluas ad porcos centum. Regenvvaldus presbyter stadium vnum in *Bruocsella*, super fluuiū Brania, mansas septem, ecclesiam matriciam, siluam & prata.

Anno centesimo vicesimo septimo post transitum S. Gertrudis, tradidit quædam puella, nomine RICBVRGIS, omnem hereditatē suam in terra Ribuariensi in villa *Buezefelt*. Hereditas S. Gertrudis sita in pago Tessandria super fluuio *Struona*, in villa quæ dicitur *Bergom*, cum integritate sua illic aspiciente: insulæ tres, prima *Buuelant*, secunda *Spiessant*, tertia *Gerselre*. *Bergen op Zoom.*

Villam *Merbeckam* cum omni integritate quędam Goisinar, in villa Ramnesbecka mansas XXX. ecclesiam matriciam, in Honsa mansam vnam, & quidquid pertinet ad mensam & vtilitatem fratrum ac sororum, Deo sanctæque Gertrudi fratribus ac sororibus famulantibus donauimus, & nostro præcepto confirmauimus.

Luicolfus Cancellarius, ad vicem VVillelmi Archicapellani, recognoui.

gnoui. Datum IX. Kal. Februarij, anno Dominicæ incarnationis
966. nongentesimo sexagesimo sexto, Indictione IX. anno regni Ottonis XXXI. Imperij IV. Actum Traiecto.

NOTATIO.

Duo olim in orbe Christiano Imperatores exstiterunt, vnus Orientis, alter Occidentis: Græcus Orienti, Latinus Occidenti præerat. Quidquid Italiæ, hinc à Neapoli, inde à Siponto in mare procurrit, cum suis è regione insulis, ad Græcum; reliqua pars ad Latinum Imperatorem pertinebat. Orientalis Imperij sedes fuit Constantinopolis, iam inde à temporibus CONSTANTINI MAGNI, qui sacris Christianis imbutus, sedem Imperij aliò tranferendam ratus, Byzantij in Thracia nouam Romã, transcripta magna Romanæ nobilitatis parte, condidit, eamque Constantinopolim suo nomine appellauit. Græcorum porrò Imperium vsque ad annum 1453. stetit, quo Mahometes Rex Turcarum, Deo Græcis ob hæresim irato, Constantinopolim vi cepit; Constantino V. Palæologo Imp. cæso; vt à Constantino ortum cum Constantino deficeret Imperium.

Occidentis Imperium primus è gente Francorum CAROLVS MAGNVS, ingenti & sua & gentis laude, obtinuit, anno salutis octingentesimo coronatus. Eius stirps in Ludouico III. Imperatore defecit, qui anno 912. viuere desiit. Ludouico exstincto, CONRADVS è Franconia, vir bello inclytus, à Germanis proceribus Rex est appellatus. Huic septennio pòst rebus humanis exempto, HENRICVS AVCEPS, Othonis Saxoniæ Ducis filius, anno 920. subrogatus, Lotharingiam, à Carolo Simplice Francorum Rege occupatam, recuperauit. Henrico successit OTHO filius, primus ex Germanis à Ioanne VIII. Romano Pontifice initio anni 962. Romæ coronatus.

CAPVT

CAPVT LXIII.

Lotharius Francorum Rex, varia prædia Bauonensi monasterio anno 967. confirmat; petente Balduino, Comite Cameracensi, Rodulphi filio, Balduini Ferrei Comitis Flandrensis nepote.

LOtharius gratia Dei Rex. Sit notum omnibus, quòd venerabilis Comes ARNVLPHVS, noster consanguineus & regni nostri Marchio nobilissimus, nostram adiens excellentiam, humiliter petierit, vt quoddam monasterium, in honore B. Petri constructũ super fluuium Scaldim, quod antiquitus vocatum est Ganda, pro statu monasticæ religionis ibidem perpetualiter corroborando, nostræ auctoritatis præcepto muniremus. Cuius petitioni tunc assensum præbuimus, & statuimus, vt idem monasterium à prædicto Arnulpho Comite moderno tempore restauratum, & in melius exaltatum, in ordine monastico res suas quietè possideret. Decreuimus etiam quòd secundùm S. Benedicti regulam ibi Abbas constitueretur. Nunc verò Comite Arnulpho ab hac vita sublato, BALDVINVS, noster eiusque consanguineus, cum Abbate VVOMARO, prælibati Gandensis monasterij Rectore, nostram adiit Serenitatem, petens nostræ auctoritatis munimentum erga idem renouare monasterium. Nos ergò eorum annuentes petitionibus, interuentu etiam matris nostræ GERBERGÆ & coniugis nostræ EMMÆ, illorum adimpleuimus postulationem. Datum III. Nonas Maij, regnante domino Lothario anno XII. Indictione X. Actum Nobiliaco feliciter, anno D. CCCC. LXVII. 967.

CAPVT LXIV.

Gerberga, Ludouici Transmarini Francorum Regis vidua, Marsanam in agro Falcoburgensi, secundo lapide à Traiecto Mosæ sitam, donat Remensi monasterio S. Remigij, an. 968.

GERBERGA diuina dispensante clementia humilis Francorũ Regina. Locum S. Remigij, magnifici Doctoris, Francorum Apostoli, admodum gandentes rerum incrementis feliciter prosperari, ac multiplici bonorum copia fortunatum haberi, solenniter delegantes per manus fidelis Aduocati nostri Comitis Arnulfi legitima vestitura, cum consilio, pietate quoque ac benigno assensu domni Ottonis Imp. Augusti, tradimus S. Remigio quoddam iuris nostri prædium in alo-
Mersen. do, in honore S. Petri consecratum, vocabulo MARSNAM, in Comitatu Masaugo, cum omnibus ad ipsum prædium pertinentibus, id est, *Clumam* & *Litam* cum appenditiis suis, *Hertram* & *Angleduram* cum appenditiis suis; superadditis etiam rebus aliis, quæcumque ex ipso fisco in ius dominicum iam olim deuenerant: astantibus etiam, imò collaudantibus atque confirmantibus, Gerardo Tullensi Episcopo, atque Comitibus Emmone & Ansfrido, nonnullis quoque aliis nobilibus viris; fidentes vtique tanti patris & patroni nostri plurimùm meritis adiuuari, totumque hoc agentes pro salute videlicet nostra, & remedio senioris nostri piæ memoriæ GISLEBERTI, suique parentum, patris scilicet & matris, RAGENERI & ALBRADÆ. Ea scilicet ratione, vt idem locus S. Remigij, qui semper ab antiquo regiis donationibus, vtpote caput Franciæ, fuerat honoratus, nostris etiam donis regalibus diteſcat & polleat vberiùs, ipsumque alodum, vt sui proprium, legitimo iure firmiter tenendo in perpetuum possideat, quatenus memoriam nostri ac præfati viri senioris nostri Gisleberti apud se iugiter fixã idem locus habeat, suisque orationibus perpetuis & sacrificiorum muneribus & votis in conspectu Dei eiusdem memoriam piissimè recolat.

Actum

Actum IV. Idus Februarij, anno incarnationis Dominicæ D. CCCC. LXVIII. in præfato Comitatu, in villa quæ dicitur Hacta, anno tricesimo secundo, regnante domno Ottone inclyto Imperatore ac Cæsare Augusto, filio quoque eius æquiuoco regnante anno septimo. 968.

Signum domnæ Gerbergæ gloriosæ Reginæ, quæ regiæ auctoritatis manu hoc scriptum, quod fieri iussit, dignanter corroborauit, & aliis confirmare mandauit.

S. iuuenis magnæ indolis Caroli.

S. Arnulfi Comitis, qui vice dominæ Reginæ hanc traditionem fecit.

S. Emmonis Comitis. S. Ansfridi Comitis. S. Huberti.

S. item Huberti. S. Gotramni. S. Franconis. S. Gerardi.

S. Eutuini. S. Adelstamni. S. Huniconis. S. Godeleui. S. Isaac.

S. Theoderici. S. Onulfi. S. Wilberti. S. Rotlandi. S. Rageneri.

Data pridie Idus Februarij, manu domnæ Reginæ, & suscepta à domno Abbate Hugone, qui ibi affuit cum suo Aduocato Emmone prædicto Comite.

NOTATIONES.

GERBERGA] Henrici Aucupis Germaniæ Regis filia, Othonis I. Imp. soror, anno 929. primùm Gisleberto Lotharingiæ Duci, pòst Ludouico Transmarino, Francorum Regi, Caroli Simplicis filio, an. 939. nupsit. Vide suprà pag. 105.

MARSNA] Rheginoni Marsana, *Mersen*, palatium olim regiũ, nunc municipium amplum, secundo lapide à Traiecto Mosæ, cum monasteriolo seu Præpositura, vt vocant: quam ad nostra vsque tempora monachi Benedictini, ex Remensi S. Remigij cœnobio, possederunt, & annis superioribus, via permutationis aliorum in Francia prædiorum, cesserunt Canonicis regularibus cœnobij quod Aquas curtas, *Eaucourt*, in Artesia nuncupant.

GISLEBERTVS] seu Gisilbertus Lotharingiæ Dux, primus Gerbergæ maritus, fuit Ragineri I. Hannoniæ Comitis filius: vt ex diplomate iam recitato, itemque ex Flodoardi Chronico, & ex Fragmento Gallici scriptoris, quod ex Conrado Abbate Vrspergensi Petrus Pithæus recitat, certò constat. Ragineri & Albradæ filius fuit Ragine- *pag. 88.*

rus II. Longicollus Hannoniæ Comes: quod nota contra Iacobum Guisium, Lipsium & alios, qui ipsum faciunt Manassis filium.

CLVMA] nunc *Clenumen* vel *Clummen*, vicus agri Falcoburgensis. Lita seu Litta, *Littoy*, vicus Brabantiæ prope Siluam-Ducis. Hertra nunc *Ertrem* vel *Erthen* prope Leodicum. Angledura, *Angleure*, in eodem tractu.

GERARDVS] Tullensis Episcopus, Colonia Agrippina oriundus, quem Leo IX. Papa in catalogum Sanctorum retulit; teste Sigeberto in Chron. ad an. 1052.

CAROLVS] Dux Lotharingiæ, iuuenis hîc nuncupatur, vtpote anno 953. Lauduni matre Gerberga natus: vt idem Flodoardus in Chronico scribit.

ARNVLPHVS] non Flandrensis, sed alterius pagi Comes, traditionem fecit tamquam Vicarius Gerbergæ. De hoc Arnulfo agit fortasse Flodoardus in Chronico an. 959.

EMMO] siue Immo Comes, primùm Brunonis Archiepiscopi Colonensis ac Lotharingiæ Ducis Consiliarius fuit: pòst hostis factus Capræmontem an. 960. muniuit contra eumdem Brunonem; teste Flodoardo. Capræmontem porrò, olim celebre diœcesis Leodicensis opidum, *Chieuremont*, vt nidum rebellium Notgerus Episcopus Leodicensis an. 980. funditus excidit; Canonicorum præbendis ad Aquisgranensem B. Mariæ basilicam translatis, vide suprà pag. 99.

ANSFRIDVS] Louanienſium (quos Sigebertus in Chronico Bratuspantes vocat) & Hoiensium Comes, duxit Hilsundem Comitissam Strienſem, Thorensis ad Mosam collegij nobilium virginum Canonicarum pòst conditricem. Ipse Hoium opidum ecclesiæ Leodicensi cessit, ac demum Episcopus Vltraiectinus an. 1009. obiit.

ISAAC] Comes Cameracensis, qui varias contentiones cum Stephano & Fulberto Episcopis Cameracensibus habuit: vt Baldericus in Chron. Cam. lib. 1. cap. 65. & 70. narrat.

WIBERTVS] seu Guibertus Comes, fundator Abbatiæ Gemblacensis in Brabantia: de quo suprà egimus pag. 101.

CAPVT

CAPVT LXV.

Otho I. *Imp. VValciodorense monasterium an.* 968. *Theoderico Metensi Episcopo donat, & Hasteriam cum VValciodoro coniungit.*

OTto diuina fauente clementia Imp. Augustus. Interuentu dilectissimæ consortis imperij nostri ADELHEIDÆ Augustæ, nostriq́ue filij OTTONIS Augusti, concessimus sancto protomartyri Stephano, sacrosanctæ Metensi ecclesiæ, simulq́ue venerabili eiusdem sanctæ sedis Præsuli, nostroq́ue dilectissimo sobrino DEODERICO, suisq́ue deinceps in eadem sancta sede successoribus, locum quemdam in pago Lomacensi, nomine VVALCIODORVM, quem vir quidam EILBERTVS, cum coniuge sua HERESINDE dedit, & ex proprio prædio statum monasterij fundauit: vt eiusdem sedis Præsul tam locum ipsum, quàm omnia pertinentia, vti sua propria, curet & ordinet, & Abbatẽ secundùm instituta B. Benedicti monachis ibi degentibus præficiat. Vt autem hæc decreti auctoritas firmior habeatur, iussimus eidem sæpedicto sobrino nostro Pontifici Deoderico, vt quemdam locum HASTERIAM nomine, olim à prædecessore suo Antistite ADELBERONE, ex proprio hereditatis iure, partibus nominati protomartyris Stephani delegarum, supra dicto cœnobio, gratia solaminis, copularet: & quoniam proxima vicinitate iunguntur, etiam sub vnius ditione ordinationeq́ue Abbatis, eadem præfata loca, VValciodorum videlicet atque Hasteria, indissolubili coniunctione necterentur. pag. 99.

Luidgerius, ad vicem Hattonis Archiepiscopi & Cancellarij scripsit. Data XVII. Kalendas Ianuarij, anno Dominicæ incarnationis nongentesimo sexagesimo octauo, Indictione XIV. anno regni Regis Ottonis triceſimo sexto, Imperij in Italia octauo. Actum in ciuitate Papiæ, infrà palatium. 968.

Idem

Idem Otho I. *amotis Canonicis, monachos restituit in Epternacensi S. VVillibrordi cœnobio, hortatu Sigifridi primi Comitis Lutzeburgensis, an.* 971.

OTTO diuina fauente clementia Imperator augustus. Audiuimus monasterium esse in regno nostro, in quo beatus VVILLIBRORDVS Archiepiscopus requieuit, quod ipse, à Rege PIPINO datis prædiis, constructum erat, & quod ipse Princeps & eius filius CAROLVS, scriptis priuilegiis, sub potestate succedentium Regum manere firmauerant. Hoc itaque prauitate cuiusdam *Carlomanni* inuasoris sic fuerat destructum, vt monachi inde expulsi, & Canonici sint intromissi. Hortatu igitur venerandi Comitis SIGIFRIDI, fidelis nostri, in eodem monasterio monachicæ vitæ religionem innouare decreuimus, præficientes ei venerabilem virum *Rauengerum* Abbatem, qui monachis in regulari proposito præsit & prosit.

VVilligisus Cancellarius, ad vicem Rodberti Archicapellani, recognoui. Datum Idibus Martij, anno Dominicæ incarnationis D.
971. CCCC. LXXI. Indictione XIV. anno regni Ottonis XXXVI. Imperij XII. Actum Magadaburg.

Idem Otho I. *Abbatiam siue ecclesiam Canonicorum Capræmontensium donat ecclesiæ Canonicorum B. Mariæ Aquisgranensis, an.* 972.

Otto diuini nutus prouidentia Imperator augustus. Fidelium nostrorum patefieri volumus industriæ, qualiter memoriæ beatissimæ Karolus Imp. augustus, æternæ recompensationis proposito, locum quendam Aquisgrani, vulgari vocabulo Ehha nuncupatum, quasi ab exordio erigere, lataque facultate adeò aggressus est sublimare, vt capellam ibidem miri decore artificij, in honore S. Mariæ matris Domini nostri Iesu Christi, construi fecerit, plurimisque locorum regalium prædiis honestè ditauerit, sedibusque Imperatoriis locum eumdem dignum extulerit: vbi ipse quoque in tumulo pausat. Quam etiam nos locu-

locupletari nostro quoque fulcimine cupientes, Abbatiam *Riuermunt* vocatam, nostra Imperiali potentia, ad eiusdem ecclesiæ fratrumque ibidem Domino famulantium vsus accumulatos, cum omnibus appertinentiis, in perpetuò mansuram proprietatem donauimus, cum vtriusque sexus mancipiis, ædificiis, terris cultis & incultis.

VVilligisus Notarius, vice Rodberti Archicancellarij, subscripsi. Data Kalendis Augusti, anno D. CCCC. LXXII. Indictione XV. anno 972.
regni domni Ottonis XXXIII. Imperij autem XIII. Actum Papiæ.

CAPVT LXVI.

Otho II. *Imp. prædia ablata monachis S. Bauonis Gandensis restituit, an.* 974.

SVperna largiente clementia Otho Imperator augustus. Venerabilis VVomarus, Abbas cœnobij sancti confessoris Christi Bauonis, genitoris nostri Othonis, bonæ memoriæ Imperatoris, excellentiam adiit.... Nos res diu ablatas, cum omni integritate, eis restituentes, nostræ auctoritatis immunitate ac tuitione confirmamus. Nomina autem rerum hæc sunt, in pago Tessandriæ *Nordrevvic*, cum ecclesia & omnibus appendiciis, & in pago Bragbatense *Sethleta*, cum ecclesia & omnibus suis adiacentiis: in pago quoque Rien *Boucholt*, æquè cum ecclesia, & reliquis appenditiis.

VVilligisus Cancellarius, ad vicem Rotberti Archicapellani, notaui. Datum XII. Kal. Februarij anno Dominicæ incarnationis D. CCCC. LXXIV. Indictione II. anno regni domini Othonis XIII. Im- 974.
perij IV. Actum Bosgrat.

Idem Otho II. *veteres monasterij S. Bauonis Gandensis possessiones confirmat, an.* 976.

Otto diuina fauente clementia Imperator augustus. In pago Bragbatensi villam VVarminiam, villam *Fluetherscle* & *Lapingehem*, *Baminghem* & *Gisingascle*, in pago Hasbanensi villam de *VVintrehoue* & *Vinnethe*,

nethe, in pago Rien *Boucholt*, & in pago Teſſandriæ *Northreuic* & *Edingehem*, cum eccleſiis & omnibus adiacentiis.....

Robertus Cancellarius, ad vicem VVilligiſi Archicapellani, notauit. Data XIV. Kal. Februarij, anno Dominicæ incarnationis nongenteſimo ſeptuageſimo ſexto, Indictione IV. regni domini Ottonis XV. Imperij IX. Actum Bruohſela.

976. *Bruſſel.*

NOTATIONES.

VVILLIGISVS] Archiepiſcopus Moguntinus, humili ortus genere, patrem habuit hamaxurgum ſeu carpentarium, qui victus quotidiani cauſſa rotas & plauſtra conficere ſoleret. Vtque ſeſe intra rectæ rationis ac modeſtiæ gyrum contineret, priſtinamque ſuam tenuitatem ſemper ob oculos haberet, paſſim in ædificiis & parietibus rotas pinxit atque incidit. Quas pro ſuis hodieque inſignibus non ſolùm Moguntina ciuitas, ſed ipſi etiam Moguntini Archiepiſcopi retinent.

HENRICVS Auceps, Othonis Saxoniæ Ducis F. duxit primò Haduidam, ſecundò S. Mathildem, Halberſtadij defunctam, & Martyrologio Rom. 14. Martij adſcriptam.

OTHO I. Imp. duxit primò Editham ſeu Eggidam, N. Francorum Regis filiam, pòſt Adelheidem Rudolphi Burgundiæ Regis filiam: cuius vitam ſcripſit Odilo Abbas Cluniacenſis. De Epiſcopatibus ab Henrico Aucupe, & Othone I. fundatis ac dotatis vide Notitiam noſtram Epiſcopatuum, à Plantinianis editam.

Othonum

Othonum Impp. stemma.



CAPVT LXVII.

Lotharius Francorum Rex, petente Hemma coniuge, vicum Aines siue Haines, in Arteſia ſitum, prope Baſſæam opidum, reſtituit Iudithæ Abbatiſſæ Marchianenſi, anno 976.

LOtharius miſericordia Dei Francorum Rex. Coniux noſtra HEMMA, adiens noſtram præſentiam, deprecata eſt, vt quamdam villam, nomine *Aines*, quæ tempore Arnulfi Comitis, ſororibus & fratribus in cœnobio S. Rictrudis degentibus, iniuſtè ſublata fuerat, ob remedium noſtrarum animarū, dicto cœnobio redderemus. Cui aſſenſum præbentes, reddimus prædictam villam Aines, cum omnibus ad ſe pertinentibus, vt deinceps habeant tam Abbatiſſa Iudith, quàm prædictæ ſorores, nec non fratres ipſius monaſterij S. Rictrudis, poteſtatem faciendi quidquid voluerint.

Adalbero Notarius, ad vicem domni Adalberonis Archiepiſcopi ſummíque Cancellarij, recognouit & ſubſcripſit. Actum Doacenſe caſtello, anno Dominicæ incarnationis D.CCCC.LXXVI. regnante domino Lothario anno XXII.

Douay. 976.

Idem Lotharius Rex, petente Emma coniuge ſua, Mareolenſi Canonicorum regularium monaſterio, prope Atrebatum ſito, an. 977. reſtituit prædia, à Fulberto Epiſcopo Cameracenſi & aliis olim attributa.

Diuina præordinante gratia Rex Lotharius. Noſtræ dignitatis præſentiam dilecta coniux noſtra EMMA adiens, nobis retulit dolendo, quoddam cœnobium à Fulberto Præſule, ſub regulari Canonicorum norma, nobiliter ſecus Atrebatum ſuper Satis fluenta, olim conſtructū fuiſſe, quod ſitum eſt in villa quæ dicitur MAREOLVM; nunc verò penitus deſtructum per violentiam ſæcularium, & nimiam cupiditatem Theudonis Epiſcopi, remotis inde omnibus, quæ prædictus Fulbertus

tus eiusque successores tradiderunt cœnobio S. Amandi & S. Bertilię, ad opus fratrum. Nos verò interuentu coniugis nostræ Eminæ fidelissque Dridonis, iam dictas res Canonicis præfibati monasterij reddi præcipimus, scilicet mansum indominicatum, quod Fulbertus Episcopus dedit eis in villa Marcolo, & decimas quattuor molendinorum, quas Præsul Engramnus eis contulit; medietatem etiam Caminæ datam ab Andremaro Præposito ipsius loci. Datum Lauduno clauato anno nongentesimo septuagesimo septimo. 977.

CAPVT LXVIII.

Godefridus cognomento Captiuus, Virdunensis in Lotharingia Comes, & Dominus Ihami prope Aldenardam Flandriæ opidum, an. 979. Holinium, Lesdenium aliaq; prædia donat Blandinienſi S. Petri Monasterio.

EGO GODEFRIDVS gratia Dei Comes, & vxor mea MACHTILDIS, ad monasterium vocabulo Blandinium, in primordiis ab Apostolico patre sanctissimo Pontifice Amando constructum, atque in honore SS. Petri & Pauli consecratum, processu verò temporis ab ARNVLPHO excellentiori à fundamentis exstructo ædificio, in quo Abbas VVomarus non modico regularium collegio monachorum pastor præesse videtur; ad hoc ergò monasterium, pro remedio animæ nostræ filiorumque nostrorum, donamus Deo ac S. Petro res nostras perpetuò, hoc est, fiscum *Holinium* dictum, situm in pago Tornacensi, cum ecclesia in honore S. Martini, *Ramelgien*, *Lesdenium*, *Nouamq; Villam*. Actum publicè in cœnobio Blandinio XII. Kal. Februarij, Indictione VII. anno XXVI. regni Regis Lotharij, & regiminis Abbatis VVomari XXVII. 979.

Signum Godefridi Comitis, & coniugis eius Machtildis, qui hanc traditionem fecerunt & firmari petierunt.

S. Arnulphi glorioſi Marchisi iunioris.

S. Hermanni Comitis, filij Godefridi Comitis.

S. VVomari Abbatis. S. VVigeri. S. Lietberti. S. VVicberti.

S.Ingelberti Aduocati. S.VVidonis Præpositi.
Ego quoque Rodulphus monachus vidi & chartam conscripsi.

NOTATIONES.

GODEFRIDVS] dictus Captiuus (eò quòd à Lothario Francorum Rege an.984. captus fuerit, vt Sigebertus in Chronico suo supputat)
Lenham. Comes Virdunensis & Ihami Dominus, ex MACHTILDE, ex Herimáni Saxonũ Ducis filia, Balduini III. Flandrię Comitis vidua, quinque genuit filios, *Alberonem* Episcopum Virdunensem, *Fredericum* Comitem Virdunensem, *Hermannum* seu Henzilonem Comitem Dagisburgensem, qui hinc diplomati subscripsit, *Godefridum* cognomento Improlem Lotharingiæ inferioris Ducem, & *Gothilonem* cognomento Magnum, Lotharingiæ superioris & inferioris Ducem, itemque filiã vnã, nomine *Ermengardem*. Ex his Fredericus & Hermannus obierunt monachi ad S.Vitonum in vrbe Virdunensi. Obiit autem Machtildis an.1009. in Blandinio iuxta Godefridum maritũ suum sepulta. Idem Godefridus, eiusque filius Hermannus tria monasteria seu ecclesias Ihami fundarunt; teste Balderico in Chron. Cam. lib. 2. cap. 45.

HOLINIVM] *Hollaing*, prope Tornacum. LESDENIVM, *Lesdaing*, in eodem tractu.

CAPVT LXIX.

Otho II. *Imp. confirmat possessiones ecclesiæ Leodicensis an.* 980.

OTto diuina fauente clementia Imperator augustus. Nouerint omnes nostri fideles, quòd venerabilis Episcopus Leodicensium NOTKERVS præcepta quædam nostris obtulit obtutibus, quæ ab antecessoribus nostris Pipino, Carolo, Lodouico, & item Carolo, Regibus Francorum, collata erant ecclesiæ S. Mariæ & S. Lamberti, & insuper à patre nostro Othone Imp. confirmata, super vniuersas possessiones eiusdem matris ecclesiæ, quarum istæ sunt capitales, Hoium, Fosses, Lobies, Tungres, Maslines, & super cetera loca, cum omnibus rebus

rebus & hominibus ad ea pertinentibus, vt omni publica potestate excluſa, in manu Episcopi ſingulariter conſiſtant. Nos itaque præcipimus, vt nullus Comes, nullus Iudex, niſi cui Episcopus commiſerit, audeat potestatem exercere ſuper ea loca, neque placitum habere, aut freda aut tributa, aut bannos aut telonea, aut redditus de ſtatione nauium exigere.

Hildibaldus Cancellarius, ad vicem VVilligiſi Archicapellani, notaui. Datum VIII. Idus Ianuarij, anno Dominicæ incar. nongenteſimo octogeſimo, regni Othonis II. decimo nono, Imperij XIII. 980. Indictione VIII. Actum in Cruona.

Idem Otho II. *monachos Benedictinos, amotis Canonicis, in Epternacenſi S. VVillibrordi cœnobio à patre ſuo Othone* I. *Imp. collocatos, confirmat an.* 980.

OTTO, diuina ordinante prouidentia, Imperator auguſtus. Fideliũ noſtrorum comperimus relatione, monaſterium eſſe in regno noſtro EPTERNACVS dictum; in quo beatus requieſcit VVILLIBRORDVS Archiepiſcopus, quod ipſe venerabilis à fundamentis conſtruxit, datis ſibi à piiſſimo Rege PIPINO prædiis, hoc etiam ab ipſo Principe, filioque eius *Carolo*, nec non *Chludouico*, Imperatoribus, ſcriptis priuilegiis, ſub mandiburnio & defenſione ſuccedentium Regum vel Imperatorum deliberatum eſt manſurum, ac monachicum ordinem, ſecundùm regulam S. *Benedicti*, ab inhabitantibus ibi perpetualiter conſeruandum. Quod prauitate cuiuſdam *Karlomanni* inuaſoris, & tyrannidem exercentis, violatum eſt; monaſticæ videlicet vitæ norma deſtructa, & clericis ſæcularibus intromiſſis. Sed rurſum à genitore noſtro bonæ memoriæ OTTONE Auguſto, inſtinctu illuſtris viri SIGIFRIDI Comitis, in priorem ſtatum eſt reparatum, conſtituto ibidem Abbate *Rauangero* nomine, qui adiens Serenitatem culminis noſtri, obtulit nobis priuilegium præfati genitoris noſtri, obſecrans vt paternæ auctoritati noſtram quoque ſuperadderemus auctoritatem.

Cuius precibus libenter aſſenſum præbuimus, atque hoc noſtrę regalitatis præceptum fieri libuit: per quod decernimus, vt iuxta præcedentium decreta Regum & Imperatorum, ob amorem Dei, tranquillitatem

litatemque fratrum, ibidem sub regula S. Benedicti consistentium, cũ omnibus rebus ad se pertinentibus, sub defensione nostra ac mandiburdio nostro sint, atque successorum nostrorum: ea conditione, vt monachicæ conuersationis ordo ibidem iugiter conseruetur.

Signum OTTONIS magni & inuictissimi Imp. augusti.

Hildiboldus Episcopus & Cancellarius, ad vicem VVilligisi Ar-
980. chicapellani, recognoui. Datum Kal. Iunij, anno D. CCCC. LXXX. Indictione VII. anno verò regni II. Ottonis XIX. Imperij autem XIII. Actum Aquisgrani.

CAPVT LXX.

Adalbero Remensis Archiepiscopus in Mosomensi cœnobio pro Canonicis monachos Benedictinos collocat: quod eius decretum an. 983. in Concilio apud Montem S. Mariæ in pago Tardacensi est confirmatum.

ADalbero diuina propitiante clementia sanctæ Remensis ecclesiæ Archiepiscopus. Notum fiat vniuersis, quondam nobis Episcopio gratia Dei ac benignitate regia contradito, Sanctorum loca quædam honore integro repperisse plurimùm valentia, quædam verò pristinæ dignitatis statu deficiente prorsus neglecta. Inter quæ etiam ille MOSOMI cœnobialis locus, antiquitatis studio certatim constructus, ab exordio sanctimonialium vitæ aptatus, postmodùm verò Canonicorum ordine ab Heriueo prædecessore nostro meliùs informatus, atque in honore sanctæ Dei genitricis Mariæ dignè consecratus, sed nefandis vsibus vtrobique negligenter incultus, rebus partim subtractis, partim verò intercurrentibus malis, sinistræ cessit fortunæ. Quo comperto, adhibito fidelium nostrorum consilio, perpendens eumdem locum, pro mundi infelicitate, in canonicali ordine stare non posse, ibidem monasticæ religionis vitam, ordinato Abbate Ledaldo, constitui, vt eiusdem loci religiosi cultores, tam rebus delegatis, quàm etiam fortè delegandis vtentes, continua vota Deo soluẽtes sint pro nobis, pro posteris nostris, ceterisque ordinibus iugiter orantes.

CAPVT

CAPVT LXXI.

Ribodimontensis S. Nicolai Abbatia, Benedictinorũ, in diœcesi Laudunensi an. 1084. fundatur ab Ansello de Ribodimonte.

PHilippus Dei gratia Francorum Rex, notum fieri volumus fidelibus nostris, quòd Anselllus de Ribodimonte adiit Serenitatem nostram, obsecrans vt quamdam Abbatiam, quam ipse constituerat proximè Ribodimontẽ, in honore sanctæ Dei genitricis, & beatissimi confessoris Nicolai, ei nos in perpetuum stabilem ac firmam fore concederemus, & nostræ maiestatis vigore corroboramus quæcumque eidem loco largiebatur de bonis suis, sine aduocatione. Cuius petitioni annuendo, præfatam Abbatiam in posterum stabilem fore statuimus, firmando quoque concessimus, id ipsum postulante domino Helinando Laudunensi Episcopo, vt locus ipse deinceps solutus sit & quietus. Quæcumque verò à præfato Ansello eidem loco donata sunt, villã videlicet Lucianis, villam quæ dicitur Montiniacus, villam quæ dicitur Moncellis, & quod eidem loco contulit apud Albrecias & apud Macerias, & apud Audenicurtem, & duos molendinos apud Ribodimontem, & seruos & ancillas, & cetera omnia monachi quieta possideant, sine aduocatione.

Actum apud Ribodimontẽ, anno incarnati Verbi millesimo octingentesimo quarto, Indictione septima, anno regni Philippi Francorum Regis vicesimo quarto, præsentibus iis quorum nomina subtitulata sunt. Gilbertus, ad vicem Gofridi Cancellarij, Parisiorum Episcopi, relegendo subscripsi. 1084.

S. Helinandi Laudunensis Ep. S. Rainaldi Remensis Archiep.
S. Rotgeri Catalaunensis Ep. S. Vidonis Beluacensis Ep.
Hugonis Comitis Pontiui. Comitis Eubaldi de Rocei.
Comitis Rainaldi Suessionensis. Comitis Balduini Valentiani.
Eustatij Vicedomini Catalaunensis. Ioslini Beluacensis.
Balduini de Gurci. Radulfi filij Belith.
Vidonis de Lescieres. Vidonis de Vitrey.
Bernardi de Ribodimonte. Petri Castellani.
Roberti Anguisor. VValberti Laudunensis. Vinemari Laudunensis.

CAPVT LXXII.

Otho III. *Imp. an.* 985. *donat Notgero Leodicensi Episcopo Comitatum Hoiensem seu Huiensem, quem Ansfridus Comes antea tenuerat.*

OTho diuina fauente clementia Rex. Adiit Celsitudinem nostram venerabilis NOTKERVS Tungrensium vel Leodicensium Episcopus, vt ei vel successoribus suis Comitatum Hoiensem, qui in nostra ditione hactenus erat, quemque ANSFRIDVS Comes, illustris vir, qui illum ad præsens tenebat, pro Dei honore, & prædictorum Sanctorũ veneratione, ipsiusque Episcopi amore reddiderat, perpetuò habendum concederemus. Et quia quod reliquum erat regię ditionis, in moneta scilicet & teloneo, reliquisque reditibus, munificentia Regum vel Imperatorũ, prædecessorum nostrorũ, ecclesiæ S. Mariæ in Leodio vel Hoio politæ iã cesserat, & mater nostra THEOPHANIA Imperatrix fiendum petebat, ratum duximus eius subseruire petitioni. Igitur super id quod ab antecessoribus nostris Regibus vel Imperatoribus ecclesiæ iam dictæ Tungrensi vel Leodiensi concessum fuerat, scilicet in vicis Traiecto, Hoio, Namuco, Deonanto, vel in monasteriis, castellis, cortibus & villis, iam ad seruitium eiusdem Episcopi acquisitis, vel de cetero adquirendis, id est, vt nullus Comes vel Iudex, exceptis eis qui ab Episcopo suffecti fuerint, in loca supradicta residere audeat, ad causas audiendas, aut freda aut tributa, aut bannos aut telonea, aut reditum de statione nauium, aut aliquod omninò districtum exigendum: super hæc, inquam, omnia concedimus eidem Notkero Episcopo, & omnibus eius successoribus, quod reliquum Hoiensis Comitatus in nostra ditione superfuerat.

Hildibaldus Episcopus & Cancellarius, vice VVilligisi Archicapellani, recognoui. Datum Nonis Iunij, anno nongentesimo octogesimo quinto, Indictione XIII. anno verò Othonis III. regnantis secundo. Actum Ingilenheim.

985.

Idem

Idem Otho III. *Theoderico Hollandiæ Comiti beneficium præstat, an.* 985.

Otho diuina fauente clementia Rex, cunctis fidelibus nostris manifestum esse volumus, quomodo nos, ob amorem dilectæ genitricis nostræ THEOPHANIÆ Imperatricis Augustæ, nec non interuentu fidelium nostrorum Ecberti Treuerensis ecclesiæ Archiepiscopi, ac nepotis nostri Henrici Bauariorum Ducis, fideli nostro THEODERICO Comiti, quidquid nostro concessu hactenus in beneficium tenuit, inter duo flumina, quę vocantur Liora & Hissla, in proprium dedimus, cum omnibus vtensilibus, quę in eodem beneficio, regio concessu, per fructuarium vsum, ante hoc possedit... Ad hæc etiam totum, quod de nostro iure in pago Texla nuncupato in beneficium tenuit, cum omni vtilitate ad hoc appendente (excepto quod vulgari lingua dicitur Hussada) ad integrum sibi in proprium tradidimus, in Comitatibus ita nuncupatis, Masalant, Kinhem, Texla.....

Signum domini Othonis gloriosissimi Regis.

Hildebaldus Episcopus & Cancellarius, vice VVilligisi Archicapellani, recognoui. Data VIII. Kalendas Septembris, anno Dominicæ incarnationis nongentesimo octogesimo quinto, Indictione XIII. anno autem tertij Othonis regnantis secundo. Actum Nouiomago. 985.

Idem Otho III. *dotat Niuellensem Canonicorum S. Pauli ecclesiam, an.* 992.

OTTO diuina fauente clementia Rex. Omnis multitudo fidelium dignoscat, qualiter nos ad petitionem dilectæ auiæ nostræ *Adalheidis* Imperatricis augustæ, nec non & fidelis nostri *Notkeri* Leodiensis Episcopi, ad ecclesiam S. PAVLI Apostoli, quæ eius ob honorem, in loco NIVELLA vocato, nouiter constructa & consecrata est, dedimus quindecim mansos in villa *Ardinella* dicta sitos, cum omnibus vtensilibus ad eos ritè pertinentibus, in areis, ædificiis, terris cultis & incultis: ea videlicet ratione, vt idem prædium sub perpetuo iure Niuellensis

ecclesiæ & Abbatissæ, quæ modò huic loco præsidet, GODA nominatæ, futurarumque quæ ei succedent, ad ecclesiæ ipsius ornamentum, & augmentum præbendę sanctimonialium, in Dei seruitute ibi degentium, consistat.

Ad hæc etiam iam dictæ villæ Ardinellæ omnem decimam, quam præfatus Notkerus Leodiensis Prę sul, ex ratione sui Episcopatus, ad dictam S. Pauli ecclesiam concessit, regali nostra potestate ad eamdem ecclesiam donamus atque confirmamus; eo tenore, vt sub iure ecclesię iam dictæ, & Abbatissæ præsentis futuramque perduret.

Hildebaldus Episcopus & Cancellarius, vice VVilligisi Archicancellarij, recognoui. Data VI. Idus Aprilis, anno nongentesimo
992. nonagesimo secundo, Indictione quinta, anno autem tertij Ottonis nono. Actum Aquisgrani.

CAPVT LXXIII.

Hilsundis Comitissa Strienſis, vxor Ansfridi Comitis Louanienſis & Huienſis (pòst Episcopi Vltraiectini) fundat ac dotat an. 992. cœnobium Thorenſe; quod est illustre nobilium virginum Canonicarũ collegium ad Mosam fl. in diœcesi Leodicenſi.

EGO HILZONDIS Comitissa terrę de *Stryen*, sequi cupiens eum qui est sponsus virginum, de consilio domini mei ANSFREDI, ecclesiã constructi, in alodio meo de *Thorne*, vbi ego & filia mea BENEDICTA sub regula sanctæ obedientiæ ita viueremus in hoc sęculo, vt mereamur in futuro, amictæ stolis albis, inter Angelos comparere, in districtu iusti iudicis. Itaque amicos mihi faciens de mammona iniquitatis, attuli ad dictam ecclesiam omne alodium, quod in terra mea de Stryen gloriosus Rex Zuendiboldus olim perdonauerat: in primis ipsam ecclesiam de *Stryen*, quæ est consecrata in honore Mariæ virginis, *Montem lutetiæ*, vbi beatissima Gertrudis corporaliter conuersata est, & cellam habet à B. Amando consecratam; villam *Gilleyela* cum appenditiis, villam *Baerle* cum altari in honore sancti confessoris Remigij à me constructo, castellum *Sprundelheim* cum omni integritate, sicut situm

est

est super fluuium *Moervvater*, siluam ad porcos alendos, quemadmodū iacet inter duas marcas, cum omni iure, vvancapio, teloneo, molendino, censu, pedagio & aquagio in pratis, siluis, agris cultis & incultis, vvastinis, moris, humido, sicco, alto, basso, prout eadem ego Hilzondis Christi famula & parentes mei tenuerunt. Non sit vllus Aduocatus, nisi quem fratres & sorores de Thorne cœnobij elegerint: & si quispiam maligno sensu se intromiserit, condemnabit eum Cęsar, qui est cœnobij legitimus Aduocatus.

Datum apud Thorne anno nongentesimo nonagesimo secundo, 992.
Kalendis Iunij, Indictione IV. Testes fuerunt, Ioannes Abbas S. Pantaleonis, F. Balduinus Præpositus de Dirha, G. Decanus. Et de militibus nostris, Franco de Dungha, H. de Emelberga, G. de Sandert, Castellanus noster, I. Dapifer. Et de Ministerialibus Episcopi, Christophorus, Girardus, in Domino feliciter.

NOTATIONES.

STRYEN] Comitatus seu territorium olim amplissimum, hodieque nomen retinet. Sub illo Comitatu quondam Mons S. Gertrudis & Breda, opida nunc gentis Nassauię, item *Baerle* municipiū Campaniæ Brabantinæ, & alia loca vicina comprehendebantur.

MONSLITTORIS] hodie Mons seu Berga S. Gertrudis, vulgò *Gertruden-berghe*, opidum in confinibus Brabantiæ & Hollandiæ situm, captura salmonum celebre. Fuit olim patrimonium S. Gertrudis, quę Niuellense Canonicarum nobilium collegium, cum matre sua Iduberga, condidit, hortatu S. Amandi Tungrensis seu Traiectensis ad Mosam Episcopi. Idem Amandus, vir Apostolicus, cellam in Monte S. Gertrudis consecrauit: vt in recitato Hilsundis diplomate diserte traditur. Idem quoque burgi seu castri Antuerpiensis ecclesiam in honorem SS. Petri & Pauli construxit: vt ex Rohingi tabulis suprà pag. 22. constat.

VVASTINIS] id est, locis desertis ac vagis, Flandricè *VVoestinen*.

MORIS] id est, locis paludosis, vulgò *Moeren*; qualia hodieque plurima sunt in Campania Brabantiæ, ex quibus cespites fiunt, ad focum struendum. Sic & in occidua Flandria à moris seu paludibus Morini (quorum caput olim Teruana fuit, an. 1553. funditus excisa) nomen

traxerunt. Morinorum paludes duas primarias, inter Hondiſcotam, Dunckercam, Furnas & Bergas S. VVinnoci ſitas, an. 1624. & 1626. Vincentius Cobbergius Antuerpienſis, Architectus & Pictor celebris, exhauſit, & exſiccatas in agros ac prata conuertit: ex quibus CC. menſuras Canonicis Antuerpienſibus Philippus IV. Rex Catholicus dedit.

FRATRES & ſorores de Thorne.] Canonicos & Canonicas Thorenſes intellige. Eſt enim eo in loco duplex collegium, ab Hilſunde fundatum.

IOANNES] Abbas S. Pantaleonis in vrbe Colonienſi.

CAPVT LXXIV.

Sigifridus Comes Lutzelburgenſis, eiuſq; vxor Hadevvicha, donant varias poſſeſsiones cœnobio S. Maximini Treuerenſis, anno 993.

EGO SIGIFRIDVS Comes, cum coniuge mea HADEWICH, ob remedium animarum noſtrarum, liberorumque noſtrorum, ſuperſtitum videlicet ſeu defunctorum, tradimus domino ſanctoque Maximino, qui in ſuburbio Treuirorum requieſcit, & cœnobitis Deo prædictoque confeſſori ſub regula S. Benedicti militantibus, quibus venerabilis Folcmarus Abbas præeſſe videtur, in valle Alſuntienſi, in villa *Mariſch.* in Comitatu Ardennenſi, regimini filij noſtri HENRICI Comitis ſubiacenti, vnum videlicet manſum Neuelungi, & eius coniugis Rozelæ, ſucceſſorumque ſuorum, altari S. Clementis, in eodem monaſterio poſito, vbi corpora noſtra diem extremi examinis expectabunt, Deo propitio. Acta eſt hæc traditio publicè Treueris, in monaſterio S. maximini, coram Hilderado, eiuſdem monaſterij Aduocato, aſtante venerabili Abbate Volcmaro, cum omni eiuſdem loci congregatione, me Sigifrido Comite, & coniuge mea Hadevvich tradente, ſub fideiuſſoribus, quos vulgò Saliburgiones vocamus, alio Hilderado & Thiezelino, coram teſtibus Gozberto, Tancrado, Tietfrido, Dudone, Iſenuardo, VValerammo, VVilerico, Immone, Bertrammo,
993. & multis aliis, anno Dominicæ incarnationis D. CCCC. XCIII. regno Ottonis tertij X. Indictione VI.

CAPVT

CAPVT LXXV.

Fretebaldus vir nobilis omnem sui iuris hereditatem, in Comitatu Teisterbandiæ sitam, dat Vltraiectino Canonicorum S. Martini collegio cathedrali, an. 993.

DEsideramus, notum esse cunctis fidelibus, quòd quidã miles, nobili parentum prosapia progenitus, nomine Frethebaldus, amore Dei salubriter instigatus, omnem sui iuris hereditatem, quam habuit infrà Comitatum Testerbant nuncupatum, cum omnibus ad ea pertinentibus (exceptis tribus mansis, & mancipiis in eis manentibus, quæ viginti erant sui curtilis mancipata seruituti) pro animæ suæ suorumque parentum remedio, tradidit & donauit S. Martino, suo spirituali patrono, ad stipendialem videlicet vsum fratribus in Traiecto commorantibus, anno Dominicę incarnationis nongentesimo nonagesimo tertio, Indictione decima, anno verò tertij Othonis regnantis decimo tertio, Imperij autem eius primo, XII. Kalendas Octobris, in quinta feria. Actum est in Traiecto, in præsentia domini piæ recordationis Ansfridi Prę̃sulis, sui præsulatus anno secundo, coram testibus quàm pluribus, quorum quorumdam hîc subnotantur nomina. 993.

Vlfhere, Godefrit, VViric, item Godefrit, Erolf,
Bouo, Ribrac, Himezo, Lanzo, Anfrit,
Gerbolt, Hildebold, Adalhard, Acto, Poppo,
Item Poppo, & cum his multò plures.

Mox post hæc subsequenti die, vt firmius & stabilius esset, infrà terminum prædicti Comitatus, in villa quoque *Thiele* nuncupata, eisdem prænominatis testibus & aliis nonnullis adstantibus, sine alicuius retractatione, cum ramo & cespite, iure rituque populari idem sancitũ est, rationabiliterque firmatum.

CAPVT

CAPVT LXXVI.

Ansfridus, ex Louanienſi & Huienſi Comite Epiſcopus Vltraiectenſis an. 994. creatus, eidem eccleſiæ dat VVeſterlo, Meirbeke & alias villas in Comitatu ſeu pago Rienſi ſitas.

DEſideramus notum eſſe cunctis fidelibus, quòd ego ANSFRIDVS, Dei ſolummodò gratia ſanctę Traiectenſis eccleſiæ Præſul indignus, quandam mei iuris hereditatem, quam antea poteſtatiuè poſſederam, infrà Comitatum *Rien* nuncupatum, quorum locorum hæc ſunt nomina, VVeſterlo, Oelo, Bolo, Merbeke, Honbeke, Durente, pro me & meorum parentũ remedio, cum omnibus ad hæc pertinentibus eccleſiis, ædificiis, agris, mancipiis, paſcuis, pratis, cultis & incultis, ſiluis, aquis aquarumue decurſibus, trado ad eccleſiam S. Mariæ ſemper virginis, ſanctíque Martini in Traiecto, ad reſtaurandum ibidem Dei ſeruitium. Et vt veriùs credatur firmiuſque obſeruetur, ſigilli noſtri impreſſione propria manu deſignauimus.

Lant van Ryen.

NOTATIONES.

ANSFRIDVS,] ſuprà à nobis non vno loco laudatus, in Monte ſancto, primo lapide ab Amersfurto ditionis Vltraiectinæ opido, an. 1006. cœnobium Benedictinis monachis ædificauit, quod an. 1050. in vrbem Vltraiectinam tranſlatum, S. Pauli nomine innotuit. Obiit autem an. 1009. in eodem illo ſuo monaſterio conditus.

VVESTERLOAM,] vicum Campanię Brabantinæ, haut procul ab Herentalia opido ſitum, Marchionatus titulo an. 1626. à Philippo IV. Hiſp. Rege nobilitatum, & alias villas pagi Rienſis ſuprà nominatas, olim VVeſemalia, nunc Merodia familia poſſidet, ſub annuo cenſu eccleſiæ Vltraiectinæ ſolui ſolito.

CAPVT

CAPVT LXXVII.

Otho III. Imp. petente Sigifrido Comite Lutzeburgensi, prædia monasterij VVillibrordiani in Epternaco confirmat, anno 993.

OTTO, diuina fauente clementia, Rex. Omnibus nostris fidelibus pateat, quemadmodũ nos ob petitionẽ fidelis nostri SIGIFRIDI Comitis, & pro remedio animarum parentum meorum, aui nostri Ottonis, & eius æquiuoci genitoris nostri, Imperatorum augustorum, & genitricis nostræ THEOPHANIÆ, atque pro nostra salute, omnes ecclesias pertinentes ad ecclesiam S. VVILLIBRORDI, in loco *Epternacum* vocato constructam, siue per regiam donationem in beneficium concessas, seu per astutam prauorum hominum direptionem pro beneficiis hactenus habitas, hoc nouo nostræ auctoritatis regiæ donatiuo, in ius eiusdem ecclesiæ & monachorum, Deo sanctoque VVillibrordo seruientium in eodem loco, reddimus, & ad integrum sub potestate *Rauangeri* Abbatis, qui modò eidem ecclesiæ præsidet, successorumque illius, & monachorum præsentium ac futurorum, perpetualiter tenendas, hac nostra regali præceptione, cum omnibus appenditiis, confirmamus: ea videlicet ratione, vt nullus dehinc Comes, vel alia quælibet persona, easdem ecclesias aliquomodo vsurpare præsumat, sine licentia Abbatis, si regiæ gratię velit particeps existere.

Signum domini OTTONIS glorioſissimi Regis.

Hildebaldus Episcopus & Cancellarius, vice VVilligisi Archiepiscopi, recognoui. Datum Idibus Maij, anno D.CCCC.XCIII. Indictione VI. anno autem tertij Ottonis regnantis decimo. Datum Metis. 993.

Idem Otho III. *an.* 997. *dotat Canonicorum S. Ioannis in Mosæ fl. insula collegium, à Notgero Leodicensi Episcopo recens fundatum.*

OTTO Romanorum Imperator augustus, notum fieri volo omnibus, qualiter consultu & iusta petitione domini SILVESTRI Papæ, primùm quidem familiam in *Marsna* & in *Caselli*, nec non *Hittinchusen*, cum omnibus familiis & prædiis, fideli nostro NOTKERO Leodiensiũ Episcopo, in recompensatione seruitij auo, patriq́ue meo, & mihi exhibiti, & deuotionis quam in eo præ omnibus promptam, ad exequendam voluntatem meam & iustitiam, semper repperi..... ea scilicet ratione, vt fratres in monasterio S. IOANNIS in insula, ab eo ante ciuitatem nouiter constructo, reditibus eiusdem loci in perpetuum, sicut propriis, vtantur.

Hildibaldus Episcopus & Cancellarius, vice VVilligisi Archiepiscopi, recognoui. Datum v. Idus Aprilis, anno Dominicæ incarna-
997. tionis nongentesimo nonagesimo septimo, Indictione decima, anno tertij Ottonis regnantis decimo quarto, Imperij primo. Actum Aquisgrani palatio.

Idem Otho III. *benefacit Epternacensi monasterio S. VVillibrordi, petente Sigifrido Comite Lutzeburgensi, illius monasterij Aduocato, an.* 997.

OTTO diuina fauente clementia Romanorum Imperator augustus, notum omnibus fidelibus nostris fieri volumus, qualiter postulationẽ Abbatis *Rauangeri* de monasterio S. Clementis VVillibrordi, quod situm est Epternaci, annuentes, suæ eiusdem loci congregationi, præsentibus posterisq́ue monachis concessimus locum habitationis integrum, scilicet curtile apud sedem Aquisgrani palatij nostri in loco qui dicitur *Guddinga*, vt ipsi cœnobitæ Epternacenses, Deo sanctoq́ue Clementi VVillibrordo seruientes, habeant & possideant. Concessimus etiam eisdem fratribus quoddam prædiolum, olim ab eis per vim abstractum,

ſtractum, in pago Ribuarienſi, quod dicitur *Bergh*, & in alio loco notiſſimo, qui vocatur *Phidrigha*.

Petiit etiam nos Comes SIGIFRIDVS, ſupradicti monaſterij Aduocatus, ſibi licuiſſe, locum quemdam nominatum *Munderchinga* in pago VVauarienſi, de accepto beneficio regalis donationis monachis eiſdem aſcribendo ſubiici. Quod vt perageret, Imperiali auctoritate fieri decreuimus.

Hildebaldus Epiſcopus & Cancellarius, ad vicem VVilligiſi Archicancellarij, recognoui. Data 11. Idus Octobris, anno D. CCCC. XCVII. Indictione XI. anno Ottonis regnantis XIV. Imperij II. Actum Aquiſgrani palatio. 997.

Idem Otho III. *Vltraiectinæ S. Martini eccleſiæ cathedrali an.* 999. *dat diſtrictum villæ Bomele; ſupplicante Ansfrido eiuſdem vrbis Epiſcopo.*

Otho, ſuperna fauente clementia, Romanorum Imperator auguſtus. Omnibus noſtris fidelibus notum ſit, qualiter nos interuentu ANSFRIDI Traiectenſis Epiſcopi, & Franconis Præſulis, eccleſiæ in honore S. Martini confeſſoris conſtructæ dedimus omne diſtentum ſuper villam Bomele, & ſuper cuncta, quæ ad eamdem villam pertinent. Teloneum verò, monetam, & negotium generale fermentatæ cereuiſiæ, & quod vulgò *Grunt* nuncupatur, quidquid in dicta villa ad publicum bannum ſiue diſtrictum pertinere viſum eſt, in Comitatu Hinirongi Comitis, in pago Teſterbantia ſitum, atque eumdem diſtrictum, cum moneta, banno & teloneo, prælibato cœnobio S. Martini tradidimus. Inſuper donauimus quidquid Poppo, filius VVedigeri, habuit in miniſterium in eodem Comitatu; tali ordine vt præfatus Ansfridus Præſul, ſuiſque ſucceſſores, eaſdem res per noſtram confirmationem traditas teneant.

Heribertus Cancellarius, vice VVillegiſi Archiepiſcopi, recognoui. Datum 11. Idus Aprilis, anno Dominicæ incarnationis nongenteſimo nonageſimo nono, Indictione duodecima, anno tertij Othonis regnantis XVI. imperantis III. Actum in Romano palatio. 999.

Idem Otho III. *Herluino Cameracensi Episcopo concedit mercatum, itemq; ius cudendæ moneta in Castello Cameracesij, an.* 1001.

OTTO Romanorum Imperator augustus. Agnoscat multitudo omnium fidelium nostrorum, quòd nos HERLVINO Episcopo, ob interuentum Leonis Episcopi & cererorum, dedimus ius, fas atque licentiam faciendi, statuendi atque constituendi mercatum cum moneta, teloneo, banno & totius publicæ rei ministeriis, in quadam proprietate sanctæ Cameracensis ecclesiæ, in loco qui vocatur Castellum S. Mariæ, quod vocabatur anteà Vendelgeias, quod situm est in pago Cameracensi ac Comitatu Arnulphi Comitis. Atque prædictum mercatum, monetam, teloneum, bannum, cum tota publica functione, in proprium concedimus sanctæ Cameracensi ecclesiæ, tali tenore vt nullus Dux, Marchio siue Comes, seu aliquis homo vllam potestatem habeat super memoratum mercatum, nisi cum licentia Herluini Episcopi, suorumque successorum.... Data XI. Kal. Maij, anno Dominicæ incarnationis millesimo primo, Indictione XIV. 1001.

Chasteau en Cambresy.

CAPVT LXXVIII.

S. Henricus Rex Germaniæ, pòst Imperator, benefacit Thornensi seu Thorensi virginum nobilium Canonicarum collegio ad Mosam, petente Notgero Leodicensi Episcopo, an. 1007.

HEnricus diuina fauente clementia Rex, notum esse volumus omnibus nostris fidelibus, quòd per intercessionem venerabilis viri Notgeri, Tungrensis seu Leodicensis Episcopi, THORNENSI monasterio, eiusdem Episcopi episcopatui subiecto, mercatū eiusdem loci, teloneum & districtum concessimus. Insuper ecclesias de Britte & Chamaritte & Auesate, quasque idem Episcopus, in amplificationē ecclesiasticæ facultatis, eidem monasterio concessit, per interuentum eiusdem

pag. 88.

eiusdem venerabilis Episcopi, ad pertinentiam dicti monasterij, auctoritate nostri consensus assignauimus.

Heribertus Cancellarius, vice VVilligisi Archicapellani, recognoui. Data II. Nonas Iunij, Indictione V. anno Dominicæ incarnationis millesimo septimo, anno verò domini Henrici II. regni quinto. 1007.
Actum Moguntiæ.

Idem S. Henricus Erluino Episcopo Cameracensi, eiusq; successoribus, donat Comitatum Cameracensem, an. 1007.

Heinricus diuina clementia fauente Rex, omnibus fidelibus notum fieri volumus, qualiter nos tam animæ nostræ consultu, quàm venerabilis Heriberti Archiepiscopi Colonienſis interuentu, Chameracensi ecclesiæ, in honore S. Mariæ constructæ, Comitatum Chameracensem, hac nostræ auctoritatis præceptali pagina, in proprium donauimus: præcipientes vt prælibatæ sedis ERALWINVS Episcopus, suiq́ue successores, liberam deinc habeant potestatem, eumdem Comitatum in vsum ecclesię suprà dictę tenendi, Comitem eligendi, bannos habendi, seu quidquid sibi libeat, modis omnibus inde faciendi.

Signum domni Heinrici Regis inuictissimi.

Eberhardus Cancellarius, vice VVillegisi Archicapellani, recognouit. Data XI. Kalendas Nouembris, Indictione V. anno M. VII. 1007.
anno domni Heinrici secundi regni VI. Actum Aquisgranensi palatio.

NOTATIONES.

ERALVVINVS] aliàs Erluinus, seu Herluinus Episcopus Cameracensis & Atrebatensis an. 1012. decessit; & successit Gerardus eo nomine primus. Cererùm an Episcopo, an verò ecclesię Cameracensi datus fuerit Comitatus Cameracensis, Nicolaus Euerardus, Præses Mechlinienſis, in suis Consiliis disputat. Cameracensis porrò Antistes istis hodie titulis vtitur: N. Archiepiscopus & Dux Cameracensis, S. R. I. Princeps, Comes Cameracesij.

COMITEM eligendi] Lector curiosus notet, olim Lotharingiæ superioris & inferioris, adeoque Belgicæ nostrę Episcopos habuisse ius eligendi & constituendi Comites in suis ciuitatibus, qui ius gladij exercerent. Hinc Comites Cameracenses, Atrebatenses, Treuerenses, Metenses, Virdunenses, Tullenses, & alij qui passim in medij æui hi-
Greue. storiis occurrunt. Coloniæ Agrippinæ etiamnum Comes ab Archiepiscopo constitui solet, qui ius gladij exercet. Insolescentibus posteà Comitibus (vt de Cameracensibus Baldericus in Chronico testatur) Episcopi plerique Comitatuam dignitatē ac titulum ad se traxerunt. Hinc Tullenses, Virdunenses & alij Episcopi hodieque Comites nuncupantur.

CAPVT LXXIX.

Idem S. Henricus Baldrico Episcopo Leodicensi, & Baldrico Comiti an. 1008. *dat bannum bestiarum in siluis, quas possidebant.*

HEnricus, diuina fauente clementia Rex. Notum sit omnibus nostris fidelibus, qualiter nos interuentu atque petitione Heriberti Colonicnsis Archiepiscopi, bannum nostrum bestiarū Baldrico sanctæ Leodicensis ecclesię Præsuli, nec non Baldrico Comiti, super eorum proprias siluas, quæ sunt inter illa duo flumina, quæ ambo Nithe vocantur, & tertium quod Thila nominatur, sita, & quæ pertinent ad illas villas Heiste & Heisten, ac Badfride, nec non Maclines, nominatas, quod tamen totum *VVauervvald* appellatur, in Comitatu verò Gozilonis Comitis qui ANTVVERF dicitur situm, per hanc nostram præceptalem paginam, concedimus atque largimur, & de nostro iure in eorum ius ac dominium transfundimus: ea videlicet ratione, vt prę-scripti Baldrici de prenominato banno, eiusque vtilitate dehinc liberam habeant, quidquid sibi placuerit, potestatem faciendi.

Eberhardus Cancellarius, vice VVilligisi Archicapellani, recognouit. Datum pridie Idus Septembris, Indictione sexta, anno Domini-
1008. cæ incarnationis millesimo octauo, anno verò domini Henrici secundi regnantis septimo. Actum Treueris.

NOTA-

NOTATIONES.

HERIBERTVS Colonienſis Archiepiſcopus] Diuis adſcriptus, an. 1021. die VI. Martij ad meliorem vitã tranſiit, ex oppoſito vrbis Colonienſis in monaſterio Tuitienſi, à ſe condito, ſepultus. Vitæ eius hiſtoriam ſcripſit Rupertus Abbas Tuitienſis, à Surio editam.

BALDRICVS] Leodicenſis Epiſcopus, fundator Abbatiæ S. Iacobi in vrbe Leodicenſi, anno 1017. viuere deſiit, & ſucceſſorem habuit VVolbodonem.

BALDRICVS Comes] Leodicenſis, vt ſuſpicor.

AMBO Nithe] Duo hic flumina notantur, quæ Nithe ſeu Nethe nomem hodieque gerunt in Campania Brabantina, & in opido Lirano confluunt, videlicet Netha maior & Netha minor.

THILA] ſeu Thilia, *Thy* Gallis, Dilia, *Dyle* Teutonibus, flumen prope Genapiam in Gallo-Brabantia ortum, Villarienſe ord. Ciſtertienſis monaſterium alluit; exinde Fura riuo Louanij auctum, in Demeram ac denique in Scaldim influit.

HEISTE] municipium agri Rienſis hodieque notum, *Heiſt op den bergh.*

ANTVVERF] in Comitatu Gozilonis Comitis. Notet hîc lector Comitatum ſeu Marcam Antuerpienſem.

CAPVT LXXX.

Idem S. Henricus Imp. poſſeſſiones Abbatiæ S. Giſleni in Hannonia an. 1018. confirmat; Gerardo I. Cameracenſi Epiſcopo, & Raginero IV. Hannoniæ Comite, poſtulantibus.

HEnricus, diuina fauente clementia, Romanorum Imperator auguſtus. Nouerit omnium fidelium noſtrorum vniuerſitas, qualiter nos pro remedio animæ noſtræ, ſenioriſque & nepotis noſtri, tertij videlicet Ottonis Imperatoris auguſti, qui ipſum venerabilem locum, in tuitionem ſuę Imperatoriæ auctoritatis ſuſcepit; interuentu etiam Rein-

Reinharij Comitis, ac petitione Gerardi Cameracensis ecclesiæ Præsulis, pauperi monasterio, in honore S. Petri Apostolorum principis constructo, vbi pretiosus confessor Christi Gislenus corporaliter iacere videtur, prædia à Christi fidelibus concessa vel adhuc concedenda, præcinctum etiam loci ipsius in giro, à flumine videlicet *Vvamy* vsque ad viam, vbi magna crux statuta est, & inde ad alterum fluuiolum qui *Aueton* appellatur, & vt ipsum præcinctum in circuitu loci totum cum districto & comitatu teneat, quò vsque ad flumen magnum Hagnam perueniat. In villa *Hornud*, quæ infrà præcinctum eumdem esse dignoscitur, quam largitione Dagoberti Regis beatus Gislenus perpetuò possidet, omni quarta feria mercatum esse, per hanc nostram imperialem paginam confirmamus; nec non etiam villæ Alemannis duas partes, quæ sita est in territorio Suessionico. Hanc Alemannis, ex donatione Clephantis eiusdem loci Abbatis, qui fuit propinquus Karoli Regis, ab antiquo possidet hereditario iure idem Sanctus. In Durno ecclesiam vnam, in Lisimonte ecclesiam vnam..... Hæc ergò omnia in nostram tuitionem accipimus, & præcipimus vt nullus Dux, Marchio, Comes, siue aliqua maior minorúe ludiciaria persona ipsum monasterium inquietare, aut aliquid de rebus sibi pertinentibus auferre præsumat.

Signum domini Henrici Romanorum Imperatoris augusti.

Guntherus Cancellarius, vice Ercanbaldi Archicapellani, recognoui. Data Indictione prima, anno Dominicæ incarnationis millesimo decimo octauo, anno domini Henrici II. regnantis XVI. Imperij autem V. Actum Nouiomago. 1018.

Idem S. Henricus Aquisgranense Canonicorum S. Adelberti collegium an. 1018. *fundat ac dotat.*

Quoniam indubitanter scimus in conspectu Dei placere, Sanctorum loca instituere & sublimare, pro remedio animæ nostræ, coniugisque nostræ dilectæ CVNEGVNDIS Imperatricis augustæ, nec non parentum nostrorum, tum etiam pro confirmando sub diuina protectione regni nostri statu, ecclesiam in honore S. Adelberti martyris & Episcopi, in monte contermino sedi nostræ Aquensi, à nobis fundatam, omni libertate donamus, eidemque ecclesiæ omnem possessionẽ, quæ

est

est infra murum, quæ dicitur *Bruell*, cum areis, ædificiis, agris, siluis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, seu cum omni vtilitate tradimus. Data anno incarnationis Domini millesimo decimo octa- 1018.
uo, Indictione prima, regni nostri decimo septimo, Imperij autē quinto. Actum Aquisgrani.

NOTATIO.

Henricus, re & cognomento Sanctus, an. 972. Abudiaci (qui vicus est & castrum supra Ratisponam millia passuum decem, ad ripam Danubij) natus est, patre Henrico Rixoso Bauariæ Duce, matre Gisala Conradi Burgundiæ Regis filia, auo Henrico Bauariæ itidem Duce, Othonis I. Imp. fratre: vt Hermannus Contractus illorum temporum scriptor, itemque Genealogiæ S. Arnulfi concinnator diserte tradunt. Quod hic notandum duxi contra Raderum in sua Bauaria sancta aliter sentientem. Henricus porrò, Othonis I. Imp. frater, duxit Iutam seu Iuditham, Arnoldi Mali Bauariæ Ducis filiam: ex qua natus Henricus Rixosus, qui ex Gisala iam nominata genuit S. Henricum, Brunonem Episcopum Augustanum, Gisalam S. Stephani Regis Hungariæ vxorem, & Brigittam Abbatissam.

Duces Bauariæ & Sueniæ seu Alemanniæ, ex stirpe Henrici Aucupis.

Ceterùm S. Henricus pueritiæ suę formatores habuit, Bernardum Hildesheimensem, Burchardũ Herbipolensem, & VVolfgangum Ratisponensem, Episcopos. Othone III. Imp. defuncto, Rex Germanię est salutatus, & an. 1002. VIII. Idus Iunij sacro oleo ab Heriberto Archiepiscopo Moguntiæ est vnctus: vt Adelboldus Episcopus Vltraiectinus, vitæ eiusdem scriptor tradit. Augustus Romæ festâ ceremoniâ an. 1014. acclamatus, & à Benedicto VIII. Papa coronatus, Troiam Græcorum coloniam, quarto obsidionis mense à se expugnatam, funditus euertit, totamque Apuliam in ditionem Imperij recepit. Babenber-

bergæ Episcopalem sedem à fundamentis excitauit, omniq́ue suo patrimonio, quod ab Othone III. Imp. acceperat, impertito locupletauit. Idem & alios Episcopatus, per barbarorum incursiones grauissimè afflictos, instaurauit: inter quos fuerunt Martiburgianus & Hildesheimensis in Saxonia, Misnensis apud Eudosios in Misnia, Argentinensis in Alsatia, & Magdeburgensis in Marchia. In Italia cœnobium Beneuentanum condidit, & multa regiæ munificentiæ erga S. Petrum Romę, & erga S. Benedictum in Casino monte documenta reliquit, quorum syllabum Leo Ostiensis texuit. Vixit annos LII. & anno salutis 1024. viuere desiit, conditus Babenbergæ, & ab Eugenio III. in catalogo Sanctorum an. 1152. collocatus.

S. CVNEGVNDIS, Sifridi seu Sigifridi Comitis Lutziliburgensis (quod hactenus paucis notum fuit) filia, in consortem regni vt coniux à S. Henrico admissa, mox de tuenda virginitate, vsuq́ue tori abstinendo, ad exemplum Virginis-Matris cum Iosepho, & Pulcheriæ Augustæ cum Marciano, in omnem vitam conuenit. Post obitum mariti, vitta sacra loco coronæ sumpta, solenni ceremonia, sese rebus humanis omnibus abdicauit, & in cœnobio virginum Benedictinarum, Bambergæ à se constructo, totam se Deo mancipauit, ac demùm an. 1040. sanctissimè in Domino obdormiuit. Stemma porrò S. Cunegundis, ex fide Hermanni Contracti, aliorumq́ue veterum scriptorum ac diplomatum à me concinnatum, hîc libet attexere. pag. 109.

Ceterùm an vnus, an duo ex ordine fuerint Sigifridi Comites Lutzeburgenses, non ausim certò adfirmare. Vide suprà pag. 109. & 137.

Ex Gerberti ad Theophaniam epistola collegi videtur, Sigifridum Comitem Lutzeburgensem fuisse patruum Godefridi Captiui Comitis Virdunensis, suprà pag. 125. laudati.



CAPVT LXXXI.

Inter ecclesiam cathedralem Bellouacensem & Abbatiam S. Vedasti Atrebatensem societas fraterna an. 1023. *statuitur, & firmatur diplomate VVarini Bellouacensis Episcopi.*

RObertus Rex Franciæ proceres suos certa de caussa in palatio Compendij conduxerat, quòd ad eum Romanorum Imperator Henricus Gerardum Cameraci Episcopum, & Richardum Virdunensem Abbatem, legationis gratia, miserat. Aderat ergò Comes Flandriæ Balduinus Honestæ Barbæ, & cum eo venerabilis Leduinus Abbas cœnobij B. Vedasti: vbi etiam ego VVARINVS, Beluacensis sedis Episcopus, meo bono omine, interfui, cùm ibidem tanti viri notitiam, & sacrę

& sacræ societatis præsidium parauerim meę indignitati. Communicato enim cum sancto viro sermone, nihil ab eo visum est optabilius expoſcere, quàm ſuam ſocietatem, & ſanctæ eccleſiæ ſibi commiſſæ: quam ipſe mihi & omnibus de eccleſia B. Petri filiis, epiſcopalis ſcilicet ſedis, conceſſit, ſuppliciterque, vt & ipſe meam & eccleſiæ noſtræ ſocietatem & beneficium mereretur, expetiit. Sic vnita alternatim eccleſiarum fraterna ſocietate, viſum eſt mihi hanc ſanctæ ſocietatis pactionem confirmare memoriali caritatis pignore. Ipſa eccleſia ſcilicet S. Vedaſti in Epiſcopio noſtro villam *Angicort* habere noſcitur, noſque altare eccleſiæ ipſius villæ poſſidemus. Ipſius ergò altaris tertiam partem eccleſiæ prædicti Sancti contribuimus; vtque ex reditu tertiæ illius partis vinum ad celebrandas Miſſas eidem eccleſiæ adminiſtraretur, conſtituimus.

Signum Roberti Francorum Regis. S. Henrici filij eius.
S. Balduini Comitis Flandriæ, Honeſtæ Barbæ.
S. Richardi Norm. Comitis, & Roberti fratris eius, Archiepiſcopi *Rotom.*
S. Rodulphi Comitis. S. Drogonis. S. Rogerij. S. Heilonis. *De Creſpy.*
S. Herlandi.
S. Burchardi, filij Burchardi de Monte Morenciaco.
S. Fulconis Ambianenſium Epiſcopi.
S. Gerardi Cameracenſis Præſulis, & Richardi Virdunenſis Abbatis, qui ibi cauſſa legationis aderant.
S. Leduini Abbatis S. Vedaſti. S. Huberti Abbatis S. Luciani.
S. V Valteri Cameracenſis. S. Burchardi Comitis.
S. Auberti Credulenſis, & V Villelmi fratris eius. *Creil.*
S. Balduini de Claromonte.

Ego Balduinus Cancellarius perlegendo ſubſcripſi. Acta ſunt hæc Compendio palatio, menſe Maio, prima die menſis, Indictione IV. regnante ſereniſſimo Rege Francorum Roberto, anno imperij ſui XXIX. 1023.

CAPVT LXXXII.

Othelboldus monasterij S. Bauonis Gandensis Abbas, epistola ad Otgiuam Flaudriæ Comitissam, Balduini Barbati coniugem, circa an. 1030. scripta, recenset Sanctos in illo monasterio tunc quiescentes.

DOminæ nostræ serenissimæ OTGIVÆ Comitissæ Othelboldus gratia Dei Abbas, ceteriquè Gandensis cœnobij fratres, debita seruitutis & orationis obsequia. Præcepit nobis excellentissima pietas vestra, vt nomina SANCTORVM, quorum corpora apud nos coluntur, scriberemus. Obtemperantes iussionibus, paucis annotauimus & deduximus vobis ea, vt memoria eorum iugiter vobiscum esset in præsenti, & vt partem cum eis mereamini habere in futuro. Nomina autem eorum hæc sunt.

Primus & præcipuus patriæ nostræ patronus S. Alowinus, cognomento BAVO, nobilissimus atque ditissimus Hasbanensis pagi Comes, beatissimæ Gertrudis virginis consobrinus, prædicatione beati Amandi Pontificis, imò Dei omnipotentis inspiratione, tota mentis deuotione conuersus, relinquens cognationem & patriam, Christum ipsumque consulem Gandauum secutus, dum studuit relinquere terrena, meruit obtinere cœlestia. Sed hæc pleniùs liber vitæ eius refert.

Secundus S. LANDOALDVS, Romæ Præsul ordinatus, & à prædicto Pontifice Amando accitus, vt gregem Domini fidelium sancta secum prædicatione in Gallia amplificaret, postquã multam ad Dominum plebem conuertisset, Traiectensem per nouem annos rexit Pontificatum, S. Lambertum ab annis puerilibus studiis cœlestibus informans: postq; multorum bonorũ operum insignia, in eodem est episcopio tumulatus.

Tertius beatus AMANTIVS, ipsius Præsulis S. Landoaldi Archidiaconus, cum ipso in eadem theca repositus. Quartus ADRIANVS martyr, ipsius ad Regem Hildericum internuntius, & in ipsa legatione à latrone interemptus, simul cum eo est tumulatus. Quinta S. VINCIANA virgo, soror eiusdem S. Landoaldi. Sexta beata LANDRADA, Belisiæ

lisiæ Abbatissa, quæ beatam docuit Amelbergam. Hi cum beato Landoaldo de Roma pariter venientes, & ipsius vbique laboris & prædicationis consortes, cum ipso sunt simul tumulati, & Deo propitio ad nos vsque perlati. Sed hæc omnia liber de gestis eorum conscriptus manifestiùs testatur.

Septima PHARAILDIS virgo, apud nos antiquitus reposita. Octauus S. LIVINVS Episcopus, de Scotia caussa orationis veniens, & apud villam quamdam S. Bauonis hereditariam à viris malignis interfectus, palmam est martyrij à Christo adeptus.

Nonus beatæ memoriæ MACARIVS, Antiochenæ sedis, vt ipse testabatur, Archiepiscopus, vt ipsi vidimus, sapientia & morum honestate præclarus: quem Dominus, post multa peregrinationis incommoda, nobis est transmittere dignatus, atque præsentis vitæ molestia exutum, & æterna gloria sublimatum crebris miraculorum signis mirificè decorauit. *Obijt* 1012.

CAPVT LXXXIII.

Gerardus vir nobilis, Adalberti filius, an. 1033. dotat Diuionense S. Benigni monasterium, quod est Benedictinorum, in Ducatu Burgundiæ.

EGo Gerardus, cum diuina opitulante gratiâ mundanæ dignitatis multis fulcirer opibus, contuli Diuionensi cœnobio glorioſissimi martyris Benigni præsentia nobilitato, religionísque monasticæ statu famoſissimo hortatu Halinardi Abbatis, quoddã iuris mei prædium, à prædecessoribus meis hereditaria mihi lege dimissum: de quo quidem voluntas antecessorum meorum fuerat, vt ad præfatum deueniret locum; sed ad nostra vsque tempora remansit imperfectum. Perpendens ergò à Deo mihi reseruatũ huius beneficentiæ fructum, obtuli Deo sanctoque martyri Benigno, pro peccatorum meorum abſolutione, proque patris mei Adalberti & auunculi mei Gerardi animarum salute, iam memoratum prædium, villam scilicet Vulferei curtis, quæ sita est in Comitatu Solecensi supra flumen quòd dicitur Mosuna, cum omnibus suis appendiciis: nihil mei reseruans ex omnibus præter

Aduo-

Aduocati tutelam, quam retinui propter animæ meæ salutem, scilicet vt in rebus à me collatis prædictus locus semper haberet ex meis heredibus tutorem ac defensorem. Cuius tutelæ functionē cuidam nostro fideli, Gerardo nomine, commendaui.

Signum Gerardi qui fecit. S. Gunteri.

S. Oderici militis eius. S. Arnulfi fratris eius.

S. Theoderici Comitis. S. Bosonis.....

Actum monasterio Romarici, publicè die Sabbati, 11. Kalendas
1033. Iulij, anno millesimo tricesimo tertio, anno autem regni Chunradi Imperatoris... anno quoque regni filij eius... Indictione I. Epacta XVI.

CAPVT LXXXIV.

Gerardus I. Cameracensis Episcopus Abbatiam S. Andreæ, monachorum Benedictinorum, in Castello Cameracesij fundat ac dotat, Conrado Salico Imp. probante, an. 1033.

CONradus, diuina fauente gratia, Romanorum Imp. augustus. Innotescimus omnibus Christi fidelibus & nostris, quia GERARDVS Antistes, noster fidelis, quandam Abbatiam in honore B. Andreę Apostoli construxit, sitam in suburbio quod Perona dicitur, ante castrum quod S. Mariæ nuncupatum iampridem prædecessor eius Erluinus Episcopus, fauente tertio Othone Imperatore, exstruxerat, in munimentum contra omnes incursus malignorum: in quo ipse Episcopus Gerardus B. *Sarij* confessoris, & S. *Maxellendis* virginis sacra deposuit somata: quæ virgo scilicet, propter inextorquibilem sui cœlibatus pudicitiam, ibi propè capitis sectione martyrij consecuta est palmam. Quam profecto Abbatiam idcirco ibi esse prælegit, vt quia prędecessor suus hinc munierat Cameracense Episcopium per humanæ tuitionis castrum, ipse insuper diuinum procuraret præsidium per orationes monachorum, Deo ibidem iugiter famulantium.

Dedit autem ipsi Abbatiæ, quantum est monasterium, teloneo medium in ipso municipio, in annali verò mercato totum concessit teloneum: ecclesiam de Vendelgeias, quæ in suburbio est, ecclesiam de Ferrarias,

Ferrarias, & partem terræ, quam ibi S. Maria videbatur habere, eccleſiam de Orceto, prędium quod dicitur de Monchin, & ad Briaſtum cum molendinis & cambis, & reliquis appendiciis ſuis, quæ ex magna parte ipſe Epiſcopus emit, eccleſiam de Florinis pro quibuſdam partibus, quas in concambium reddidit ei apud Corbreium in Comitatu Lommenſi, & apud Villare in Darnoenſi alodium quod acquiſiuit Epiſcopus vocatum ad Fontanas, cum eccleſia & reliquis appendiciis, eccleſiam de Lineias, in ſuburbio Cameracenſi eccleſiam S. Martini, & cambam iuxtà, & molendinum vnum, in Atrebato manſionalia tria, eccleſiam de Fornis cum appendiciis, in Brabanto apud Ham quod S. Maria ibi priùs habebat, & partē quam VVidericus & Ioannes frater eius Epiſcopo tradiderunt, quod concambiauit de alodio quod Arnulfus ei aliàs dederat.

Ergò per hoc noſtræ auctoritatis præceptum iubemus, ne quis vlteriùs vlla calumnia offendere præſumat. Abbatiam quoque S. Humberti in MARICOLIS, quam idem Epiſcopus, expulſis inde inreligioſis Canonicis, in priorem monachorum ordinem reformauit, præcipimus dein inlibatam perſeueratum iri. *Maroilles.*

Signum domini Conradi Romanorum Imp. auguſti.

Burchardus Cancellarius recognouit. Datum Indictione 11. anno Dominicæ incarnationis M. XXXIII. anno domini Conradi regni XI. Imperij autem VI. 1033.

Gerardi I. *Comeracenſis Epiſcopi diploma an.* 1046. *ſcriptum.*

Ego Gerardus Cameracenſium Epiſcopus, cogitans de animæ meę & ſucceſſorum remedio, vnum cœnobium apud Nouũ caſtrum S. Marię, in honore S. Andreę, nec non Philippi & Iacobi, & ſanctæ martyris ac virginis Dei Maxellendis conſtruxi. Hunc ſiquidē locum alodiis, eccleſiis, aliiſque poſſeſſionibus dotaui, monachoſque, qui ibi Deo deſeruirent, ſubſtitui. Rerum autem, quas huic monaſterio contuli poſſidendas, iſta ſunt nomina: eccleſia de Vendelgeias, quam cōmutaui cum fratribus S. Mariæ pro alodio de Fontanis, quod acquiſiui à Richilde; eccleſia de S. Benigno, eccleſia de Ferrarias, eccleſia de Iuſſeio, eccleſia de Orceto, eccleſia S. Martini in ſuburbio Cameracenſi,

censi, & molendinus vnus. De ipso Nouo castro medietas telonei & molendinus vnus, terra in suburbio eiusdem castri cum districtu, ecclesia de Furnis, & tres mansi apud Atrebatum, ecclesia de Lineio, cuius medietatem Rothardus, de cuius beneficio ipsa ecclesia erat, in vita sua mihi reddidit, alteram autem medietatem ab Aluone filio eius, quem culpa sua iustè, secundùm iudiciariam legem, proscripserat, recepi. In Laudunensi territorio Besneium, quod cambiaui cum sororibus S. Gertrudis de Niuella.... & pro quinque mansis de VVilteuua, & pro duobus mansis apud Andrelech, qui sunt in pago Bracbantensi. Fontanæ, quas à duobus fratribus acquisiui, Hugone & VVatelino, libris triginta, Briastrum & mansus quem acquisiui ab Hesmone & Fulcuino septuaginta libris.

Signum Lietberti Præpositi & Archidiaconi.
S. Adelini Archidiaconi. S. Gerardi Archidiaconi.
S. Guonis Archid. S. Ingelberti Archid. S. Fulbaldi Archid.
S. Franconis Decani. S. Ioannis Castellani.
S. Adonis militis. S. Vdonis militis. S. Oilbardi militis.
S. Ioannis militis. S. Ostonis militis.
S. Lilberti militis. S. VVedrici militis.
S. domni Gerardi Pontificis.

Actum Cameraci anno Dominicæ incarnationis millesimo quadra-
1046. gesimo sexto, Indictione XIV. regni verò Henrici Regis anno nono, præsulatus domni Gerardi tricesimo sexto. Fulcherus Archicapellanus recognouit.

Conradus II. *Salicus Imp. monasterium S. Gisleni an.* 1034. *in protectionem suscipit; Gisala uxore sua, Henrico filio suo, Piligrimo A. Colonienſi, & aliis petentibus.*

Chuonradus, diuina fauente clementia, Romanorum Imperator augustus. Nouerit omnium Dei fidelium nostrorumque vniuersitas, qualiter nos pro remedio animæ nostræ, nepotisque nostri tertij Ottonis, & Heinrici antecessoris nostri Imperatoris, qui illum locum in tuitionem suæ Imperatoriæ auctoritatis susceperunt, interuentu dilectæ coniugis nostræ GISALÆ Imperatricis augustæ, & nostræ prolis Heinrici

Heinrici Regis, Piligrimique Archiepiscopi Colonienſis, nec non & Gerhardi Cameracenſis Præſulis, atque Goſilonis Ducis, nec non Abbatis Poponis Stabulenſis, pauperi monaſterio, in honore S. Mariæ ſanctorumque Apoſtolorum Petri & Pauli conſtructo, vbi pretioſus confeſſor Chriſti Giſlenus corporaliter iacere videtur, prædia à Chriſti fidelibus conceſſa, vel adhuc concedenda per hanc noſtram imperialem paginam confirmamus.

Burcardus Cancellarius, vice Pardonis Archicapellani, recognoui. Data v. Nonas Maij, anno Dominicæ incarnationis milleſimo triceſimo quarto, Indictione II. anno autem domini Chuonradi ſecundi regnantis XII. Imperij verò VII. Actum Ratiſponæ. 1034.

CAPVT LXXXV.

Radulphus vir nobilis, eiuſq; vxor Giſla, Aicurienſe Canonicorum XII. collegium in Gallo-Brabantia an. 1036. fundant: quod inde poſtea Louanium ad S. Iacobi ædem an. 1456. eſt tranſlatum, iuxta decretum Nicolai V. Papæ pridem datum.

REinardus Leodienſium paſtor indignus: omnibus in Chriſto pax multiplicetur. Vir nobilis RADVLPHVS cum coniuge ſua GISLA, poſſeſſionibus huius ſæculi abundantes, ſed de fructu carnis ſuæ heredem nullum habentes, conſilium Euangelicum ſimul acceperunt, vt facerent ſibi amicos de rebus tranſitoriis, qui eos in æterna tabernacula recipiant, & ſeruos Chriſti, imò ipſum Chriſtum heredem ſuum deſignarent. Itaque conſtructa eccleſia in proprio territorio, in villa quæ vocatur *Auuncort*, omnes ſuas poſſeſſiones eidem contulerunt, ad vſum videlicet XII. Canonicorum. Quod cùm noſtro conſilio perfeciſſent, venerunt ad noſtram ciuitatem, & illic tradiderunt S. Marię & S. Lantberto medietatem eccleſiæ, & dimidiũ alodium, cum omnibus facultatibus ſuis, & *Brombau* quæ ſunt ſitæ in Comitatu Dungleberc, & *Holtam* quæ eſt in Comitatu Sceppes, & *VVolmereu* cum dimidia eccleſia, quæ iacet in Comitatu Brunengurt, & *Chierberge* cum integra eccleſia in Comitatu Anguers, & aliam integram eccleſiam de *Opprebau*. Horum omnium traditionem fecerunt ambo, Radulfus &

vxor sua Gisla, ad altare S. Lantberti, me ipso Rainaldo Episcopo præsente, cum pluribus nostris fidelibus, Canonicis & nobilibus laicis, quorum pręcipui isti fuerunt:

Rotfridus Archidiaconus, VVaizo Præpositus,
Nitzo Custos, Gerardus Archidiaconus, Comes Gilbertus,
Comes Henricus, quem super hoc fecimus Aduocatum,
Godefridus, VVolurardus, Gumbertus, Bernerus, Griboldus,
Gislanus, Fulcuinus, Algisus, Liezelius, Girardus,
Lanzo, Balduinus, Ioannes, Helfridus.

Actum in vrbe Letgia, pridie Kal. Decembris, anno Dominicæ in-
1036. carnationis millesimo tricesimo sexto, Indictione quarta, anno autem regni Chuonradi Imp. quarto decimo.

Balduinus Insulanus, Flandriæ Comes, an. 1038. *Hugonem Hauet, Albiniaci Dominum, constituit Aduocatum seu potiùs Subaduocatum ecclesiæ Marchianensis, & iura Aduocatiæ explicat.*

Ego BALDVINVS, Dei gratia Flandrensium Comes, ad notitiam tam futurorum quàm præsentium hîc annotari iussi, qualiter B. RICTRVDIS Martianensis Abbatiam, per quadringentos vel eo ampliùs annos, hoc est, à sui constitutione, semper fuisse ab omni reditu Aduocationis liberam, coram Baronibus meis cognouerim; annuens humili ALBRICI Abbatis, & fratrum ipsius ecclesiæ petitioni; suggerente etiam & concedente ADELA Comitissa, coniuge mea, filia Regis Roberti. Sed quoniam prævalente sæcularium nequitia, ad sui defensionem Aduocato indiget, vt sim ecclesię fidelis Aduocatus & defensor, supradictus Abbas mihi dedit duos molendinos, qui sunt in villa *Berbera*, & duos carrucatus terræ in villa Nigella. Ego autem molendinos illos, cum terra supradicta, per manum ipsius Abbatis dedi HVGONI Hauet de Albiniaco; eo tenore, vt in omnibus sit ecclesię Marchianensi promptus adiutor. Quod si neglexerit, me præsente coram Baronibus meis iudicauit, vt & successores eius, & ipse datum supradictum, atque Aduocationem, quam de me tenent, perdant. Et hæc sunt, quę in potestate ecclesię accipiet: de omni forifactura, vbi eccle-

sia

sua ope indigens eum in auxilio vocauerit, si per iustitiam eam aliquid acquisiuerit, ipse tertiam partem habebit. Quod si non fuerit vocatus, nihil omninò debebit habere. Maiores dabunt ei in Natiuitate duo sextaria vini, & duos capones: & ipse cibabit eos, & homines eorum pane, carne & vino. In Pascha dabuntur ei duo sextaria vini tantùm. Adiutorium tempore obsidionis vel hostilitatis generalis quattuor vel quinque hebdomadarum, accipiet in potestatibus, id est, de carruca duos solidos, de dimidia vnum, de operario diuite, non paupere, tres denarios.

Hoc placitum fecerunt quattuor milites Aduocati, Vdo, Vrsio, Garderus, Mambodo. Actum Atrebati curte publica, in capella S. Benedicti, anno Domini millesimo tricesimo octauo, Indictione VI. Epacta VII. anno quarto Balduini Comitis glorioli, Rege Francorum Henrico. 1038.

NOTATIONES.

BALDVINVS] cognomento Insulanus & Pius, tria Canonicorum collegia, Harlebecanum, Insulense & Ariense fundauit: vt Iacobus Guisius in mss. Hannoniæ Chronicis commemorat, & nos infrà suis locis docebimus. Vita decessit anno 1067. Insulis Flandrorum emporio, in D. Petri templo à se constructo, conditus. His titulis vti solebat: Balduinus Comes Flandriæ, Marchio, & Philippi Francorum Regis procurator ac baiulus. *Lille.*

ADELA] seu Adelaidis, Roberti Francorum Regis filia, Messinis seu Mecinis, altero lapide ab Ipris, sanctimonialium constituit cœnobium, & viro orbata deuotè limina Apostolorum visitans, ab Alexandro II. Papa vidualem suscepit habitum. Sicque reuersa, in monasterio suo Messinensi humillimè vixit, & plena pietatis operibus anno 1079. obiit, ibique sepulta est: vt Iperius in Chron. Bertinensi ms. loquitur. Cœpit autem anno 1060. Adela ædificare monasterium Messinense: vt ex illius loci monumentis accepi. Ibidem Canonicos XII. instituit ac dotauit, vt sanctimonialibus in sacris faciendis subseruirent: sed ob census iniuria temporum imminutos sunt ij. numero nunc pauciores.

Origo familiæ Capeticæ ex qua prodiit Adela.



BEATRIX, Hugonis Capeti Francorum Regis soror, an. 954. nupsit Frederico I. Lotharingiæ Mosellanæ Duci, & ex eo genuit Fredericum II. Ducem, & Adelam, matrem Fulconis & Valerami de Arlon. EMMA, Beatricis soror, fuit vxor Richardi I. Normanniæ Ducis.

Hugo Capetus Francorum Rex genuit Robertum Regem & Adeleidem Renaldo Comiti Antissiodorensi & Niuernensi nuptam, Guilielmi itidem Comitis matrem. Robertus Rex genuit Hugonem & Henricum Reges, Robertum Burgundiæ Ducem, & Adelam Balduini Insulani Flandriæ Comitis vxorem.

CAPVT

CAPVT LXXXVI.

Saſvvalo Caſtellanus Inſulenſis Falempinenſem Canonicorum regularium Abbatiam in diœceſi Tornacenſi fundat ac dotat, Hugone Epiſcopo approbante an. 1039.

SASWALO, vir timoratus, ad humilitatem paruitatis noſtræ venit, qui deputatus ſum indignus procurator Nouiomenſis & Tornacēſis eccleſiæ, poſtulans quatenus eius petitioni fauere, & Deo vota ipſius ſatagerem offerre. Idcirco notum fieri volumus tam præſentibus filiis eccleſiæ, quàm poſteritati futuræ, quòd eidem Saſvvaloni ego prædictarum immeritus eccleſiarum Paſtor, HVGO nomine, conſenſu clericorum & fidelium laicorum noſtrorum, conceſſimus collibentiam, cum corroboratione poteſtatis eccleſiaſticæ. Deprecatus eſt ſiquidem, vt altari libertatē concederemus, quod eſt in villa *Phalempin*, in Comitatu Carenbam, quatenus ibi ædificaret Abbatiam in honore beati martyris Chriſtophori, & ibi ſtabiliret pauperum Chriſti clerimoniam, eamque dotaret appendiciis terrarum atque familiarū, vnde haberent ipſius Abbatiæ clerici alimoniam. Annuentibus itaque voto ſuo BALDVINO Marchione, & ADELA regali Comitiſſa, eius coniuge, abſoluendum decreuimus. Hæc ſunt igitur, quæ liberaliter attribuit, fauente prædicto Principe, idem Saſvvalo eidem Abbatiæ: terras optimè fertiles, in villis videlicet VVilleradi prato, *Riuocurt*, *Burkung*. Hæc autem ſunt nomina ſeruorum per familias eidem Abbatię conceſſa; Dodo & vxor eius cum infantibus, Bernardus cum vxore & filiis, Florbertus cum vxore & filiis, Berengarius, Tetricus...

Actum Tornaco pontificali ſede, anno incarnationis Dominicæ milleſimo triceſimo nono, Indictione ſeptima, imperante glorioſiſſimo Rege Henrico, anno duodecimo, Hugone prę ſulatum agente anno nono. 1039.

Signum Hugonis Epiſcopi. S. Fureli Archidiaconi.
S. Malbodi Abbatis cœn. S. Amandi, cum reliquis fratribus.
Hugo Tornacenſis eccleſię Cancellarius ſcripſit.
Signum Balduini Marchionis Flandriæ.

S. Adelæ,

S. Adelę, regię prolis, Comitiſſæ.
S. filiorum eius, Balduini & Roberti.
S. Euſtathij Comitis. S. Rogerij Comitis.
S. Roberti Atrebatenſis. S. VValteri Cameracenſis.
S. Hugonis. S. Amaldi. S. Rodulphi.
S. Anſelmi. S. Reingauldi. S. Saleconis.

NOTATIONES.

EVSTATHIVS Comes] Bolonienſis. ROGERIVS Comes S. Pauli, qui Canonicorum collegium in opido S. Pauli apud Arteſios fundauit. ROBERTVS Atrebatenſis eccleſiæ S. Vedaſti Aduocatus, idemque Dominus Betuniæ. VVALTERVS Cameracenſis Caſtellanus, de quo Baldericus in Chron. Cameracenſi.

SASVVALO] Caſtellanus Inſulenſis primus, cuius ſaltem nomen ad poſteros tranſierit. Is filium reliquit ROBERTVM: vt ex Anſelmi & Gerardi Tornacenſium Epiſcoporum tabulis, quæ in Falempinenſi cœnobio exſtant, intelligi datur. Roberto ROGERII duo, pater & filius, ex ordine in Caſtellania Inſulenſi ſucceſſerunt. Rogerius iunior quattuor reliquit filios, Robertum qui in Syria militauit, Reinaldum, Hugonem, Rogerium, & Saram filiam Caſtellano Cortracenſi nuptam. Ex his HVGO duxit Ermentrudem, & ex ea duos ſuſtulit filios, vtrumque Ioannem nomine: quorũ minor Falempinenſis Abbas ſextus fuit, alter natu grandior ex Mathilde Betunienſi, Pontis Rorardi, Meulembecæ & Blaringhemi Domina, genuit Robertum ſine liberis mortuum, Rogerium, Guilielmum Præpoſitum eccleſię S. Petri Inſulenſis, Nicolaum Canonicum Tornacenſem, & Elizabetham N. Caſtellano Peronenſi nuptam. IOANNES Elizabethæ filius, auunculis ſuis ſine ſobole defunctis, Caſtellaniam Inſulenſem atque vnà Peronenſem obtinuit, & ad poſteros tranſmiſit: vt ex ſchemate ſubiuncto diſces.

Caſtellani

Castellani Insulenses in Gallo-Flandria.

IOANNES, Ioannis filius, illo nomine tertius Castellanus Insulensis, Haubourdinij & Blaringhemi Dominus, ex Mathilde, Arnoldi Mortaniæ Domini & Tornacensis Castellani filia, ab Haubourdinio & à Basilea opido fossam per quinque leucas Insulam vsque duxit. De his & reliquis Castellanis Insulensibus plura qui volet, Florentiũ Haræum in libro quem de eisdem Gallicè scripsit, & Insulis an. 1611. publicauit, itemque Buzelinum in Gallo-Flandria lib. 3. cap. 11. consulat. Ceterùm GVILIELMVS, qui & Præpositus ecclesię S. Petri Insulensis & Castellanus ibidem fuit, primarius monasterij Dominicanorum illa in vrbe fundator agnoscitur, vnà cum Canonicorum S. Petri collegio. Idem S. Ioannis Euangelistæ capellam in dicta S. Petri In-
Loz. sulensis basilica construxit. Sepultus iacet in peristylio Laudensis cœnobij, quod est monachorum ord. Cistertiensis prope Insulas.

CAPVT LXXXVII.

Henricus III. *Niger Imp. anno* 1040. *dat Nithardo Leodicensi Episcopo Comitatum Hasbanienſem ſeu Loſſenſem, ab Arnoldo ſeu Arnulfo Comite Loſſenſi (ſine liberis an.* 1014. *defuncto) anteà poſſeſſum.*

HEnricus diuina fauente clementia Rex. Nithardus Leodiensis Episcopus nostram regalem adiit sublimitatem, humiliter deprecans, vt ob remedium animæ genitoris nostri Conradi Imperatoris, nec non ob humilem interuentum fidelium nostrorũ, Brunonis VVirceburgensis & Thietrici Metensis Episcoporum, ac pro suo seruitio, quo patri nostro nobisque seruiuit, Comitatum ARNOLDI Comitis, nomine HASPINGA, in pago Haspingovv situm, cum tali iure, talique districto, quale parens noster, aut nos hactenus in illo visi sumus habere, in moneta vel teloneo, prædictæ Leodiensi ecclesiæ ea lege in proprium concederemus, vt hanc proprietatem, quam hactenus in illo habuimus, præfatus Episcopus Nithardus, suique successores abhinc potestatiuè habeant.]

Theodericus Cancellarius, vice Burdonis Archicapellani, recognouit. Datum IX. Kalendas Februarij, Indictione VIII. Dominicæ incar-

incarnationis milleſimo quadrageſimo, anno domini Henrici tertij 1040.
ordinationis duodecimo, regni verò primo. Actum Vlmæ.

Idem Henricus III. *Imp. Niuellenſi nobilium virginum Canonicarum collegio prædia olim ablata reſtituit, an.* 1040.

HENRICVS diuina fauente clementia Rex. Niuellenſis Albatia vel eccleſia quantis calamitatibus ſit attrita, eſt dolendum fidelibus. Tanta vtique premebatur oppreſſione, vt ad ipſum clauſtrum vſque Comitis extenderetur beneficium, nec erat ſanctiſſimæ virgini Gertrudi, *ibidem* quieſcenti, aliquis debitæ reuerentiæ locus, quamuis ipſum locum propriis excoluerit manibus. Hoc anteceſſoribus noſtris multum diſplicuit, quamuis prouidentia diuina nobis corrigendum reliquerit.

Interuentu ergò primatum noſtrorum, *Hermanni* Colonienſis Archiepiſcopi, *Nithardi* Leodienſis Epiſcopi, Ducum autem *Gothelonis* & *Godefridi*, ceterorumque correximus quantum potuimus. Reddimus itaque virgini quod eſt ſuum; reddimus, non ex noſtro damus, pro anima genitoris noſtri *Chuonradi*, ipſum burgum vel villam Niuellam, cum mercato, teloneo, moneta, maceria, terris cultis & incultis, cum familia ibidem manente, & cum hereditate omnium in ea reſidentiũ, redemimus à beneficio: & eccleſiæ, vel Abbatiſſæ RICHETÆ, & congregationi ibidem ſeruienti, eiuſque ſucceſſoribus iure perpetuo remittimus. Non ſit ibi Aduocatus quiſquam vel Comes, niſi quem Abbatiſſa elegerit, nec requirat ipſe Aduocatus vel Comes aliquod iudicium vel placitum, niſi inuitetur ab Abbatiſſa vel Præpoſito. Sit ab omni poteſtate Comitis vel Aduocati vlteriùs libera; niſi iuitentur iuſtitiæ cauſſa.

Hoc ergò decretum firmauimus per excommunicationẽ omnium Archiepiſcoporum & Epiſcoporum præſentium, ſcilicet Hermanni Colonienſis, Betthelini Bremenſis Archiepiſcopi, Nithardi Leodiẽſis, Bennonis Traiectenſis, Hermanni Mimigardefordenſis, Richardi Virdunenſis, Gerardi Cameracenſis, Theoderici Metenſis Epiſcopi, *Rodulphi* Epiſcopi, cæterorumque omnium qui ad præſens erant.

Signum domini Henrici III. Regis.

Thiedericus Cancellarius, vice Burdonis Archicapellani, recognoui.

Datum Nonis Iunij, Indictione octaua, anno Dominicæ incarnatio-
1040. nis milleſimo quadrageſimo, anno autem domini Henrici Regis III. ordinationis tertio decimo, regni ſecundo. Actum Stabulau.

Aliud eiuſdem Henrici III. *Imp. diploma, in fauorem eiuſdem Niuellenſis eccleſiæ, an.* 1041. *ſcriptum.*

HENRICVS diuina fauente clementia Rex. Eſt eccleſia quædam in pago Brabatenſi ſita, vulgò NIVELLA dicta. In hac requieſcit virgo GERTRVDIS, pietate quidem ineffabilis, quæ vtique neſcit miſericordiam denegare cuiuis; ſed dum ſit gens ferox & duræ ceruicis (iungitur enim indomitis Francigenis) non quærit vicem reddere tantæ pietati, ſed potiùs furit rabie intolerabili. Hoc multùm doluerunt prædeceſſores noſtri, quamuis locus non eſſet corrigendi. Dominus autem numquam immemor ſolitæ bonitatis, quod tunc temporis prædeſtinauit, noſtro in tempore manifeſtauit. Nam omnes, qui hereditatem virginis pro hereditario beneficio tenebant, exſtinxit, & apertè manifeſtata eſt vindicta, quæ diu latuit.

Vt ergò nouimus Dominicam viſitationem, decreuimus per primatum noſtrorum conſilium & exhortationem, quòd vel burgus, in quo veneratur virginis præſentia, quemque propriis manibus ad inhabitandum ſibi exſtruxit, dum adhuc vitali frueretur aura, ipſe ſibi rederetur, vel potiùs cùm ſit ſuus, ſolidaretur: ſic denique decreuimus, quòd burgus vel villa NIVIALENSIS, cum mancipiis ibidem reſidentibus vtriuſque ſexus, cum terris quas colunt qui in burgo reſident, cum mercato, teloneo, cum moneta & maceria, cambis & molendinis, pratis & ſiluis, ſoli deſeruiant virgini. Nullam poteſtatem ibi vltrà exerceat Comes vel Aduocatus, niſi ab Abbatiſſa fuerit inuitatus. Ad tria generalia placita veniat non alter quàm ipſe Aduocatus vel nuntius talis, quem elegerit Abbatiſſa in ſuis militibus.

Et hoc decretũ, interuentu Archiepiſcopi Colonienſis HERMANNI, interuentu quoque NITHARDI Leodienſis Epiſcopi, POPPONIS quoque Treuirenſis Archiepiſcopi, nec non etiam XVIII. Epiſcoporũ, Ducum verò GOTHELONIS & GODEFRIDI petitione, & ipſo LAMBERTO annuente, cui dabatur beneficium reliquum, propria manu corroborauimus, & ſigilli noſtri impreſſione firmauimus.

Euerar-

Euerardus Cancellarius, vice Balduini Archicancellarij, recognouit. Data III. Nonas Iunij, Indictione IX. anno Dominicæ incarnationis milleſimo quadrageſimo primo, anno domini Henrici III. ordinationis XIII. regni verò ſecundo. Actum Aquiſgrani. 1041.

NOTATIONES.

HENRICVS III.] cognomento Niger duas habuit coniuges, *Cunihildem* ſeu Cunildã, Canuti Daniæ & Angliæ Regis filiam, & *Agnetem*. Priorem matrimonio ſibi iunxit an. 1036. apud Nouiomagũ exiſtens: vt Hermannus Contractus in Chronico teſtatur. Obiit ea Brugis in Flandria, ibidem ſepulta ad S. Donatianum, hoc addito elogio: Nobiliſſimæ Auguſtæ dominæ Cunildæ, Canuti Angliæ, Danemarciæ, Norwegiæ & Sueciæ Regis filiæ, Imperatoris Henrici Nigri laudatiſſimæ coniugi, poſt acceptam grauiſſimam à marito iniuriam, hoc in caſtello religioſè viuenti, & anno Domini M. XLII. XII. Kalendas Septembris defunctæ, hoc munumentum Eccleſia (cui perquam erat munifica) erexit. 1042.



ARNOLDVS] ſiue Arnulfus Comes Loſſenſis an. 1014. ſine liberis deceſſit, & Comitatum ſuum S. Lamberto & eccleſiæ Leodicenſi moriens dedit vt Anſelmus rerum Leodicenſium ſcriptor cap. 62. narrat. Id ratum eſſe voluit Henricus III. Cæſar, noua veluti donatione quam recitauimus.

CAPVT LXXXVIII.

Lilerienſe Canonicorum collegium ac templum in Arteſia an.1043. excitantur à VVenemaro, illius opidi Domino.

Lilers. EGo VVenemarus, Dominus de Lileriis, cum fratre meo Ingelramno, & matre mea Ranſuide, conceſſu Balduini Flandriæ Comitis, ipſo etiam Henrico Rege Francorum annuente, & domino Drogone Teruanenſi Epiſcopo (ad mandatum domini Papæ Gregorij, cuius præſentiam, pro voto meo adimplendo, adij) laudante & confirmante, eccleſiam in proprio fundo, apud caſtrum de Lileriis, in honore Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac B. Mariæ Virginis, nec non ſanctiſſimi confeſſoris ac Epiſcopi Audomari, conſtruimus: vt per hæc & alia bo-
1043. na Deus noſtris iniquitatibus propitietur. Actum anno M.XLIII.

Haſpra, inter Cameracum & Valentianas ſita, monachis Vedaſtinis, & Anglicuria Gemeticenſibus anno 1044. *attribuitur.*

Ego Leduinus, Abbas cœnobij pretioſi confeſſoris Chriſti Vedaſti, primum duxi ſcriptum fieri de quibuſdam rebus prædicti patris Vedaſti, noſtris temporibus commutatis, rurſumque reemptis. Nota res eſt, & penes nos ſcripto retinetur, cum ceteris donationibus à Francorum Regibus beato Vedaſto collatis, villam quæ vocatur *Anglicurt*, quæ eſt in Beluacenſi Epiſcopio, antiquitate eſſe hereditariam, cum familia, S. Vedaſto. Sed noſtro tempore, dico, anno incarnationis Ieſu Chriſti milleſimo quadrageſimo quarto, per Gerardū Cameracenſem & Attrebatenſem Epiſcopum, ſic peractum eſt: vt nos conſilio ſeniorum & vicinorum, nec non noſtrorum fratrum, cellam quæ dicitur
Haſpe. HASPRA, à Comite Richardo, & Theoderico Abbate Gemeticenſis cœnobij, dono acciperemus, quia vicinior nobis erat: ipſi quoque *Anglicurt* cellulam vicinioré ſibi noſtra donatione poſſiderent. Teſtes huius rei fuerunt,

Richardus Comes, Robertus Archiepiſcopus, frater eius,
Richardus filius Richardi, Robertus frater eius,
VVarinus Beluacorum Præſul, noſtræ congregationis frater.

Actum

Actum Rodomis, mense Ianuario, in octaua Epiphaniæ, Indictione sexta, regnante serenissimo Rege Francorum Roberto, anno imperij sui XXVIII. 1044.

Baldricus, aliàs Lambertus Baldricus, Comes Louanienſis, collegium XII. *Canonicorum in vrbe Bruxellenſi fundat ac dotat, an.* 1047. *ſtilo Gallicano annum à Paſchate incohante, hoc eſt, anno* 1048. *ſtilo Romano annum à Kalendis Ianuariis ordiente.*

Ego BALDRICVS parochialem ecclesiam Brucsellis consecrari feci, & in ea corpus sanctissimæ virginis Christi GVDILÆ, quanta potui honorificentia, transtuli, quod in ecclesiola S. Gaugerici negligenter positum inueni, eidemque sanctissimæ virgini, cum appendiciis omnibus, ipsam ecclesiam legaliter coram omnibus tradidi, addens quinque mansos in *Haſcreold*, & in *VVolevve* septem bonaria. Hoc totum in clericorum duodecim prębendas dedi & diuisi, quos ibi ad seruiendũ Deo & sanctæ virgini constitui, eisque in pascuis, siluis, teloneis talem concessi libertatem, vt absque vllius reditu seruitutis, liberè horum fruerentur vtilitate. Si quis autem, quod absit, hanc meam traditionẽ peruertere, & inde demere tentauerit quidquam, iram Dei & offensam S. Michaelis Archangeli, cuius in prædicta ecclesia veneratur memoria, & prædictæ sanctæ virginis in perpetuum incurrat. Actum publicè Brucsellæ anno Dominicæ incarnationis millesimo quadragesimo septimo, Indictione decima quinta, Leone Nono in Apostolica Sede præsidente Pontifice summo, regnante Henrico Imperatore tertio, Cameracensium pontificalem cathedram domino Gerardo obtinente Præsule, qui in his omnibus, cum vxore mea ODA, adiutor mihi exstitit, & præsens eamdem ecclesiam dedicauit. pag. 89. 1047.

Signum domini Gerardi prędicti Episcopi.
S. Gerardi Archidiaconi. S. Emelini.
S. Ingelberti fratris eius. S. Sigeri. S. Folcardi.
S. Onulfi filij eius. S. Gerardi. S. Lietberti.
S. Stepponis. S. Siberti. S. Thiedonis Decani.
S. Heimezonis. S. Hartfridi presbyteri.
S. Adelardi. S. Radulfi. S. Emmonis.

CAPVT

CAPVT LXXXIX.

S. Leo IX. *Papa circa an.* 1048. *confirmat priuilegia Stabulensis & Malmundariensis monasteriorum, ord. Benedictini, in Arduenna.*

LEo Episcopus, seruus seruorum Dei, glorioso Abbati monasterij S. Petri, sanctique Remacli, in Stabulao positi, suisque successoribus perpetuã in Domino salutem. Quia postulasti, frater, à nobis, quatenus monasteria in honore S. Petri constructa, id est, STABVLAVS *Stavlo.* & MALMVNDARIVM *Mamdy.*, sita in saltu Ardennensi, priuilegio nostræ auctoritatis muniremus; & quia iusta visa est petitio tua, assensum tibi præbentes, per huius nostri Apostolici priuilegij constitutum decernimus, secundùm antiquorum dicta Regum, scilicet Sigeberti, Clodouei & Dagoberti, qui & eorumdem constitutores fuere monasteriorum, nec non & Imperatorum, Caroli, Loduici & Othonis Augustorum; vt loca, vel villæ aut possessiones, quæ à Regibus, Imperatoribus, ceterisque bonis Christianis præfatis sanctis locis largita atque oblata, & in postmodum concedenda sunt, firma stabilitate, perpetuoque iure inconcussa permaneant: nec liceat cuiquam inibi pertinentibus demere quidquam. Et præterea huic Apostolico decreto id *pag 6.* inserere, atq; Apostolica auctoritate roborare curauimus, vt defuncto per successionem Abbate, secundũ quod à iam dictis Regibus & Imperatoribus est diffinitum, ex vtriusque in vnum cœnobiis confluentibus monachis, habeant sine exceptione personæ, secundùm S. *Benedicti* regulam, Abbatem eligendi liberam optionem; ea tamen præponderante ratione, Malmundariensiũ pace, & quia B. REMACLVS vtriusque monasterij constructor, & Tungrensiũ antea Episcopus & pastor, maluit in altero eorum, id est, Stabulensium, locum sepulturæ deligere sibi, vt ipsi primã electionis obtineant vicem, si apud eos melior meritis & instructior litteris inueniatur. Si autem non illic, sed melior Malmundarij reperiatur, vtrique loco præficiendus, ab eo potiùs quàm ab externis assumptus intromittatur.

Idem

Idem S. Leo IX. priuilegia à prædecessore suo Clemente VI. Niuellensi ecclesiæ concessa confirmat.

LEO, seruorum Dei seruus, omnibus Christi fidelibus Apostolicam benedictionem. Nouerint tam posteri quàm præsentes, quòd Abbatissa Niuellensis, RIKELA nomine, vnà cum GODSCALCO eiusdem loci Præposito, obtulit mihi quoddam præceptum domini CLEMENTIS Papæ, qui me in Apostolica Sede præcessit, quod ab illo datum nostræ auctoritatis astipulatione confirmari rogauit. Illud autem præceptum hoc modo se habet:

Iuxta confinium, quo Lotharingi iunguntur Francigenis, est Abbatia quædam sita, NIVELLA scilicet, S. Gertrudis virginis, terrarum quidem affluens copiis, sed miserrimè perdita, rabie indomitæ gentis. Cui oppressioni piè condoluit HENRICVS Imperator, & condolendo vehementer subuenit, restituens seruituti virginis ipsum burgum vel villam prædictam, cum omnibus vtensilibus suis, cum mercato, teloneo, moneta, maceria, cum cambis & molendinis, cum terris cultis & incultis, pratis, siluis, pascuis, & cum omni familia ibidē manente, cum hereditate omnium in ea residentium. Nullus vel Comes vel Aduocatus habeatur, nisi quem Abbatissa elegerit, nec hîc requirat placitum vel aliquod iudicium, nisi inuitatus per Abbatissam vel Præpositum. Hoc Primatum regni definitum consilio, Imperialis firmauit præceptio, & consignauit sigillo. Vnde & nos mouit debita eiusdem ecclesiæ miseratio, & Imperialis dilectio monuit, vt quod firmauit præcepto, firmetur & hoc nostro priuilegio. Vbi nostra Apostolica auctoritate intendimus, ne quis alius sacerdos in illo altari Missam audeat celebrare, nisi soli Episcopi, & soli hebdomadarij, qui ibi pro tempore sunt deputandi. Quisquis igitur tantæ perditionis fuerit, qui hanc libertatem ecclesiæ iniustè infringere præsumpserit, vel de cęteris rebus ecclesiæ, sanctimonialium vsui deputatis, vsurpando sibi vindicauerit, vel præbendam earum in peius vertendo mutauerit, vel detrimentum vllo modo ingesserit, nec satisfaciendo resipuerit, Apostolicam incurrat maledictionem & excommunicationem. Datum VI. Kalendas Augusti, per manus Petri diaconi, Bibliothecarij sanctæ & Apostolicæ Sedis, anno dominu Leonis IX. primo, Indictione secunda.

Henricus IV. Imp. an. 1059. prædia ecclesiæ Niuellensis in tres portiones diuidit: quarum prima Xenodochio, secunda Abbatissæ, tertia Canonicis & Canonissis (vt vulgò vocant) attributa fuit.

Henricus diuina fauente clementia Rex. NIVIALENSIS ecclesia, Francorum regno finitima, permaximas sæpè calamitates sustinuit. Quod pater meus Henricus III. Imp. animo indoluit; adeò vt in consecratione, quam ad aduentum suum reseruari iusserat, præsentem se exhibens, pignora sacratissimæ virginis GERTRVDIS propriis humeris sanctuario importaret, locumque donis Imperialibus exornans, de rebus eiusdem ecclesiæ præceptū faceret; quodque specialis dilectionis indicium est, non communi illud sigillo, sed secreto suo signaret. Cùm ergò me diuina gratia paterni regni fecerit successorem, volo erga eumdem locum me præstare paternæ pietatis heredem, & de rebus eiusdem ecclesiæ nostræ quoque auctoritatis præceptum innouare.

Res ipsæ in tres portiones diuisæ existunt, in Xenodochium, in beneficium Abbatissæ, in præbendas fratrum seu sanctimonialiū LXXII. Quæ partes vt à se possint certissimè distingui, placuit hæc nomina villarum, ad vnamquamque pertinentium, distinctè subnotari. Ad CONGREGATIONEM pertinent, burgus ipse Niuialensis, cum omnibus reditibus suis & cum ipsa ecclesia, Lennecha cum ecclesia, VVambecca
pag. 80. cum ecclesia, Tubecca cum ecclesia, Goiaca, Rosbecca, Heinuires, Iturna cum ecclesia, Basseis cum ecclesia, Bulceis cum ecclesia, Brole cum omni vineto, Ara cum vineis quæ sunt in Leia, & quæ sunt in Clotina, Forst cum ecclesia, Duffla, Foillidhes, Migeivilla, Vileirs, & omnis Præpositura illa quæ constat ex eleemosynis. Ad beneficium ABBATISSÆ, altare S. Gertrudis cum omni familia, Sprendelenges cum vineis quæ sunt in Binga, Vdechoues, Benerfeti cum ecclesia, Niefs, Meerbecca cum ecclesia, Ruoz, Gotirez cum ecclesia, Rosbecca & de Henuires, cum ceteris beneficiis quæ tenent milites ad commune seruitium Abbatissæ & Congregationis. Ad XENODOCHIVM Mosterols cum ecclesia, & omnes dominicales decimæ tam prædiorum nostrorum quàm beneficiorum Comitis. Iubeo ergò & ratum esse volo, vt diuisiones

diuisiones istę, sicut antiquitus sunt constitutæ, ita distinctæ permaneant.

Signum Henrici IV. Regis.

Hebesardus Cancellarius, vice Luitpoldi Archicapellani, recognouit. Datum est VI. Kal. Martij, anno Dominicæ incarnationis M.LIX. Indictione XII. anno autem ordinationis Henrici IV. Regis V. 1059. regni verò III. Actum Aquisgrani.

CAPVT XC.

Theodericus Metensis Episcopus monasterio S. Trudonis scrutum siue grutam eiusdem opidi Trudonopolitani dederat: id successor eius Adelbero III. *Frederici Lotharingiæ inferioris Ducis frater, an.* 1060. *confirmat.*

NOtum sit omnibus, qualiter dominus THEODERICVS Mediomatricę sedis Episcopus, in cœnobio S. Trudonis per aliquot tempus moratus, & ibi in ægritudinem incidens, & ad extremum perueniens, donauit eidem ecclesiæ, & fratribus mihi Deo seruientibus scrutum eiusdem opidi, hoc est, potestatem ponere & deponere illũ, qui materiam faceret vnde leuarentur ceruisię, & de singulis ceruisiis, quæ brasciarentur in opido nostro, sex picarios ad opus fratrum suscipere, quod ad seruitium suum & antecessorum suorũ pertinebat. Hoc ego ADELBERO successor eius & cognatione & ordine, quamuis immeritus, in loco supradicto constitutus, aduertens, decreui manuscripti auctoritate notare, meoque sigillo signare domino Abbati *Adelardo* secundo loci illius, ceterisque fratribus hoc idẽ postulantibus, quatenus hoc nullus successorum meorum infringere audeat, & quod ipse ad remedium animæ suæ prædicto Sancto ibique famulantibus contulit, ego quoque caussa animæ meę & successorum meorum firmaui. Actum est hoc in cœnobio prædicto S. Trudonis, anno ab incarnatione Domini M.LX. Indictione XIII. regnante Rege Henrico III. 1060. anno regni eius quarto, anno episcopatus eiusdem domini Adelberonis XIII. coram idoneis testibus, quorum nomina subter notata sunt.

Nomina nobilium.

Signum Aduocati Ducis Frederici.
S. Subaduocati Comitis Othonis. S. Folmari Comitis.
S. Hermanni Comitis. S. Richuini. S. Bardonis.
S. Herimanni. S. VValberti. S. Ansfridi. S. Theoderici.
S. Crachij. S. VVasonis. S. Othonis. S. Gunzelini.

Nomina plebeiorum de familia.

S. Raimundi. S. Lamberti. S. VVichmanni. S. Euerardi. S. Ascolphi.
S. Lizeconis. S. Stephani. S. Lideconis. S. Richardi.
Ego Raimundus, ad vicem domini Asonis Cancellarij, scripsi & subscripsi.

Idem Adelbero III. *Metensis Episcopus explicat iura ad monasterij Trudonensis Aduocatum & Subaduocatum pertinentia, anno* 1065.

Ego Adelbero, Metensis Episcopus, notum esse volumus omnibus,
S. Tron. nos in villam S. Trudonis, quæ Sarcinium dicitur, venisse, & ob contentionem inter germanum meum Ducem Lotharingiæ Fredericum, & Abbatem S. Trudonis, nuper exortam in Aduocatione eiusdem loci (quam eidem fratri meo dederam in beneficio) quid nostri & Aduocati iuris esset in ipsa villa, vel in reliqua Abbatia ad nos attinente, maiores natu consuluisse, vt suprà hoc negotio quidquid à maioribus suis didicerunt, vel ipsi vsque ad illud tempus tenuerunt, fideliter proferrent. Qui sacramento adstricti protulerunt, quasdã curtes esse in ipsa Abbatia, id est, *Burlon, Lare, Mere, VVdre, Kircheim, Staden, Halmale,* in quibus nunquam à meis prioribus aliquid iuris concessum est Aduocato: quia eædem stipendiis adscriptæ fratrum, nulli alteri obaudire debent, quàm Præposito, & eiusdem monasterij Cellerario. In villa autem S. Trudonis, vel reliquis Abbatiæ villis, professi sunt, ipsi Duci (qui

(qui Aduocatiã in beneficio tenebat) siue Aduocato ab eo constituto, ex tribus generalibus placitis, & magno banno, si quis fortè infra villam occisus vel vulneratus fuerit, tertium denarium debere assignari, reliquos autẽ duos vel mihi vel Abbati. Ceterùm testati sunt, Abbatis vel Villici mei esse arbitrij, vt quidquid libuerit, sine Aduocato possent placitare, scilicet de terris, de domibus, de alienis vxoribus ducendis, de familiis; nisi grandi fortè exigente negotio, ab Abbate vel ministro meo ad rem discutiendam inuitatus fuerit.

His ita inquisitis & collaudatis, aliquanto tempore post decessum iam dicti fratris mei, iterum ijdem, qui priùs, in præsentia nostra in castro nostro Salembrucca venire iussi, præsente domino VDONE, fratris mei successore, eamdem Aduocatiam in beneficio à nobis habente, & OTHONE Subaduocato, eadem tunc vtique sunt professi. Quapropter fidelibus nostris qui tunc temporis aderant, consilium præbentibus, quorum nomina infrà notari iussimus, ne quis hoc postmodum audeat infringere, placuit tam præsentium quàm futurorum memoriæ commendare. Actum in dicto castello Salembrucca, anno ab incarnatione Domini millesimo sexagesimo quinto, Indictione III. 1065. regnante Henrico III.

Adelbero Metensis ecclesiæ Episcopus subscripsit.
Adelbero Primicerius, Theodericus nepos eius,
Geruoldus Archidiac. Odelricus frater Ducis Gerardi,
Fredericus, Herimannus, Riquinus, Otho, Bardo, Bernardus,
Stephanus, Guntramnus, VVigericus, Herimanus, Hugo.....
Ego Gislebertus, ad vicem domini Tietfridi, Metensis ecclesiæ Cancellarij, subscripsi. Lambertus homuncio.

CAPVT XCI.

Balduinus Insulanus, Flandriæ Comes, eiusq; coniux Adelaidis, Harlebecanum Canonicorum collegium, prope Cortracum, fundant ac dotant; Philippo Francorum Rege approbante, an. 1063.

EGO PHILIPPVS Dei gratia Francorum Rex..... Comes BALDVINVS, instinctu suæ coniugis & amitæ nostræ ADELAIDIS, nostræ Serenitatis adiit præsentiam, rogans vt nostræ auctoritatis præcepto corroboraremus Abbatiam quandam Canonicorum, quam precatu suæ religiosæ coniugis Adelaidis, fundauerat in loco, qui *Harlebeca* vocatur, & titulo & memoria S. Saluatoris prænotatur. Sunt autem ea, quæ ibi concessit, ista, scilicet ecclesia cum altare, capella *Sueuengehem*, appendens illi ecclesiæ, altare de *Maldengehem* cum ecclesia, ecclesia de *Trellengehem*, sex mansa terræ libera à Comitatu, vnum mansum terræ ab antiquis, quando ipsa ecclesia primitus fuit constructa, duo bonaria, quæ dedit Gisla, vnum bonarium quod dedit Reinfridus, duo bonaria quæ dedit Agentrudis, duo bonaria quæ dedit Borgundis. Hæc omnia prælibata præcipiendo mandamus, & sigilli nostri impressione adstipulando firmamus, vt sicut Aquensis Abbatia, Caroli Magni institutione & largitione fundata, à dominatione Leodicensis Episcopi est libera, & sicut S. Medardi Abbatia ab Episcopo Suessionensi manet quieta, nec non S. Martini ab Archiepiscopo Turonensi, ita & ista ab Episcopo Nouiomensi. Actum Parisius publicè anno incarnati
1063. Verbi millesimo sexagesimo tertio, & regni Philippi Regis tertio, Indictione prima.

Baldui-

Balduinus & Rathodus Episcopi Nouiomenses ac Tornacenses confirmant fundationem collegij Harlebecani, anno 1063. & 1089.

Ego BALDVINVS grâtia Dei Nouiomensis ecclesiæ Episcopus..... Comitissa Flandrensium ADELA ecclesiam de Harlebeca, quæ mihi ac ministris meis personaliter seruiebat, construxit, atque ibidem seruientes sub professione canonica in religionis habitu viuere instituit. Sed quia post consummationem operis, sine auctoritate nostra, non habet effectũ dispositio regularis, petitionis Comitis BALDVINI suæque coniugis frequentia impetrauit dimissionem personalitatis, vt ordo dispositus liberalitatis, & absque vllo censu deseruiens altari canonicè degeret sub ditione Decani. Altare verò de *Sueuengehem*, quod illi appendet, tali conuentione concessi ad mensam eorum; vt nobis per singulos annos, in festiuitate SS. Simonis & Iudæ, soluat decem solidos denariorum. Sed & altare de *Maldenghem* sub æquali censu personaliter illis tradidi. Item altare de Hulsta eiusdem census rationi substitutum est; ita tamen vt in restitutione personalitatis decem soluantur solidi.

Signum Balduini Episcopi. S. Folcardi Archidiaconi.
S. R. Decani. S. Ardonis presbyteri. S. Ingelramni diaconi.
SS. Canonicorum, Alboldi, VValonis, Erleboldi, Hermanni.
S. Adelæ Comitissæ, Roberti Aduocati, Arnulphi Aldenardensis.

Actum apud Harlebecam, VIII. Kal. Iunij anno ab incarnatione Domini millesimo sexagesimo tertio, Indictione tertia, regnante Rege Philippo anno tertio, domino Balduino episcopante anno vicesimo. Hæc, vt diximus, dominus Balduinus Episcopus in vita sua ordinauit, sed quia præuentus morte sigilli sui impressione priuilegiũ confirmare non valuit, ego RATHBODVS, in episcopatu ei succedens, rogatu Canonicorum Harlebecensium, Rotberti etiam Comitis precatu, prædictarum ecclesiarum priuilegium sigilli mei impressione, cum subscriptorum testimonio, confirmaui; tali tamen conuentione, quòd 1063.

eiusdem

eiusdem loci Præpositus mihi meisque successoribus debitam subiectionem exhibeat.

Signum domini Rathbodi Episcopi. S. VV. Archidiaconi.
S. VValcheri Custodis. S.R. Præpositi. S.Lamberti.
S.Hermanni Præpositi. S.Seigeri Cantoris. S.Erlebaldi Decani.
S. Comitis Rotberti. S.Erembaldi Castellani.
S. Cunonis. S. Radulfi. S. Balduini. S. Isaac. S. Meinardi.
S.Alberti. S.Lamberti. S.Ansboldi. S.Sigevvalonis.

Actum Tornaci XI. Kal. Aprilis, anno ab incarnatione Domini
1087. millesimo octogesimo septimo, Indictione decima, regnante Rege Philippo anno vicesimo septimo, domno Ratbodo episcopante anno decimo nono. Ego VVido Cancellarius confirmaui.

Alexander II. *Papa an.* 1070. *confirmat Harlebecani collegij Canonicorum institutionem.*

Alexander Episcopus, seruus seruorum Dei, Erleboldo Præposito Harlebecensis Canonicæ S. Saluatoris, sitæ in Episcopatu Nouiomensi, cunctisque suis successoribus. Cùm interuentu præclaræ Comitissæ ADELÆ, tum tuis deuotis precibus flexi, dilecte fili, te ac pronominatam Canonicam, cum omnibus sibi pertinentibus, sub tutela Apostolicæ defensionis suscipimus, & confirmamus iam dictæ venerabili Canonicæ quidquid hactenus habuit tam largitione piissimorum Principum, quàm oblatione quorumcumque fidelium, iuxta nobilissimi præceptum Regis Francorum Philippi, & præceptum Balduini Nouiomensis Episcopi, vel deinceps habitura est, tam in terris quàm in vineis, villis, ecclesiis, omnibusque rebus mobilibus & immobilibus. De ordinando verò Præposito in eodem loco, hoc Apostolica auctoritate sancimus, vt nullus ibi præsumat quemquam præponere contra canonicam regulam, sed defuncto Prępposito vnum congregatio eligat vel de eadem congregatione, si ibi idoneus inuentus fuerit, vel de alia, quem potiorem vitæ meritum commendauerit, iuxta canonicam regulam. Datum Laterani v. Kal. Febr. per manus Petri clerici, fungentis vice Petri S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalis ac Bibliothecarij, anno
1070. ab incarnatione Domini millesimo septuagesimo, pontificatus autem domini Alexandri Papæ II. octauo, Indictione VIII.

CAPVT

CAPVT XCII.

Eihamensis Benedictinorum Abbatia, ad Scaldim, prope Aldenardam Flandriæ oppidum, à Balduino Insulano, Flandriæ Comite, an.1063. fundatur.

BAlduinus, gratia Dei, Flandrensium Princeps VValberto Abbati, & successoribus eius salutem in Domino. Damus tibi & scripto confirmamus *Eiham* antiquum castellum, sicut nos recepimus de manu HERIMANNI Comitis, & sicut nos hactenus quietè & solidè tenemus, & aquã totam cum toto teloneo, & cum sex mansis de terra arabili, dimidiã decimã de ecclesia S. Vedasti de inferiori Eiham.... Actũ apud Insulam, in præsentia magnatum nostrorum, Abbatum, Erkenbaldi Atrebatensis, Fulconis Corbeiensis, Bouonis de S. Bertino; Nobilium, Hugonis & Arnulphi de Aldenarda, Raingodi de Ganda, & Gerardi, & aliorum, anno ab incarnatione Domini millesimo 1063.
sexagesimo tertio, Indictione prima, regnante Philippo annis iam duobus.

Lietbertus Cameracensis Episcopus immunitatis priuilegium largitur monasterio Eihamensi, an.1064.

Lietbertus, gratia Dei, Cameracensium Episcopus præsentibus & futuris fidelibus, in Christo omnem salutem. Est in territorio Braebatensi locus, quem dicunt *Eiham*; qui iampridem satis floruerat sæculariter & membris & colonis, sed & ecclesiarum religiosa honestate. Verùm bello insurgente & inualescente, pompæ omnes interierunt, ecclesiarũ venustas migrauit; sed nondũ ruina maceriæ. Comes præterea BALDVINVS, & religiosa eius coniux ADELA, diuino caritatis spiritu visitati, in eodẽ loco pro pristina reuerentia ecclesiarũ, cœnobiũ ædificare cupientes, nostrã adierunt mediocritatẽ, quatenus suum inceptum nostra adiuuaret hinc indulgentia, hinc auctoritas. At nos hanc petitionem iusta ratione vigere considerantes, indulsimus cœnobio fratrum libertimam ab omni parte quietudinẽ, vt nihil à loco,

nihil ab Abbate & à monachis & ecclesiis, quæ ibidem sunt, exigatur; nihil in loco & rebus eorum aliud aliquid ab aliquo disponatur & cogatur, nisi ab Abbate. Non quisquam ibi conuentus, non conuiuia, non placita celebret aut ordinet, non quidquam vetet, nihil quidquam quilibet iubeat.

Signum Gerardi Præpositi & Archidiaconi.
S. Gerardi Archidiaconi. S. Guidonis Archidiaconi.....
S. Balduini iunioris Comitis. S. Otberti. S. Guiderici.
S. Gozvvini. S. Hugonis de Sengin. S. Gualteri de Lens.
S. Aleonis. S. Hugonis, filij VVillelmi. S. Elberti.
S. Christiani. S. Abbatis Erchembaldi Atrebatensis.
S. Abbatis Alardi Laubacensis.
S. Abbatis Guirdrici de S. Gisleno.
S. Abbatis Alberti de Maricolis.

Ego frater Gualbertus ex ore Episcopi legi & subscripsi. Actum
1064. Cameraci in Synodo, anno ab incarnatione Domini M. LXIV. Indictione II. regnante Henrico anno XI. præsulatus domini Lietberti anno XIV.

Idem Balduinus Insulanus, Flandriæ Comes, Arnulphum Aldenardensem, eiusq; successores constituit Subaduocatos monasterij Eihamensis, an. 1064.

Balduinus, per Dei clementiam, Princeps Flandrensium VValberto Abbati de Eiham, eiusque successoribus salutem. Quoniam ecclesia Eihamensis, cui præsidis, à me & à coniuge mea ADELA præcipuè fundata, de mensa nostra beneficia, quibus monachi viuere debeant, accepit, dignum duxi Aduocatiam eiusdem ecclesiæ in manu mea & successorum meorum Comitum retinere. Sed quia vicini eiusdem ecclesiæ nonnullas molestias ei inferunt, pro quibus ad nos sæpè recurrere vos oportet; nos verò circa curam nostri Principatus occupati, de singulis minutis rebus non valemus ad adiutoriũ vestrum venire, alia via aggressi sumus vobis consultum facere. Igitur ARNVLPHO de Aldenarda, quia vobis vicinus est, iniungimus supplere vicem nostri in paruis tantùm negotiis; nobis maiora reseruantes. Quod vt oportunè & fideliter agat vel ipse, vel quicumque successorum eius Turrim Aldenar-

denardensem tenuerit, de reditibus ruricolarum, hospitum, aliorumque mancipiorum ecclesiæ, pro quibus tuendis laboraturi sunt, centum solidos, per manus Abbatum vel monachorum, annuatim eis dari decernimus; ea ratione vt nec in ecclesia, nec in omnibus his, quæ ad ecclesiam pertinent, quidquam iuris vel districtionis amplius requirere præsumant. Actum est hoc apud S. Audomarum, præsente coniuge mea Adela, filiis meis Balduino & Roberto, Bouone Abbate S. Bertini, Hugone, Arnulpho de Aldenarda, Reingoto de Gand, anno Domini M.LXIV. 1064.

NOTATIO.

Eihami prope Aldenardam, ad Scaldim, tria monasteria seu potiùs templa Godefridus cognomento Captiuus, Comes Virdunensis, eiusque filius Herimannus (cuius fit mentio in priore Balduini Comitis diplomate iam producto) fundarunt; vt Baldericus in Chronico Cameracensi commemorat. Tria ista templa, cum castello Eihamensi, quod Balduinus Insulanus Flandriæ Comes ab eodē Herimanno Comite emerat, Benedictinis monachis idem Balduinus anno 1063. tradidit; condito ibidem monasterio, cui VValbertum, ex Vedastino cœnobio euocatum, Abbatem præfecit. *pag.* 128.

ARNVLPHVS de Aldenarda] Dominus Pamelæ, vt arbitror.

BALDVINVS INSVLANVS ex Adela, Roberti religiosissimi Regis Francorum filia, liberos sustulit, *Balduinum* cognomento *Hasnonium*, aliàs *Montanum*, Flandriæ & Hannoniæ Comitem, *Robertum Frisium* Flandriæ Comitem, *Machtildem* Roberto Notho, Normanniæ Duci, eidemque pòst Anglorum Regi nuptam, & *Iudithan* VVelphonis IV. coniugem.

BALDVINVS HASNONIVS (à monasterio Hasnonensi à se instaurato sic dictus) ex Richilde, Ragineri IV. Hannoniæ Comitis filia herede, genuit *Arnulfum Infelicem*, Flandriæ Comitem, & *Balduinum Ierosolymitanum*, Hannoniæ Comitem.

Comites Flandriæ ex ſtirpe Balduini Ferrei, itemq; Comites Gandenſes, orti à VVicmanno ſuprà pag. 108. laudato.



Arnulfo Infelice in prælio prope Caſletum an. 1072. cæſo, patruus eius ROBERTVS FRISIVS Comitatum Flandriæ, Balduino Hannoniæ Comiti debitum, occupauit. Is ex Gertrude Saxonica, Florentij I. Hollandiæ Comitis vidua, ſuſtulit *Robertum Ieroſolymitanum*, Flandriæ Comitem, *Philippum* Loenſis monaſterij in agro Iprenſi an. 1093. conditorem, *Guilielmum*, *Adelam* primùm S. Canuto Daniæ Regi, pòſt Rogerio Calabriæ Duci nuptam, *Gertrudem* primùm Henrici III. Comitis Louanienſis, pòſt Theoderici II. Strenui, Lotharingiæ Moſellanæ Alſatiæque Ducis coniugem, & *Ogiuam* Meſſinenſem Abbatiſſam.

Comites Cameracenſes.

Romanis ex Gallia circa an. 410. pulſis, Franci ſucceſſerunt: ex qua gente ſuum olim Regulum RAGNACHARIVM habuit vrbs & pagus Cameracenſis. Hunc Clodouæus I. Francorum Rex Chriſtianus (vt Baldericus in Chron. Cameracenſi lib. 2. cap. 3. & alij commemorant) vnà cum fratribus eius *Richario* & *Rignomere*, circa an. 509. bello vicit, ac necari iuſſit, regnoque Franciæ Cameracum adiunxit. Circa annum 590. temporibus S. Gaugerici Cameracenſis Epiſcopi, vixit VVADDO ſeu VValdo Comes Cameracenſis. Exinde Caroli Calui æuo, Balduinus Ferreus Flandriæ Comes Cameracum poſſedit. Quo defuncto an. 879. Balduinus Caluus & Rodulfus, eius filij, ditiones paternas inter ſe diuiſerunt. Caluo Flandria, & RODVLFO Comitatus Cameracenſis obuenit. Hunc Heribertus Veromanduorũ Comes prælio interceptum anno 898. aut 899. interemit. Qua de re ſic Rhegino in geſtis anni 899. *Rodulfus Comes pagi Cameracenſis, frater Balduini Comitis Flandrenſis, in ira commotus, propter caſtella ab Odone Rege ſibi ablata, S. Quintini & Peronam, dum depradari non ceſſat Abbatiam S. Quintini, ab Heriberto Comite in bello occiditur.*

Patri filium Balzonem ſeu BALDVINVM cognomento BREVEM ſucceſſiſſe, atque extrema demum ætate (cùm annis quinque & ſeptuaginta patri ſuperuixiſſet) an. 973. obiiſſe, ſcribit Meierus. Cui conſonat Lotharij Francorum Regis diploma an. 967. datum, quod ſuprà pag. 115. exſtat. Baldericus tamen in Chron. Cameracenſi lib. 1. cap. 70. alium Cameraci Comitem, ISAACVM nomine, iis ipſis temporibus extiuſſe commemorat, variaſque contentiones habuiſſe cum Fulber-

to Episcopo Cameracensi, qui ab anno 934. vsque ad annum 956. illa
pag. 79. in cathedra sedit. Idem, nisi fallor, Isaacus, cum filio suo ARNVLFO, anno 937. diplomati, per Arnulfum Magnum Flandriæ Comitē Blandinensibus dato, subscripsit. Eiusdem denique Isaaci Comitis filia AMVLRICO Comiti, ex pago Hainau, circa an. 947. nupsit: vt idem Baldericus lib. 1. cap. 73. narrat: qui & de Castellanorum Cameracensium, contra eiusdem vrbis Episcopos, insolentiis multa commemorat. His aliisque rebus motus ERLVINVS Cameracensis Episcopus apud S. Henricum Imp. institit, ac demùm anno 1007. ab eodem sibi suisque successoribus Comitatum Cameracensem impetrauit; iuxta tabulas suprà pag. 141. productas.

CAPVT XCIII.

Lietbertus Cameracensis Episcopus Abbatiam S. Sepulcri (quæ est Benedictinorum, olim extra, nunc in vrbe Cameracensi) anno 1064. fundat ac dotat.

LIetbertus Cameracensis ecclesiæ Episcopus omnibus Christi fidelibus prosperos vtriusque vitæ successus. Temporibus prædecessoris mei domini GERARDI sanctæ memoriæ Episcopi, exorta fames in regionibus nostris adeò inualuit, vt morientium corpora capere
Cambray. non valerent ecclesiastica cœmeteria Cameracensis vrbis. Incidit igitur huic prædecessori meo rationabile consilium, vt extra muros ciuitatis fodere faceret polyandrum, quod receptui foret tot corporibus condendorum pauperum. Iuxta quem locum ecclesiam postea in honore Dominici Sepulcri consecrauit, eamque & terris & familiis dotauit: vt propter reuerentiam tanti nominis sepultura ibi esset pauperibus & peregrinis. Hanc autem ecclesiam amplificare congrua dispositione conabatur, nisi senio iam pressus, post multa præclara opera, morte intercedente, prohiberetur. Ego itaque LIETBERTVS, qui ei successi, tanto & tali animatus exemplo, in prædecessoris mei primitias laboraturus introij: & quoniam parua erat, iuxta ecclesiam illam, monasterium ampliori schemate ædificaui, ipsumque in honore Domini nostri Iesu Christi, & S. Sepulcri eius, & sanctæ Dei genitricis Mariæ,

Mariæ, omniumque Sanctorum Dei consecraui, ædificatoque claustro cum ceteris officinis, Abbatem & monachos eidem loco assignaui. De rebus verò possessionis meę, imperiali concessu & pontificali donatione, ecce coram Deo & præsentibus testibus, istud doto monasterium, ad vsus illorum qui ibi Deo famulaturi sunt: hoc est, in suburbio Cameracæ ciuitatis, Abbatia S. Martini quidquid in manu mea est; parochiales quoque duæ ecclesiæ S. Georgij & S. Mariæ Magdalenæ, altaria cum ecclesiis, minutum teloneum, cambæ & plura curtilia, cum districtu toto, & terræ arrabiles circa Cameracum, quas decambiaui ab Abbate VValdrico S. Andreę Apostoli, cũ aliis pluribus. In eodem Cameracensi suburbio molendinum vnum, alterum & dimidium apud Villam puerorum, cum districtu; item aliud apud Nigellam cum districtu. Concedo etiam in pago Cameracensi villã omnem S. Hilarij, in pago de Hainau Villerellum totum, in Bracbatensi pago ecclesiam de Melin, item villam quæ vocatur Niuuehoua.

S. VValcheri Archid. S. Gerardi Præpositi & Archid.....
S. Christiani militis. S. alterius Ioannis militis.
S. Gilberti militis. S. Herivvardi militis. S. Amolrici militis.
S. Heriberti militis. S. VVidrici militis. S. Rotberti militis.

Actum est hoc Cameraci in eodem monasterio S. Sepulcri, anno ab incarnatione Domini M.LXIV. Indictione II. regnante Henrico Rege Lothariensium anno XII. Episcopatus verò domni Lietberti XIV. Paruinus Notarius & monachus scripsit: VVerimbaldus Cancellarius recensuit. 1064.

Henricus IV. *Imp. possessiones, per Comites Hollandos ecclesiæ Vltraiectinæ ablatas, eidem anno* 1064. *restituit; interuentu Friderici, Godefridi & Gerardi, Ducum Lotharingiæ.*

Henricus diuina fauente clementia Rex. Notum esse volumus omnibus, qualiter nos ea dona, quæ iniustè ablata fuerant sanctæ Dei ecclesiæ Traiectensi à Theoderico Comite, eiusque filiis, tempore Adelboldi eiusdem sedis Episcopi, pro quibus & Imp. Henricus, & auus Conradus, & pater noster Henricus plurimùm laborauerunt, plura

plura bella fecerunt, nos quoque multum laboris impendimus: notum, inquam, esse volumus, qualiter ea ob remedium animæ nostræ, & patris nostri Henrici, aliorumque antecessorum nostrorum, interuentu quoque & consilio Principum nostrorum, Annonis Coloniensis Archiepiscopi, Sigefridi Moguntini, Euerhardi Treuerensis, Athalberti Bremensis, Burchardi Halberstadensis, Friderici, Godefridi, Gerardi, Ducum, & VVilhelmi eiusdem sedis Episcopi, reddimus & restituimus, & regali auctoritate eidem sanctæ ecclesiæ confirmamus.
1064. Data v. Nonas Maij, anno Dominicæ incarnationis millesimo sexagesimo quarto. Actum VVerdæ.

CAPVT XCIV.

Drogo Teruanensis Episcopus anno 1065. talem dat libertatem ecclesiæ Mecinensi seu Mesinensi, qualem Bertefridus Episcopus Ambianensis anno 664. dedit ecclesiæ Corbeiensi.

EGo Drogo, gratia Dei Teruanensis ecclesiæ Episcopus, Comitis Baldevvini, Adelæque vxoris eius, Regis Francorum Rotberti filiæ, iustæ ac diuturnæ petitioni, assensu atque consilio meorum fidelium tam clericorum quàm laicorum, satisfeci. Ii enim in loco, qui dicitur MECINIS, diu noctuque diuino cultui vacantes sanctimoniales atque Canonicos disponere cupientes, eiusdem loci absolutissimam à me petierunt libertatem; quam quidem huiusmodi talemque illis concessi, qualem Bertefridus Ambianensis ecclesiæ quondam Episcopus, petente Lothario Rege ac Bathilde religiosissima Regina, consilioque sui temporis Episcoporum atque assensu, scilicet Genesij, Niphonis,
pag. 11. Ethoaldi, Emmonis, Adonis, Audomari, Audoeni, Audeberti, Burgundipharonis, item Audoberti, Drauscionis, ecclesiæ concessit Corbeiensi; instar ecclesiæ Agaunensis, Lirinensis, basilicæ quoque D. Marcelli. Actum est hoc Teruanæ v. Kal. Iunij, anno incarnationis
1065. Domini M.LXV. Indictione III. regnante Rege Francorum Philippo.
S. Drogonis Episcopi Teruanensis. S. Huberti.
S. VVeremboldi Decani. S. VVarnerij Archid. Teruanensis.
VVerini

S.VVerini Archidiaconi Remensis.
S.Fulcardi Archidiaconi Nouiomensis.
S.Balduini Archidiaconi Ambianensis.

Philippus I. Francorum Rex prædia, per Balduinum Insulanum eiusq; coniugem Adelam Mesinensi monasterio attributa, an.1066. confirmauit.

Ego Philippus Francorum Rex notum volo fieri cunctis, quòd Comes Baldevvinus coniuxque Adela Flandriæ Comitissa, Roberti Francorum Regis filia, maiestatis nostræ Serenitatem adiere, deprecantes quatenus ecclesiæ Mecinensi libertatē, quam facere dispoſuerat pater meus Henricus in vita sua, facerem ego. Quorum supplicationibus condescendens, libertatem, quam Comes Baldevvinus Adelaque vxor illius expetiere, nolui denegare. Hæc sunt autem, quę possederit Abbatissa: ecclesiā eiusdem loci & altare, vicum & terras infrà Rosebecam & Duniam, in territorio Furnensi octo berquerias, apud Furnes mansum vnum, Drusloni apud Eches in Mempisco septem mansa terræ, apud VVideschat viginti octo mansa terrę, altare de VVarnesston, apud Ferlinghem dimidiam vacceriam, in villa quam appellamus Duplices Montes curiam & molendina, & duodecim mansa terræ, & portam aquæ, villam quamdam Crucicolas nominatam, sitam iuxta S. Pauli opidum, duo mansa terræ apud Lambrenc, apud Duacum terram quę diuiditur in duodecim particulas, quam VValdricus dedit S. Mariæ, tunc temporis eiusdem ecclesiæ Præpositus. *Deulemont.* *Croisettes*

Hæc sunt verò quæ Canonici possederint: decimam ipsius villæ Mecinensis, in territorio Furnensi duas berquerias, in eodem territorio apud Affringhem septem mansa terræ, apud VVideschat tredecim hortos, apud Ipram decem libras denariorum de censu, apud Ferlinghem duo pensa caseorum, apud Duplices Montes centum solidos, apud Bruges alodiū persoluens XII. solidos, apud Alevvangne vnum mansum terræ, ecclesiā S. Richarij, apud VVideschat mansum vnum, tam monialibus quàm Canonicis datum à Manechino, iuxta Rosebecam mansum vnum Decano habendum cum viginti solidis de censu rusti-

rusticorum eiusdem villæ Mecinensis. Huic diffinitioni hi testes interfuerunt, tam de parte Regis & Baldevvini Comitis, quàm de parte Comitissæ.

Baldevvinus Comes de Montibus, filius Baldevvini Comitis.
Ingelramnus Magister Regis. Fredericus de Curbulo.
Hugo de Blois. Ingelramnus de Villers.
Robertus filius Gisfardi. Robertus Burgundigena.
Comes de Gisnes. Radulfus de Tornay. Robertus de Peronia.

1066. Actum Furnis anno ab incarnatione Domini millesimo sexagesimo sexto, Indictione quarta, regnante Rege Philippo, anno post obitum patris sui Henrici VI. Ego Gofridus gratia Dei Parisiorum Episcopus, & eodem tempore Regis Cancellarius, relegi & relegendo subscripsi. Signum Baldevvini Comitis.

NOTATIONES.

HVGO de Blois] gener Philippi Regis, Comes Trecensis, pòst Téplarius, frater Henrici-Stephani Comitis Trecensis.

GOFRIDVS] al. Iofredus & Gaufredus, Ep. Parisiensis, God. Bullonij patruus: ad quem exstat epist. 20. Gregorij VII. Papæ lib. 4.

Ceterùm Henricus I. Rex PHILIPPVM filium suum septennem Remis Regem an. 1059. Indictione XII. die festo Pentecostes, X. Kal. Iunij vngendum curauit. Atque hinc annos Philippi incohandos, patet ex fine & numero annorũ regni eius. Obiit autem Philippus an. 1108. II. Kal. Augusti, cùm annos 49. menses 2. & dies 7. regnasset. Filius eius Ludouicus Crassus eodem anno postridie Kalendas Augusti fuit consecratus, & an. 1136. Kalendis Augusti decessit: vt Anselmus Abbas Gemblacensis in suo Chronico à nobis edito tradit.

Reges

Reges Francorum ex familia Capetica: de cuius origine vide pag. 158.



CAPVT XCV.

Balduinus Insulanus, Flandriæ Comes, Insulense Canonicorum collegium à se institutum dotat, & basilicam an. 1055. *ædificari cœptam curat an.* 1066. *consecrandam, præsente Philippo Francorum Rege.*

EGO BALDEVVINVS Flandrensium Comes Marchio, & Philippi Francorum Regis, eiusque regni Procurator & Baiulus, coniugis meæ ADELÆ, & filij mei BALDEVVINI salubri acquiescens consilio, basilicam in honore S. Petri Apostolorum principis à fundamento construens, congregationem Canonicorum in eadem Dei misericordiam, pro anima mea & antecessorum meorum, vxorisque meæ ac filiorum meorum, & omnium Dei fidelium, die nocteque exorare institui, eisque ad vsus necessarios de rebus possessionis meæ tradidi, quę inferiùs continentur, libera videlicet omnimodò & ab omni dominatione seu potestate cuiusquam absoluta: excepta eius, quem Præpositus & Canonici eiusdé ecclesiæ, in loco à progenitoribus ISLA nominato fundatæ, communi elegerint voluntate: qui & ipse quoque tamdiu & non vlteriùs eorum rebus præsit, quamdiu eis placuerit. In territorio Islensi.....Actum apud Islam in S. Petri basilica, coram Philippi Francorum Regis præsentia, anno VII. imperij eius, anno ab incarnatione Domini M. LXVI. Indictione IV. astantibus quàm plurimis nobilibus & idoneis testibus, clericis atque laicis.

Lille.

1066.

Signum Baldevvini iunioris Comitis.
S. Iaac de Valencines. S. Balduini Nouiomensis Episcopi.
S. VVidonis Ambianensis Ep. S. Drogonis Taruanensis Ep.
S. Fulcardi Nouiomensis Archid. S. VVarneri Taruennensis Ar.
S. VVarmundi Cameracensis Archid. S. Clareboldi Pincernæ.
S. Theoderici Dapiferi. S. Rengoti de Gandauo.
S. Anselmi Calui. S. Roberti Aduocati. S. Ioannis Aduocati.
S. VValteri Duacensis. S. Hugonis fratris eius.
S. Rudolphi Tornacensis. S. VVederici Tornacensis.
Ego Balduinus Cancellarius subscripsi.

NOTA-

NOTATIONES.

ISAAC de Valencines.] Fuit is Comes Valentianensis, *de Valenciennes*, idemque Comes Cameracensis, à Balderico in Chron. Cam. non vno loco memoratus.

ROBERTVS] Aduocatus ecclesiæ Atrebatensis, Dominus Betunię.

VVALTERVS Castellanus] Duacensis.

RVDOLPHVS Tornacensis] ecclesiæ Aduocatus, nisi fallor.

VVEDERICVS Tornacensis] fuit Dominus de Auesnes, Condè & Leuse, vt arbitror. Dicitur autem Tornacensis, quia Castellaniã Tornacensem aliquamdiu fortasse possedit. VVederici filiam *Adam* duxit Fastradus de Oisy Aduocatus Tornacensis, qui an. 1098. vixit.

CAPVT XCVI.

Lietbertus Cameracensis Episcopus, amotis Canonicis secularibus (vt vocant) regulares substituit in Cameracensi S. Autberti cœnobio, an. 1066.

LIetbertus, Dei gratia, Cameracensium Episcopus successoribus suis Episcopis & ceteris Christi fidelibus sempiternam gloriam. Est quoddam monasterium infrà muros Cameracæ ciuitatis, in honore SS. Apostolorum Petri & Pauli, sanctique AVTBERTI confessoris, eiusdem ciuitatis Episcopi, ibidem corpore quiescentis, consecratum, vbi retrò deseruiebatur officio Canonicorum: quibus iniunctam seruitutem negligentibus, cœpit locus ille vilescere, & indies à prioris honorificentiæ statu declinare. Hoc ego considerans condolui, cœpique animo voluere, qualiter meliùs ad diuinum cultum possem releuare. Tandem zelo Dei animatus, & fidelium nostrorum consilio roboratus, regulares Canonicos, de communi viuentes & nihil proprium habentes, & eiusdem professionis & ordinis Abbatem eo in loco constitui, restauratis & alibi restitutis præbendis Canonicorum illorum, qui proprium retinentes illic communiter viuere noluerunt. Ædilitatem verò & Præposituram, quæ mei iuris erant, præter anti-

qua bona huius loci, per consilium Archidiaconorum & Canonicorum & ceterorum fidelium nostrorum, huic ecclesiæ contuli, & insuper potestatem donandi præbendas Abbati concessi.

Signum Henrici IV. Regis.

Sigishardus Cancellarius, vice Sigifridi Archicancellarij, recognoui. Data anno Dominicæ incarnationis M.LXVI. Indictione quarta, anno autem ordinationis Henrici quarti Regis XIII. regni verò X. Actum Triremundi.

1066.

NOTATIO.

S. AVTBERTVS] al. Aubertus & Audebertus, Cameracensis & Atrebatensis Episcopus (cuius nomen indignus gero) Martyrologij Rom. tabulis die 13. Decembris adscriptus, an. 658. Landerici Parisiensis Episcopi priuilegium San-Dionysianum, & an. 664. Berthefridi priuilegiũ Corbeiense, suprà pag. 11. recitatum, signauit. Landelinum ex baptismi fonte susceptum sacris litteris imbuit, & fallente diabolo abductum ad meliorem vitam reuocauit: qui S. Landelinus postea quattuor monasteria, Laubiense, Alnense, Crispiniense & Vasslerense excitauit. Aubertus porrò S. Vedasti corpus apud Atrebates cleuauit, & in loco diuinitus designato monasterium construxit, quod hodie est illustris Vedastina Benedictinorum Abbatia. Idem Cellense monasterium à S. Gisleno, & Melbodiense à S. Aldegunde exstructum consecrauit. S. Vincentium Comitem, Altimontensis & Sonegiensis ecclesiarum conditorem, eiusque coniugem S. VValdetrudem, nobilium virginum Canonicarum Montibus Hannoniæ fundatricem, & huius sororem iam dictam S. Aldegundem ad vitæ seuerioris disciplinam traduxit. Eodem S. Auberto hortante Dagobertus Francorum Rex, pro familiaris amicitiæ gratia, qua eum singulariter amabat, fratribus in Cameracensi ecclesia B. Mariæ famulantibus Onengiam & Quarubium, *Onaing* & *Couroube*, inter Valentianas & Condatum, donauit. Sepultus autem fuit S. Aubertus in ecclesia B. Petri, quæ extra muros vrbis Cameracensis tunc erat, nunc autem, ampliatis mœnibus, est intra vrbem: vt Baldericus in Chron. Cameracensi loquitur. Ecclesia porrò ista S. Petri, quæ nunc S. AVBERTI Abbatia est, primùm Canonicos seu clericos habuit sæculares, vt vocant: quibus amotis Lietber-

Leb. Asne, Crespin, VVasser,

Maubeuge.

S. Obert.

Lietbertus Episcopus an. 1066. substituit regulares; Bernardo primo Abbate nominato. Cuius quidem cœnobij sodales, vt & Montis S. Eligij prope Attrebatum, veste coloris violacei vtuntur: quod illis inter Belgicæ nostræ Canonicos regulares est proprium ac peculiare. Vitam S. Auberti scripsit Fulbertus Doctor clarissimus, idemque postea Camutensis Episcopus, vt existimo; quam Surius mutilam edidit. Exstat autem integra Cameraci in dicta Abbatia, quæ patroni sui sacrum corpus religiosè adseruat.

CAPVT XCVII.

Theoduinus Leodicensis Episcopus Huiensem Canonicorum B. Mariæ ecclesiam dotat, an. 1066.

EGo Dietvvinus, Leodicensis gratia Dei Episcopus, exemplo domini Richarij, Euracri, Notgeri, aliorumque decessorum huius sedis, qui multa sibi & successoribus subtrahentes, laborantibus inopia congregationibus piè & misericorditer subuenerunt, ecclesię in Hoyo sanctæ Dei genitricis Mariæ sanctique Domitiani contuli ad vsus fratrum... Quoniam verò in eadem ecclesia requiem elegi in sęculũ sæculi, eam cum appendicibus, ecclesiis & omni clero, ab omni subiectione Archidiaconi absoluimus, & eorum omnium curam Decano eiusdem delegauimus. Hæc omnia ritè peracta ipso die, quo ecclesiam dedicaui, adiuuante Lietberto Cameracensi Episcopo. Golbertus Archidiaconus alta voce recitauit sine contradictione. Testes,

VVolbertus Decanus, Aistulphus Cantor, Franco Scholasticus:
Laici verò, Comes Adelbertus, Comes Henricus, Comes Cono,
VValterus Aduocatus ecclesiæ, Godescalcus de Cennaco,
Godefridus & Arnulphus de Florines,
Theodericus de Floreffia, & frater eius Christianus,
Hermannus de Heis, Stephanus de Fals.

Facta sunt hæc anno ab incarnatione Domini millesimo sexagesimo sexto, Indictione IV. anno Episcopatus domini Dietvvini XVIII. Regis Henrici XI. Ego Franco Scholasticus recognoui. 1066.

Eiusdem

Eiusdem Theoduini Episcopi diploma alterum.

Ego Theoduinus, Dei gratia, Leodicensis Episcopus, notum esse volo tam præsentibus quàm futuris, qualiter post libertatem Hoiensis ecclesiæ, quam Maternus beatæ memoriæ Episcopus consecrando primitiauit, adiecerim libertatem etiam villæ. Præfatam siquidem ecclesiam à fundamentis ad laquearia, à laquearibus & vltrà reædificaui: quam etiam in auro, argento, gemmis & prædiis, pro modulo meo ditaui. Prænominata verò villa, pro libertate sua, ad sumptus ecclesiæ necessarios, omnia mobilia sua primò mihi tertiauit; qua libertate vt ampliùs frueretur, postmodum dimidiauit. Die tertio dedicationis Hoiensis ecclesiæ hæc omnia supradicta à me ipso corroborata sunt & confirmata sub anathematis vinculo, & a cooperatore Lietberto Cameracensi Episcopo, & ab omnibus sacerdotibus inibi astantibus.
1066. Acta sunt hæc anno Domini M.LXVI. Indictione IV. pontificatus nostri anno XVIII. regni verò Henrici XI. Testes

Godefridus Dux Lotharingiæ, Albertus Comes Namucensis,
Henricus Comes Luceburgensis, Cono Comes Montis-acuti,
VValterus Aduocatus eiusdem ecclesiæ, Godescalcus de Cennaco,
Godefridus & Arnulphus de Florines,
Godefridus de Floreffia, Christianus eius frater.

CAPVT XCVIII.

Balduinus V. Insulanus, Flandriæ Comes, VVinnocibergensis ecclesiæ (quæ primò Canonicorum fuit, nunc est monachorum Benedictinorum) originem, mutationem & possessiones recenset, an. 1067.

EGo Balduinus, Dei gratia Flandrensis Comes, notum facio tam præsentibus quàm futuris, quòd *Balduinus Caluus* Flandrensis Comes, in inferioribus partibus burgi Bergensis, in honore sanctorum confessorum Martini & VVinnoci ecclesiam fundauit, & Canonicos, qui

qui diu noctuque Deo seruirent, ibidem instituit; ecclesiam quoque rerum affluentia ditauit, & sacrum corpus B. VVINNOCI, quod præ timore hostium, multis antè temporibus, à VVormhout in Sithiu erat translatum, reportauit, & in præfata ecclesia Bergis collocauit. Euoluto igitur multorum annorum circulo, patet meus *Balduinus Barbatus*, suscepto Flandrorum principatu, ampliare volens cultum Domini, ecclesiam amplioris magnificentiæ, in superiori parte Bergensis burgi, construxit: vbi sacrum corpus B. VVinnoci, cum omnium Canonicorum constitutione, reportauit & transportauit. Sed quoniam rerum affluentiam delitiæ, delitias autem comitatur Dei mandatorum obliuio, præfati Canonici, circa ea quæ Dei sunt non nimis deuoti, imò penitus ignaui reperti sunt.

Quod vbi inclyto Comiti Balduino patri meo innotuit, radicem vitiorum, ne ampliùs pullularet, funditus exstirpauit. Nam præfatos Canonicos ab ecclesia amouit; sed quia de nobili erant prosapia, præfatus Comes ita dispensauit, quòd partem possessionis iam dictæ ecclesiæ eis reliquit. Illis igitur amotis, locum venerabili *Roderico*, tunc temporis Abbati S. Bertini, regendum commisit. Canonici verò omnia ecclesiæ priuilegia ablata secum asportarunt. Postea verò memoratus Comes præfatæ ecclesiæ monachos induxit, quibus *Rumoldum*, virum per omnia laudabilem, Abbatem præfecit.

Interim præfato Comite Balduino defuncto, ego *Balduinus* eiusdem filius, Dei gratia Flandrorum principatum suscepi. Ego igitur indigentiam monachorum ibidem Deo famulantium considerans, suggerente etiam ADELA Comitissa, vnà cum filiis meis *Balduino* atque *Roberto*, hoc pro salute mea & successorum meorum, per manus Rumoldi Abbatis, Deo sanctoque VVinnoco in perpetuum condonaui, videlicet totam decimam de VVormhout, totam de Ipra, totam de VVarheem, totam de Hoymilla, totam de Ghiuelda, totam de Oxhem, totam de Dunkercka, totam de Coudekercka, totam de Sintonis.....

Actum est hoc Bergis in solenni curia Pentecostes, anno Dominicæ incarnationis millesimo sexagesimo septimo, Indictione quinta, adstante *Drogone* Teruanensi Episcopo, qui iussu Comitis, ne quis hanc pactionem infringeret, excommunicatione firmauit, in præsentia sacri corporis S. VVinnoci, in suburbio ipsius castri. 1067.

Signum Balduini glorioſi Comitis. S. Adelæ Comitiſſæ.

S.Balduini atque Roberti, filiorum eius.
S.Eustachij Comitis Boloniæ. S.Rogerij de S.Paulo.
S.Anselmi de Husden. S.Ioannis Atrebatensis.
S.Hugonis Anet. S.Getbodonis Aduocati de S.Bertino.
S.Raingoti de Gant. S.Balduini de Gant.
S.Alardi Emes. S.Cononis filij eius.
S.Erembaldi Castellani de Brugis.
S.Erkenberti Præpositi, & aliorum multorum.

NOTATIONES.

S.MARTINI templũ apud VVinnocibergenses hodie est parochiale, olim Canonicorũ sedes, in decliuiore opidi parte. At S.VVINNOCI Abbatia in colle sita est, & intra muros opidi: in qua etiamnum sacra eiusdem ossa religiosè adseruantur. Fuit is S.Bertini in Sithiu discipulus. De vtroque sic Ioannes Iperius Abbas in suo ms. Chronico Bertinensi: Heremarus vir nobilis villam suam, *VVormhoult* dictam, in Flandria, suprà fluuium Pena, B.Bertino tradidit. Bertinus verò considerans viros Dei, VVinocum & tres fratres eius, in Dei seruitio plùs ceteris profeciſſe, eos illò misit monasteriolum construere, conuentum congregare, Christiq́ue pauperibus hospitia præparare. Quibus HEREMARVS villam suam VVormhoult, cum appenditiis, priuilegio suo firmauit: quod sic incipit: *Omnibus præsentibus & futuris, qui Christiana censentur &c. Actum in Sithiu monasterio, Kalendis Nouembris, anno primo Hildeberti Regis.* Illi conuenticulo B.Bertinus concessit præesse S.VVinocum; vbi miraculis concomitantibus Domino finetenus inseruiuit. Sic Iperius in citato Chronico; qui de S.Winoco, eiusq́ue tribus fratribus hæc itidem commemorat: Circa annum 661. B.Winocus, Iudicialis Britonum Regis filius, & S.Iudoci frater, spreto mundo, sub B.Bertino in Sithiu monasterio monachus efficitur, cum tribus fratribus suis, Kadanoco scilicet, Ingenoco & Modoco. Præerat tunc B.Bertinus turbæ CL. monachorum, inter quos Winocus, quasi stella matutina, præ ceteris clarescebat. Hactenus ex Iperio. Obiit autem S. Winocus an. 717. hoc ipso in cœnobio Wormholtano conditus, indeq́ue postea Bergas translatus. Wormholtum porrò, *VVormhout*, vicus

vicus est celebris secundo lapide à Bergis S. Winnoci; cuius vici Comitem se nuncupat Abbas Winnoci-Bergensis.

BALDVINVS CALVVS, Flandriæ Comes, Balduini Ferrei filius Bergas an. 920. muris ac vallo muniuit. Ex Elstrude, Elfredi Anglorum Regis filia, sustulit Arnulfum Magnum in dicto Comitatu successorem, & Adolphum seu Adololphum Bononiæ Comitem. Obiit 918. in Blandinio conditus.

BALDVINVS BARBATVS, Balduini Insulani pater, an. 1029. cœnobium Bergense construxit, monachos ex Bertinensi Abbatia euocauit, eisque prædia Canonicorum Bergensium, quos Caluus fundarat, census item VVormholtanos adsignauit. Decessit an. 1036. sepultus in eodem Blandinensi monasterio iuxta Gandauum.

CAPVT XCIX.

Godefridus Magnus, Lotharingiæ superioris & inferioris Dux, rogante coniuge sua Beatrice, in ecclesia S. Dagoberti martyris, in Lotharingiæ opido Sathanaco sita, monachos Gorzienses an. 1069. collocat, amotis Canonicis.

EGO GODEFRIDVS Dei gratia Dux & Marchio, instinctu & supplicatione venerandæ collateralis nostræ BEATRICIS multoties sollicitatus, considerans ecclesiam S. *Dagoberti* apud Sathanacum, villam iuris nostri, & pretiosis ipsius sancti martyris ossibus & multis aliis Sanctorum pignoribus illustratam, sed à Canonicis inibi sub carnali vita degentibus, & sua potiùs quàm diuina quærentibus vsquequaque neglectam; virum boni testimonij & sanctæ conuersationis Henricum Gorzienſem Abbatem, & monachos eius, cum consilio domini Cuonradi, sanctæ Treuerorum sedis Archiepiscopi (in cuius diœcesi locus ipse situs erat) ceterorumque fidelium Dei ac nostrorum, conuocauimus, & illis remotis istos in locum eorum substituimus. Quapropter notum esse volumus tam futuris quàm præsentibus sanctæ Gorzienſis ecclesię filiis & fidelibus, quia ecclesiam iam dictam S. Dagoberti S. Gorgonio & Abbati Gorzienſi Henrico & successoribus *Stenay.*

cius legali donatione concedimus & confirmamus, & omnibus rebus sibi ex antiquitate appendentibus delegamus, id est, in dotibus altaris, in decimis, campis, pratis, pascuis, siluis, piscationibus, censibus, capaticis & omnibus aliis pertinentiis. Præterea superaddimus eis iudiciarium mansum; superponimus cum reditibus suis ecclesiam sitam apud villam Mosacum..... Et vt hæc donatio & confirmatio perpetuũ memoriale obtineat, hanc descriptionẽ testamentalem iussimus exarari, & nostri sigilli impressione, simulque testium idoneorum affixione signari.

Signum Godefridi Ducis. S. Beatricis coniugis suæ.
S. Godefridi filij sui. S. Geselini Comitis.
S. Fulconis Comitis. S. Helbranni Castellani.
S. Herbranni filij sui. S. Alberti filij sui.
S. Gisleberti, Godescalci, Roderici, Balduini,
Godefridi, Hugonis, Theobaldi, Herberti, Warini,
Rogeri, Ratholdi, Rudolphi, Richeri, Alonis.

1069. Actum Bulioni, anno Dominicæ incarnationis millesimo sexagesimo nono, Indictione VII. regnante Henrico, filio Imperatoris Henrici, anno regni eius XIII.

NOTATIONES.

Godefridus Magnus, aliàs Barbatus, Gothiloni patri, adhuc viuenti, in Ducatu Lotharingiæ Mosellanæ suffectus fuit: vt Hermannus Contractus in Chronico testatur. Pòst ab Henrico Imp. Ducatu isto spoliatus, in Italiam se contulit, & posteriorem ibi coniugem duxit *Beatricem*, Frederici II. Ducis Mosellani filiam, Bonifacij Tusciæ Marchionis viduam. In Galliam demum reuersus, Ducatum Lotharingiæ inferioris ab Imperatore obtinuit. Ex priore coniuge, cuius nomen ignoratur, liberos sustulit, *Godefridum Gibbosum* Lotharingiæ inferioris Ducem, *Idam* Eustathij II. Comitis Bolonienſis coniugem, Godefridi Bullonij matrem, & N. alteram filiam, cuidam in Germania Comiti nuptam, & in Hirsaugiensi monasterio sepultam: vt Bertoldus in gestis anni 1093. notat. Obiit autem God. Magnus anno 1070. aut 1069. iuxta eiusdem Bertoldi calculum.

Stemma

Stemma Godefridorum, Ducum Lotharingiæ superioris seu Mosellanæ, & inferioris seu Ripuariæ.



CAPVT C.

Arnulfus Ardæ Dominus, monasterij S. Bertini in ditione Gisnensi Aduocatus, Canonicorum collegium in opido Ardensi, diœcesis olim Teruanensis, nunc Bolonien sis, in honorem S. Audomari an. 1069. fundat ac dotat: quod Balduinus itidē Ardæ Dominus an. 1144. in Abbatiam ord. Præmonstratensis vertit.

EGo Drogo, gratia Dei, Teruanensis ecclesiæ Antistes notificare volo fidelibus tam præsentibus quàm futuris, me concessisse, precibus cuiusdam petentis nostri ARNVLPHI scilicet Aduocati,

Ardres. non abnuenda petentis, altare de ARDA, libertatis ad instar S. Marię, in qua requieſcit corpus S. Audomari: ea ſcilicet conditione, vt ſub patrocinio eius, ſucceſſorumque eius, perpetuò omnis debiti exactione ſolutum maneat, dum tamen nobis ſucceſſoribuſque noſtris duos ſolidos in Cœna Domini Teruanæ annuatim perſoluat. Duæ autem partes oblationum eiuſdem altaris deputabuntur Canonicis ibidem Deo ſeruituris; tertia verò cum cera tota ad luminaria, & ad reſtaurationem eccleſiæ. Hæc igitur ſunt, quæ idem Arnulfus pro anima ſua, & vxoris ſuæ, & filiorum ſuorum, ibidem Deo & Canonicis dat: decimam eiuſdem villæ de omnibus, vnicuique Canonico curtillū vnum liberum in eadem villa, decimam de Frelinghē & Rolinghem, in Pepelinghem decimam eiuſdem villæ, decimam de Walainis, & molendinum vnum, & curtillum vnum liberum in Elcetho, altaria quoque de Hondeſcoto & de Bouingia, & de Suanekia, quæ erant de beneficio eius. Pro quibus, ad honorem noſtri & ſucceſſorum noſtrorum, quinque ſolidi dabuntur, in ſubſtituendo Decano, qui ad Synodum veniet. Molendinum quoque, quod eſt in Orientali parte caſtelli Ardeæ, & cum terra apud Bladringhem, & in Blendeka terram ad carrucam vnam liberam.

1069. Actum Teruanæ, anno incarnationis Domini M. LXIX. Indictione VII. regnante Rege Philippo, adſtantibus idoneis teſtibus, quorum nomina ſubſcribuntur.

S. Drogonis Epiſcopi. S. Huberti. S. Warneri Archidiaconorum.
S. Geroldi Decani. S. Grimolandi Cantoris. S. Gerardi.
S. Arnulfi Aduocati. S. Sicardi Deſcoches. S. Gerardi Godnach.
S. Adelonis. S. Regeneri. S. Balduini de Vphen.
S. Ernulphi. S. Heberti. S. Galandi. S. Frumoldi. S. Euſtathij.

CAPVT

CAPVT CI.

Eustathius II. *Comes Boloniæ, & vxor eius Ida, parentes Godefridi Bullonij Regis Hierosolymitani, an.* 1070. *prædiis ac priuilegiis dotant Lensense Canonicorum in Artesia collegium, à maioribus suis fundatum.*

EGO EVSTATHIVS Bolonienſium Comes, & vxor mea IDA, eccleſiam in loco iſto qui appellatur *Lens*, ab anteceſſoribus noſtris honorificè conſtitutam, ſpecialiter cupimus exaltare. Liberam igitur poteſtatem concedimus Canonicis aſſumendi quemcumque voluerint Aduocatum; qui tamdiu & non vlteriùs eorum rebus, vel eorum cauſis præſit, quamdiu eis placuerit. Altaria etiam S. Mariæ & S. Laurentij ab omni ſeruitute libera eſſe oſtendimus. Et vt noſtra eccleſia foret æqualis aliis quæ gaudent dote libertatis, ſcilicet S. Mariæ Atrebatenſis, & S. Gaugerici Cameracenſis, multùm laborauimus, & Deo gratias, laudante *Lietberto* Epiſcopo, ad finem perduximus... Quicumque igitur noſtræ diſpoſitionis ſtatutũ reſcindere conatus fuerit, ſicut à *Philippo* Rege Francorum & Comite Flandrenſium eſt imperatum, x. vncias auri & LX. libras argenti, & bannum Regis perſoluat. Anno ab incarnatione Domini M.LXX. Indictione VIII. apud Lens, in baſilica S. Mariæ hæc peregimus, & nobiles clericos ſeu laicos, ad huius rei teſtimonium confirmandũ, conuocauimus: quorum nomina ſubſcripta ſunt. 1070.

Signum Tiebaldi Decani & Cuſtodis & Præpoſiti.
S. Rainaldi presbyteri. S. Roberti diaconi. S. Leduvvini ſubdiac.
S. Bernardi Caſtellani. S. Roberti fratris eius.
S. Hugonis de Senguin. S. Engelardi. S. Rodulphi Wiſpelleinti.
S. Leotoldi de Huluch. S. Letardi de Anechin.

Lietber-

Lietbertus Cameracensis Episcopus, petente Eustathio II. *Comite Bolonienſi ac Lensensi, varia priuilegia Lensensi Canonicorum collegio concedit, an.* 1070.

Ego LIETBERTVS, Dei gratia Cameracensis Episcopus Comitis *Eustathij*, & vxoris eius *Idæ* Comitissæ religiosæ iustis petitionibus, sed & *Arnulphi* Flandrensium Comitis concessu, ipso & *Philippo* Rege Francorum annuente, ecclesiam quam apud *Lens*, in honore sanctæ Dei genitricis, Dei cooperante misericordia, consecrauimus; & eiusdem loci Canonicorum sustentationem siue gubernationem ab omni exactione Episcopi & ministrorum eius, censu videlicet vel reditu, amodò liberam esse permittimus. Et si quid ampliùs libertatis ecclesia S. Gaugerici Cameracensis, imò ecclesia S. Mariæ Atrebatensis habere dignoscuntur, ipsi Lensenses Canonici simili pace sua possideant.
1070. Actum apud Lens in basilica S. Mariæ, anno M.LXX. Indictione VIII. Epacta VI. quod in præsentia subscriptorum testium signauimus.

SS. Gerardi & Werrici Archidiaconorum. S. Mascellini.
S. Hazecoti. S. Alardi. S. Tietboldi Decani.
S. Rainoldi & Membodonis presbyterorum.
S. Raineri diaconi. S. Liduini subdiaconi.

Ego Lietbertus, Dei gratia, Cameracensis Episcopus hoc priuilegium manu propria confirmaui.

NOTATIONES.

EVSTATHIVS I. Comes Bolonienſis ab Andrea Quercetano & aliis nuncupatur filius Ernuldi seu Ernulfi Comitis Pontiui, ab aliis Rodulfi Comitis Gisnensis.

Stemma

Stemma Comitum Bolonienſium.



Cc MATHIL-

MATHILDIS] Idæ & Rainaldi Dom-Martinensis filia, Comitissa de Bologne, Dom-Martin & Mortaing in Normannia, duos habuit maritos; *Philippum* Clari-montis Comitem, Philippi Francorum Regis filium, & *Alfonsum* Portugalensem, qui demùm Rex Portugaliæ obiit. Testamentum an. 1241. à Mathilde scriptum infrà suo loco recitabimus. Ex priore marito nata est IOANNA, vxor Gualteri de Castellione, quæ sine liberis ante matrem obiit. Post Ioannæ obitum, MARIA, Henrici I. Brabantiæ Ducis & Mathildæ Bolonienſis filia, Othonis IV. Imp. vidua, an. 1259. à Parlamento Parisiensi declarata fuit heres Comitatus Bolonienſis. Mariæ sine liberis defunctæ successit soror MARGARITA, aliàs Alidis, Guilielmi Aruerniæ Comitis vidua; & huic filius ROBERTVS Aruerniæ ac Boloniæ Comes.

CAPVT CII.

Robertus Frisius, Flandriæ Comes, anno 1072. *confirmat possessiones monasterij S. Petri Gandensis.*

ROtbertus, Dei gratia, Comes Flandriæ tam futuris quàm præsentibus in perpetuum. Petitioni dilecti nobis Abbatis *Folcardi*, & fratrum in ecclesia S. Petri Gandensis Deo seruientium, assensum præbentes, omnia à prædecessoribus nostris prædictæ ecclesiæ tradita contradimus. Actum anno Domini M.LXXII. regnante Rege Francorum Philippo. 1072.

S. Rotberti Marchisi, S. Folcardi Castellani Gandensis,
S. Lamberti filij eius, S. Alardi fratris eius,
S. Balduini, S. Eustathij, S. Hugonis, S. Arnulphi filij eius,
S. Asserici de Afna, S. Reineri patris eius,
S. Expolsi de Suinarde, S. Asserici de Munte,
S. Luberti de Didelsuena, S. Rozonis de Melna,
S. Ioannis de.... S. Elberti de Rosebeca,
S. Ioan. de Buthem, S. Arnulfi de Hardopa, S. Sifridi de Marck,
S. Eustathij de S. Audomaro, S. Walerici de Niuela.

Brux-

Bruxellenſis SS. Michaëlis & Gudilæ eccleſia, in qua Lambertus Baldricus Comes Louanienſis XII. *Canonicos an.* 1048. *collocarat, à Lietberto Cameracenſi Epiſcopo an.* 1073. *libertate donatur; petente Henrico* II. *Comite Louanienſi, Baldrici filio.*

LIETBERTVS Dei gratia Cameracenſis Epiſcopus. Cùm à Comite HENRICO ſuper eccleſia Bruceſellenſi, in qua pater eius LAMBERTVS Comes Canonicos poſuerat, poſtularetur, propter Deũ & amorem Comitis, vtilitati etiam eccleſiæ noſtræ conſulens, annui ipſius petitioni. Annui enim & annuo, vt ipſa Bruceſellenſis eccleſia libera ſit amodò à Perſona, & ab omni redemptione: excepto quòd per ſingulos annos in feſtiuitate S. Lucæ Euangeliſtæ, id eſt, in dedicatione Cameracenſis eccleſiæ, duo ſolidi mihi vel ſucceſſoribus meis, pro ipſa eccleſia ſoluantur, Bruceſellenſis monetæ. *pag.* 89.

Signum Gerardi Archidiaconi. S. iterum Gerardi Archidiac.
S. Henrici Comitis. S. Reineri Comitis, eius fratris.
SS. Caſatorum noſtrorum. S. Ioannis. S. iterum Ioannis.
S. Amelrici. S. Balduini. S. Engebrandi S. Oilardi.
S. Falconis. S. Gillardi. S Hugonis. S. Herimberti.

Actum eſt hoc Cameraci, anno ab incarnatione Domini milleſimo ſeptuageſimo tertio, Indictione XI. regni Henrici Regis XXII. anno præſulatus domni Lietberti Epiſcopi XXIII. 1073.

Godeſcalcus Niuellenſis eccleſiæ Præpoſitus eidem ſuæ eccleſiæ benefacit, circa an. 1073.

EGO GODESCALCVS eccleſiæ miniſtrorum vltimus, Præpoſitorum indigniſſimus, prædiola eleemoſynarum mearum ſtipendiis acquiſita *Lathuy* & *Boulines* piiſſimæ dominæ meæ S. Gertrudi tradidi, congregationis ipſius ad vſum. Ipſa verò congregatione ſubmonente, tres libras denariorum animæ meæ ſeruitio deſtinaui; vnde triginta ſolidi duobus presbyteris pro Miſſa quotidiana ſoluentur, reliqui *pag.* 165.

verò ad luminare non deficiens locabuntur. Verùm ne hac dispositione frustrentur, possessiunculam, quæ dicitur *Aldonu Mons*, ad hoc statui. Ecclesiam porrò de Aldonis monte dominus LIETBERTVS Cameracensis Episcopus, licentia domini Leodiensis Episcopi, consecrauit, quæ ecclesia membrum est ecclesiæ de Rothauia, vbi pertinet decima de Aldonis monte.... Actum & confirmatũ Niuellæ, in monasterio S. Gertrudis, tempore Henrici Regis, qui sæpè de Saxonibus triumphauit, Duce Godefrido Gibboso, Comite Louanij Henrico, Lamberti filio, Rikesa Abbatissa, Mathilde Præposita, Ruzela Decana.

Signum ipsius Abbatissæ Rikesæ. S. Godescalci Præpositi, qui hæc decreta constituit, & in charta conscribi fecit.
S. Mathildis Præpositæ. S. Ruzelæ Decanæ.
S. Gelæ Scholasticæ. S. Ruzalæ Capellanæ. S. Hazechæ.
S. Fredeswindis. S. Rikesæ. S. Griningardis.
S. Remelini. S. Harfridi. S. Ioannis. S. Berneri.....

Nomina Scabinorum de Niuella.

Henricus, Arnulphus, Spurio, Goderannus,
Wiboldus, Vdelinus, Razo, Heruuardus.
S. Rastoldi presbyteri de Rothauia.

Nomina aliorum qui his decretis interfuerunt.

Ruthenic Villicus de Aldonis monte, Bertricus,
Grimoldus, Bouo, Francõ, Gunterus, Gozelinus,
Bernardus de Rothauia, Gozbertus, Ogerus, Arnulphus.

CAPVT

CAPVT CIII.

Aquicinctina Benedictinorum Abbatia, secundo Lapide à Duaco sita, à viris nobilibus Valtero & Sichero fundatur, & à Gerardo II. Cameracensi Episcopo an. 1079. stabilitur; fauente Anselmo seu Anselio de Ribodimonte.

GErardus secundus Cameracensium, Dei gratia, Episcopus omnibus Christi fidelibus æternam beatitudinem. Duo milites parochiani nostri, genere & diuitiis præclari, WALTERVS scilicet & SICHERVS, mundanæ militiæ cingulũ deponentes, omnem huius mundi proprietatem contemnentes, theoricã vitam sequi spoponderunt; seque & sua omnia Deo dedentes, ipsi solum in perpetuum deseruire promiserunt, locumque qui AQVICINCTVS dicitur elegerunt; eccle- *Anchin.*
siam inibi volentes restaurare, quam à S. Gordanio, in eodem loco eremiticam vitam ducente, audierant quondam ædificatam fuisse. Hoc autem consilium Walterus scilicet ac Sicherus, Walterus per matrem, Sicherus per vxorem, confirmatum ANSELLO aperuerunt. Ipse verò Anselius insulam illam Aquicinij, & arundinetum pertinens ad eam, & villam quæ Vedretum dicitur, eidem insulæ contiguam, quę à nobis in beneficium tenebat, in manu mea reddidit, & ego ea in ius perpetuum donaui ecclesiæ ipsius Aquicinij.

S.VVidonis Archid. S.VVidrici Archid. S.Anselli,
S.Vilardi, S.Ioannis, S.Fulconis, S.Ingebrandi,
S.Huberti, S.VVulferi, S.Alardi,
S.VValteri Castellani Duacensis, S.Clarebaldi.

Actum est hoc anno ab incarnatione Domini M.LXXIX. Indictione II. anno Henrici Regis XXVI. præsulatus verò domini Gerardi secundi Cameracensis Episcopi IV. 1079.

Gerardus II. *Cameracensis Episcopus an.* 1079. *dotat Cameracensem S. Sepulcri Abbatiam, à prædecessore suo Lietberto an.* 1064. *fundatam.*

Ego GERARDVS, Præsul ecclesiæ Cameracensis, lumine prædecessoris mei domni LIETBERTI succensus, & opus illius benè consummatum præ oculis habens, scilicet S. SEPVLCRI ecclesiam, quam ex integro ædificauit, & Abbatiam monachorum eamdem constituit, à sanctuario incipere & benè operari ratum considero. Vnde notum sit omnibus Christi fidelibus quòd ad eamdem S. Sepulcri ecclesiam Abbati VValtero ac monachis x. pauperibus altare de *Lievres* pontificali auctoritate concedo, liberam ab omni consuetudine; excepta summa duorum solidorum annuatim persoluenda. pag. 180.

Signum mei Gerardi, S. Gerardi Archidiaconi,
S. VVidonis Præpositi & Archidiaconi, S. Maselini Archid.
S. Hugonis Decani, S. VVerimbaldi Scholastici.

Actum est hoc Cameraci, in eodem monasterio S. Sepulcri, anno Dominicæ incarnationis millesimo septuagesimo nono, Indictione secunda, regnante Rege Henrico Lothariensium, anno episcopatus domini Gerardi secundo. 1079.

CAPVT CIV.

Robertus Frisius, Flandriæ Comes, monasterij Mesinensis, ab Adela matre sua conditi, possessiones an. 1080. *confirmat, & adauget.*

EGo Rotbertus, Dei clementia, Flandrensium Comes notum volo fieri cunctis, quòd anno secundo post obitum matris meæ ADÈLÆ Comitissæ, Rotberti Regis Francorum filiæ, Natalia Mecinensis ecclesiæ Abbatissa, ac totius eiusdem ecclesiæ conuentus, tam Canonicorum quàm sanctimonialium, nostram adiere præsentiam, postulantes vt institutionem de reditibus ad eamdem Dei ecclesiam pertinentibus, scilicet quid inde Canonicis ac sanctimonialibus esset habendum, pag. 157.

dum, quid verò structuræ reseruandum ecclesiæ, sicut mater mea in vita sua ordinauerat, ita ego litterali attestatione innotescerem, & sigilli mei impressione corroborarem. Quorum petitionibus condescendens obtemperare volui, tum quia ossa matris meæ sepeliuntur in eadem ecclesia, cuius nimirum structuræ, dum viueret, omnino videbatur insudare, pro animabus communiter nostris, tum quia visis tot Miraculorum signis in eode loco, placere euidentissimè comperi aliquid ibidem omnipotenti Deo. Actum Mecinis IV. Nonas Februarij, anno ab incarnatione Domini M.LXXX. Francis dominante Rege Philippo. ROTBERTVS. 1080.

S. Rotberti Comitis & Philippi, filiorum Rotberti Comitis.
S. Eustathij Comitis, S. Segardi, S. Balduini de Gant.
S. Arnulfi de Ardea, S. Rotberti de Peronia.
S. Hugonis Comitis, S. Onulfi, S. Euerhardi de Tournay.
S. Ernulphi Archid. Teruanensis, S. Tibaldi, S. Gozelini.
S. Gondevvini Decani Mecinensis, S. magistri VVillemini.
Ego Reinarus Vicecancellarius recognoui & subscripsi.

Pons lapideus Dionantensis super Mosa fl. anno 1080. *ædificatur, Henrico Episcopo Leodicensi, Alberto* III. *Comite Namurcensi, Conone Comite Montis-acuti, & aliis consentientibus.*

Quicumque fideles istud conscriptum legeritis, sciatis hoc factum esse voluntate & precepto Henrici Episcopi Leodiensis & Comitis Alberti Namucensis, à me Godescalco Abbate ecclesiæ VValciodorensis, ad confirmationem sequentis operis. A tempore *Alberti* Comitis, qui primus in VValciodoro monasticam vitam instituit, vsque ad tempus istud, quo pons lapideus in Deonant cæpit construi, nauem vnam magnam, quàm bargam vocant, ad opus transeuntium, habebat ecclesia VValciodorensis. Hæc dabat fratribus nonaginta quattuor denarios singulis annis, & Abbati, qui præerat quattuor sextarios optimi vini. Cumque placuisset dominis, qui præerant loco, scilicet HENRICO Episcopo, Comiti ALBERTO Namucensi, CONONI Comiti, & Frunuardo Præposito & opidanis, Isaac Villico, & Gozuino pag. 99.

& Gozuino de Rupe, & ceteris, vt pons fieret lapideus, vnde villa melioraretur, conuenerunt in vnum in eadem villa III. Kalendas Septembris. Ibi me accersiens Episcopus prænominatus, rogatu Deonantensium, assentiente de hoc negotio Comite Namucensi, sub cuius aduocatione erat locus Walciodorensis, à me expetiuit, vt concederem ei, in auxilium & ad sustentationem pontis, hos reditus quos dinumeraui, & quos iure nostro accipiebamus cum naui. Et nos pro hac vicissitudine istud priuilegium inibi ad pontem cum nostris omnibus hominibus haberemus, vt nihil omnino ab ipsis eundo, redeundo, ducendo, vel aliquid portando daretur vel acciperetur. In qua re nusquam assensum meum præbere volui, quoadusque Comes Albertus Namucensis beneficium, quod ab auo suo Comite ROBVOLDO ecclesiæ VValciodorensi, in eodem opido, ob reuerentiam Genitricis Dei, traditum fuerat, petitione adstantis Episcopi, confirmauit & renouauit: videlicet vt nullus ex omnibus nobis subiectis teloneum vel munus aliquod dedisset, caussa alicuius mercati, sed securi ipsi & filij eorum permansissent ab hoc tributo & liberi. Quo facto concessimus & tradidimus quæ volebat Episcopus, ea scilicet conditione, vt præ-
Dinant. fati sumus. Actum est Deonant, Kalendis Septembris, anno Domini
1080. millesimo octogesimo, Indictione III. anno XXV. imperij Henrici IV. Imperatoris. Testes,

Dominus Henricus Episcopus, Godescalcus Abbas,
Albertus Comes, Godefridus filius eius, Cono Comes,
Theodericus Aduocatus, Heribrandus frater eius,
Godefridus Dehili, Cono frater eius.

Gerardus II. *Cameracensis Episcopus Abbatiam S. Petri Decliuiensem ad opidum Gerardimontense transfert, & an.* 1081. *dotat; quæ nunc S. Adriani dicitur, & est Benedictinorum reformatorum.*

Ego Gerardus secundus Cameracensium Episcopus cunctis fidelibus vtriusque vitæ... Abbatiæ de Decliuio in Geroldimontem tran-
Dickle-venne. slatæ, propter indigentiam loci, altare de *Hunghem* cum appenditiis suis, eodem scilicet Geroldimonte & Boulario, liberum sine persona & obsoniis, petitionibus Roberti iunioris Comitis Flandriæ, & Stephani

phani de Boular acquiescentes tradidimus: ita sanè, vt Abbatia in prefato Geroldimonte sita omnimodam libertatem habeat, ibique quidquid iuris parochialis est, tam in sepultura quàm in baptisterio & reconciliationibus, à parochiali sacerdote celebretur. Vt hæc autem nostra donatio rata in perpetuum permaneat, sigilli nostri impressione, & fidelium attestatione confirmamus; Gualteri Bracbatensis Archidiaconi, Theoderici Archidiaconi, Derleboldi Præpositi, Gualteri, Adam, Abbatum; Roberti Comitis, Balduini, Gerbodi, Stephani de Boular. Actum in eodē opido, anno Verbi incarnati millesimo octogesimo primo, Indictione quarta, præsulatus verò nostri anno tertio. 1081.

CAPVT CV.

Richildis Hannoniæ Comitissa, eiusq; filius ac successor Balduinus, fundant an. 1081. *Abbatiam S. Dionysij, quæ est Benedictinorum prope Montes Hannoniæ.*

EGO RICHELDIS Comitissa, mater *Balduini* Comitis, filij Balduini Comitis, qui tenuit principatum vtriusque scilicet Flandrensis & Hainocensis pagi, cernens totum mundum in maligno positum ruere ad occasum, cœpi tractare de salute meæ & filij mei Balduini animæ. Pro talibus namque mihi sæpè cogitanti & ingemiscenti occurrit intentio releuationis de quodam locello in honore sancti dedicato *Dionysij*, & statuere ibi fratres Deo militantes iuxta regulam beati Benedicti. Quapropter confero, ad vsus inibi Deo seruientium, cuncta quæ adiacent præfato locello, in terris, aquis, siluis, pratis, cambis, molendino vno, & in omnibus ad ipsum locum pertinentibus, sanctæ genitrici Dei Mariæ MAIORIS-SILVÆ, & altari S. Dionysij prædicti martyris; eâ lege, atque eâ liberâ potestate, vt nullus ibi habeat aduocationem, nec aliquem dominatum in nulla omnino re, nisi prænominati Sancti & fratres ipsorum seruientes altari. His addo etiam vnum mansum in villa *Montinium* vocitata, cum duobus seruis, & cum eis qui ad ipsos pertinent, in omnibus rebus, scilicet in filiis & filiabus: & vt idem seruitium ipsi persoluant martyri & fratribus præfatæ ecclesiæ,

quod deberent mihi persoluere, & successoribus meis in reliquo tempore.

S. BALDVINI Comitis, & matris eius Comitissæ RICHELDIS.
S. VValcheri. S. Gosuini. S. VValteri.
S. Gilleberti. S. Ragineri. S. Anselmi.

Acta sunt hæc in monte, qui vocatur Castrilocus, anno ab incarna-
1081. tione millesimo octogesimo primo, Indictione quarta, Concurrente IV. epacta septima, regnante Rege Romanorum Henrico, filio Henrici Imperatoris, & viuente Balduino Comitè cum genitrice sua Richelde; præsidente autem Gerardo Pontifice, post Lietbertum Pontificem, ecclesiæ Cameracensis sedi.

Aliud eiusdem Richildis Hannoniensium Comitissæ diploma, an. 1082. scriptum.

Ego RICHELDIS Comitissa, mater Balduini Comitis, filij Magni Balduini qui tenuit principatum vtriusque scilicet Flandrensis atque Hainocensis pagi, cernens totum mundum ruere ad occasum, cœpi tractare de salute meæ meique animæ filij, quomodo possemus sanctæ matris Ecclesię casum releuando, oculis Iudicis placere superni. Talia mihi sæpè cogitanti occurrit intentio releuationis de quodam locello sancto DIONYSIO dedicato, statuere ibi fratres iuxta regulam beati *Benedicti* Deo militantes.

Tempore verò quo hæc meo versabantur animo, erat incœptum monasterium in luco SILVA-MAIOR nuncupato. Huic igitur ecclesiæ placuit prefatum locum subijcere; vt ex tam nobili congregatione semper Abbatem suscipiat, qui ecclesiam S. Dionysij rectè disponat. De nostra quidem circumiacenti possessione tantum loco contuli, vt Abbas honestè posset haberi. Dominus itaque GERALDVS, Siluę-maioris Abbas primus, de suis monachis illuc misit, primumque Abbatem constituit. Census autem denariorum auri duodecim ibi statuitur, vt singulis annis initio Quadragesimæ S. Mariæ, in cuius honore Siluæ-maioris monasterium dedicatum est, persoluatur.

Hunc verò locum & cetera pertinentia ad ipsum ita omnium absoluimus potestate, vt nemini in eo quidquam iuris vel dominationis, siue

siue aduocationis liceat habere, nisi Abbati & fratribus ecclesiæ. Sed & dominus GERARDVS Cameracensis Episcopus episcopale ius, quod in ecclesia siue altari habebat, Deo condonauit, vt ibi degentes monachi ab omni prorsus inquietudine sint liberi.

Signum Gerardi Cameracensis Episcopi.

S. Anselmi de Ribodimonte. S. Balduini de Tornaco.

S. Gilleberti Præpositi de Niuella, aliorumque multorum, qui huic assertioni interfuerunt.

Acta sunt itaque hæc anno ab incarnatione Domini millesimo octogesimo secundo, Indictione quinta, epacta XVIII. Concurrente V. imperante Henrico Romanorum Rege. 1082.

Signum Balduini Comitis. S. Richeldis matris eius.

NOTATIONES.

RICHELDIS] seu Richildis, Ragineri IV. Hannoniæ Comitis filia & heres, primùm *Hermanno* Saxoni (qui an. 1051. obiit.) secundò nupsit Balduino VI. Flandriæ Comiti, an. 1070. defuncto. Tertiò iuncta fuit Guilielmo de Osberne, qui an. 1072. in prælio Casletensi cecidit. Richildis an. 1086. decessit. Ex primo matrimonio nati sunt duo filij, *Rogerus Claudus* Episcopus Catalaunensis, & N. monachus Hasnoniensis. Ex secundo coniugio prodierunt Arnulfus Infelix Flandriæ Comes, à patruo suo Roberto Frisio prope Casletum 1072. cæsus & Comitatu spoliatus, & Balduinus Ierosolymitanus Hannoniæ Comes.

BALDVINVS III. Hannoniæ Comes duxit Iolam seu Iolentam, N. Comitis Gelriæ filiam, dominâ de Dodevverd & Dalem: quæ secundò nupsit Godefrido, Anselmi filio, Castellano Valentianensi, Domino Riboldi-montis, & Comiti Ostrouandiæ.

ERNVLFVS seu Arnoldus, Balduini III. frater, duxit Beatricem, quæ fuit filia & heres Gualteri Domini de Ath, Reux & Niuele; & ex ea genuit Eustachium Dominum de Reux, qui matrimonio sibi iunxit Beatricem, filiam Idæ Cæruiensis & Rasonis Gaueræ Domini: vt infrà ad an. 1117. docebimus.

ALIDIS, Balduini III. & Ernulfi soror, maritum habuit Theodericum, VValteri filium, Dominum de Auesnes & Mortaigne.

Comitum Hannoniæ stemma suprà pag. 89. productum continuatur.



GERTRVDIS, Balduini IV. soror, iuncta fuit Radulfo de Nelle, Castellano Brugensi, fratri Iuonis Comitis Suessionensis.

GODEFRIDVS, Balduini V. frater, ex Leonora Radulfi II. Veromanduorum Comitis filia liberos non reliquit.

Castellum Theoderici, *Chasteau Thierry*, in agro Namurcensi inter Sabim & Mosam, hodie ad Ducem Hauræum spectat. Illius Dominus GVILIELMVS, dicti Balduini V. frater, ex Mathilde de Lalain sobolem reliquit.

IOLENTA, Guilielmi soror, primùm Iuoni de Nelle, Comiti Suessionensi (sed sine liberis defuncto) secundò autem Hugoni Candauenæ, Comiti S. Pauli, circa an. 1178. nupsit.

LAVRENTIA, Iolentę soror, duos similiter habuit coniuges, Theodericum Comitem Alostanum, & Buchardum Dominum de Montmorency, obiitque an. 1181.

CAPVT CVI.

Conradus Comes Lucelemburgensis, prope Lucelemburgum opidum, Benedictinis sodalibus an. 1083. Munsterienſe B. Mariæ cœnobium construit.

EGO CONRADVS Comes, licet serò, inspiratione diuinæ gratię ad pœnitentiam prouocatus, eleemosynis & ceteris pietatis operibus peccata mea redimere statui. Cœpi itaque in monte hoc, vbi nullus parentum meorum priùs adorauit Dominum nostrum, domum Domini, in honore & veneratione Apostolorum principis, à fundamentis construere. Quæ omnia vt magis rata essent, acta sunt annuente vxore mea *Clementia*, cum filiis & filiabus nostris, in præsentia domini Metensis Episcopi Herimanni, anno millesimo octogesimo tertio, pridie Nonas Iulij. 1083.

Guilielmus Comes Lucelemburgensis, eiusq; filius Conradus dictam fundationem confirmant.

Ego VVILHELMVS Comes de Lucelemburg, cupiens imitari patrem meum *Conradum* Comitem, & perficere quod ipse incœpit..... Huius confirmationis & supradictæ constitutionis nostræ chartã ego & filius meus CONRADVS super altare ipsius cœnobij posuimus.

NOTATIO.

CONRADVS Comes Luxeburgensis, qui Munsterienſem Abbatiam condidit; in itinere Hierosolymitano an. 1086. obijt. Vxor ipsi fuit *Clementia*: ex qua nati Adelbero, Guilielmus, Henricus, Conradus, & Rodolphus, Ioanni Bertelio Folmarus, Abbas I. Munsterienſis. Ex his Adelbero Archidiaconus Metensis, cum Godefrido Bullonio ad bellum sacrum profectus, in obsidione Antiochiæ an. 1099. perijt: vt Albertus Aquensis lib. 3. cap. 46. commemorat. Henricus de Luceleburg nominatur in diplomate S. Agerici Virdunensis, an. 1089. dato, quod infrà recitabimus.

Conrado defuncto GVILIELMVS filius, qui Machtildem Frederici Sueuiæ Ducis filiã duxerat, & Guilielmo patri CONRADVS II. in Comitatu Luxeburgensi succeſſit; vterque in Munsterienſi cœnobio conditus. CONRADVS II. ex Eliſabetha, Godefridi Comitis Namurcensis filia, liberos reliquisse putatur, Henricum Leodicensem Episcopum, & Gertrudem Conradi Comitis Vadimontani coniugem.

Conrado è viuis sublato, in Comitatu Luxeburgensi suffectus est HENRICVS cognomento CÆCVS, Comes Namurcensis, Godefridi Comitis Namurcensis & Ermensindæ Luxeburgicæ filius: qui ex Agnete coniuge vnicã filiam *Ermensindam* reliquit. Obiitque admodũ senex post annum Christi 1188. Floreffiæ in agro Namurcensi cum vxore sepultus, quorum tumulus ibi etiamnum visitur. Exstat diploma monasterio S. Gerardi Bronensis an. 1154. concessum, in quo Henricus iste Comes Namuci & de Luceleburg nominatur.

ERMENSINDA, Henrici Cæci & Agnetis filia & heres, Comitatu Namur-

Namurcensi à Balduino Magnanimo Hannoniæ Comite spoliata, Luxeburgensem Comitatum sibi ac posteris retinuit, primùm THEOBALDO Barri Comiti (qui in Terra sancta occubuit) pòst VVALERAMO Limburgensi Duci an. 1214. nupta: vt infrà suo loco dicemus.

CAPVT CVII.

Theodericus V. Hollandiæ Comes Egmondanam Benedictinorum Abbatiam, à maioribus suis fundatam, ampliore dote auget, an. 1083.

EGo THEODERICVS Dei gratia Hollandiensium Comes. Notum sit omnibus, quòd Stephanus bonæ memoriæ Abbas Egmondensis ecclesiæ quasdam auctoritates donationum detulit mansuetudini nostræ, qualiter piissimi Comites antecessores nostri ex propriis possessionibus, & à Regibus iure hereditario susceptis, eamdé ecclesiam Dei construxerunt, ditauerunt & honorauerunt. THEODERICVS, frater VValgeri, cum coniuge sua *Gena*, in primis ligneam construxit ibi ecclesiam, instituens sanctimonialium vitam, & offerens Deo ad eundem locum in Frando mansos IX. in Alomere duos mansos, in Callinge medietatem totius possessionis.

THEODERICVS II. prædicti filius, cum *Hildigarda* coniuge sua, construxit ex lapidibus magno sumptu ecclesiam, remouens inde sanctimoniales, & instituens monachicā vitam. Obtulit & ipse ad eumdem locum in Scagen sex mansos, in Haregon vndecim mansos. ECBERTVS, nominati Comitis filius, Treuericę ecclesię Archiepiscopus, honorauit eumdem locum Egmondensem, offerens Deo sanctoque Adelberto crucem auream, casulam pretiosam.....

ARNVLPHVS Comes, cum vxore sua *Luitgarda*, obtulit ad prædictum locum in Thosa mansos duos, in Casterchen duos mansos, & in Velzen tres mansos.

THEODORICVS III. prædicti Arnulfi filius, cum coniuge sua *Othelhilde*, obtulit S. Adelberto in Rademburch quattuor mansos. SIFRIDVS, cognomento Sicco, prædicti frater Theoderici, dedit S. Adelberto terram super Gheest nominatam Northorpe.

FLOREN-

FLORENTIVS I. Theoderici filius, cùm bonæ memoriæ vxore sua *Gertrude*, obtulit terram in Esemundelf. Huius Florentij filius fui ego THEODERICVS, quem deprecatus est prędictus Abbas Stephanus, vt pro amore Dei & reuerentia S. Adelberti, renouarem & confirmarem auctoritate mea omnia prædecessorum meorũ dona, ad Egmondensem ecclesiam pertinentia. Cuius petitioni libenter assensum præbui, & auctoritate confirmaui, vt omnia supradicta teneat possideatque prędicta ecclesia.

Huius rei testes sunt, dominus Abbas Stephanus, Florentius & Ancelmus, presbyteri. Laici, Adelbertus, Heremannus filius Popponis, Engelbertus Stathaloech, Thrasino Adaliũ Castellanus, tres germani, Gerbrandus, Isbrandus, Guntvvachar, Dodo de Risvvijck, Thidaert, Thiebald, Thigart Blanckart, aliique quàm plurimi.

Eodem die, coram eisdem testibus, mutuaui contra S. Adelbertum nouem mansos in Maesland, à Scoepleda in Mosam & in VVesterbricam, tres mansos à Mosa in Vronemscale. Insuper adiuuante *Othelhilda* vxore mea, concessi Abbati Stephano, suisque successoribus iudiciariam potestatem, quæ Ambocht vocatur, tenere.

Actum est hoc publicè in Flardinga, anno Dominicæ incarnationis
1083. M.LXXXIII. Indictione VI. regnante Henrico XXVII. an. Imperij sui, Conradi Traiectensis ecclesiæ Episcopi anno Episcopatus sui VIII. domini Stephani Abbatis anno XXVI. VII. Kal. Augusti.

Comites

Comites Hollandiæ.



NOTATIONES.

THEODERICVS IV. ab Hermanno Contracto vocatur *Marchio Phladirtingæ* seu Fladirtingæ, à loco domicilij tunc sui: estque hodie vicus Hollandiæ ad Mosam, vbi is se in Oceanum infundit, infra Roterodamum. Idem Theodericus IV. an. 1046. contra Henricum III. Imp. bellum gessit. Anno 1049. glaciali hieme fauente, nonnulli principes viri ac milites, cum Theoduino Leodicensi, Bernoldo Vltraiectino, & Adelberone III. Metensi, Episcopis, congregati, versus Phladirtingam iuerunt, commissaque pugna Theodericum victum occiderunt, & prouinciam illam Imperatori subiecerunt: vt idem Contractus narrat.

FLORENTIVS I. Theoderici IV. frater, an. 1061. in vico *Hemert*, inter Mosam ac Vahalim, occisus est ab Hermanno Comite Cudicensi, VVichardo Geldriæ Aduocato, & aliis confederatis, contra quos copias eduxerat, Theoderici fratris sui cædem vindicaturus: vt Ioannes Becanus narrat. Vxor illi fuit *Gertrudis*, Hermanni Saxoniæ Ducis filia, quæ post Florentij obitum, Roberto Frisio Flandriæ Comiti nupsit, ipsique liberos sex peperit.

Florentio I. cæso, & Theoderico V. eius filio ex Gertrude, adhuc in teneris agente, variis bellis Hollandia fuit exagitata, partim à *Roberto Frisio* iam nominato, partim à *Godefrido Gibboso*, Lotharingiæ inferioris Duce: quorum posterior priorem ex Hollandia armis pepulit: vt fusè idem Becanus commemorat. Quo fit vt Robertus Frisius & Godefridus Gibbosus inter Hollandiæ Comites à nonnullis numerentur.

CAPVT

CAPVT CVIII.

Balduinus Comes Giſnenſis, eiuſq; vxor Adela, monachis cœnobij Carofenſis ſeu Carofenenſis, in diœceſi Pictauienſi, dant varia prædia ad monaſterium Andrenſe in diœceſi Teruanenſi excitandum; probante Girardo Teruanenſi Epiſcopo, an. 1084.

EGo Girardus, Morinorum Dei clementia Epiſcopus, omnibus eccleſiæ filiis in Domino ſalutem. Notum vobis facio, quòd ego petitioni Balduini Comitis, Comitatum de Giſnes obtinentis, & vxoris ſiue filiorum ipſius condeſcendens, altare villæ quæ vulgò *Andernes* dicitur, ad opus monachorum cœnobij S. Saluatoris Carofenſis, ibidem Domino famulantium, omni exactionis debito liberum concedo. Aliud quoque altare, quod dicitur S. Martini in territorio, quod vulgò dicitur *Bredenarde*, concedo non liberum, ſed ſub Perſona. Præfatus etiam Comes ibidem attribuit terram de *Hantengehem* cum hoſpitibus liberam, & duas partes decimæ de Speldeca. Vicecomes Elembertus donat trium dierum terram, cum horto apud Giſnes: Balduinus dat triginta trium dierum terram apud Frattun; Domelina octo dierum terram in Campaniis, & hortum vnum ad Morlengehem; Ingelrannus de Bauigehem trium dierum terram apud Giſnes, Euſtachius de Bauelingehem octodecim dierum terram & prata; Hugo Blancardus hoſpitem vnum apud Morelenghem; Goſo de Campaniis de prædio ſuo quinquaginta dies.

Actum eſt hoc anno incarnationis Dominicæ milleſimo octogeſimo quarto, Indictione ſeptima, temporibus Gregorij VII. regnante Philippo Francorum Rege anno XXVI. dominante Rotberto Conſule, anno pręſulatus Girardi primo, teſtibus his pręſentibus. Ego Girardus Epiſcopus ſubſcribo. 1084.

S. Arnulfi Archid. S. Ioannis Abbatis, S. Giroldi Abbatis,
S. Audoeni Abbatis, S. Milonis Decani, S. Odonis Cuſtodis.
S. Raineri, S. Bernardi, S. Nortmanni Decani.
S. Fulcardi Decani, S. Lamberti Decani, S. Erembaldi.

S.Norberti, S.Ernulfi de Arda, S.Ernulphi de.....
S.Elemberti de Marcenes, S.Hermari, S.Balduini filij VVifredi.
S. Euſtachij filij Frumoldi, S. Hugonis Blancardi, S. Guidonis.

Balduinus cognomento Ieroſolymitanus, Comes Hannoniæ, eiuſq; mater Richildis, ædificarant baſilicam S. Mariæ maioris in vrbe Valentianenſi: illam Gerardus II. *Epiſcopus Cameracenſis an.* 1089. *conſecrat.*

Ego Gerardus, ſanctæ Cameracenſis eccleſię Epiſcopus, notũ volo fieri tam futuris quàm preſentibus, quia Comes BALDVINVS, & mater ſua RICHILDIS, pro ſalute animarum ſuarum, quoddã oratorium in honore ſanctę Dei genitricis Marię, nec non & ſanctę Fidis virginis, iuxta opidum Valentianarũ, quæ poſſeſſio eorum erat, cœperint ædificare. Quod ex proprio ſumptu dotantes, vt haberent ibidem Domino ſeruientes vnde ſuſtentarentur, & cauſſa ſeruitij æterna ſperarent, bruilium cum terra, vſque Gogioli pratum, liberum eis dederunt, & tertiam partem redituum omnium cambarum in nouo burgo, ad Comitem pertinentem, pręter cambam Aquicinenſium. Ego igitur *Lotberti*, Abbatis Haſnonienſis eccleſię, cuius ſub regimine ea conſtruebantur, & eorum adquieſcens petitionibus, duo altaria, vnum in honore S. Ioannis Baptiſtę, alterum verò in honore ſanctæ Fidis virginis, cum atrio conſecraui. Illam quoque eccleſiam ab omni Epiſcopali cenſu, & ab omni parochiali reditu liberam feci. Vt autem hæc rata & firma manerent, ſigilli mei impreſſione ſignaui, & ſubſignatorũ tam clericorum quàm laicorũ teſtimonio corroborare exiſtimaui. Signum mei ipſius GERARDI.

id eſt, pratum.

S.Guidonis Prępoſiti & Archid. S.Mazelini Archidiaconi.
S.Gerardi Archid. S.Alardi Archid. S.Guidrici Archid.
S.Ansfrid Archid. S.Hugonis Decani.
S.Guerinbaldi Scholaſtici. S.Guidonis Cantoris.
S.Anſelmi de Ribodimonte, S.Ioannis caſati.
S.Oilardi, S.Fulconis Vicedomini.

Actum

Actum anno ab incarnatione Domini millesimo octogesimo sexto, Indictione IX. Concurrente III. præsulatus verò mei anno VIII.

Idem Balduinus dictam basilicam in honorem Deiparæ, in vrbe Valentianensi, à matre sua Richilde incohatam, monachis Benedictinis Hasnonensibus an. 1086. tradit & amplificat.

BALDVINVS dono Dei Comes de Montibus, castello sito in pago Hainauo, cunctis principibus sui Comitatus. Gratia & misericordia omnipotentis Dei bonas affectiones credimus inspirari, ipsasque ad profectum bonorum ad effectum vsque perduci. Ego itaque Balduinus Comes, filius Balduini Flandrensis monarchę, cuius pater, meus scilicet auus, Philippum Regem Franciæ nutriuit, manifestū fieri volo vniuersis ecclesię Dei filiis, quòd ego & mater mea RICHILDIS, satis religiosa femina, & eleemosynis valdè intenta, ædificare cœpimus quoddam oratorium in honore S. Mariæ matris Domini pro voto nostro consecrandum, in possessione nostra, videlicet secus castrum opidi VALENTIANARVM. Qui locus ne diuinis vacaret cultibus, clericos ibidem ad Deo seruiendum constituimus, & liberum ab omni sæculari consuetudine fecimus, & briulium, eidem loco ab occidente contiguum, cum terra vsque Gaugeoli pratum, liberum ei dedimus, & omnium cambarum, in nouo burgo factarum vel faciendarum, tertiam partem redituum, ad Comitem pertinentem attribuimus, præter cambam Aquicinensium.

Sed postquam mater mea ex hac vita decessit, exoptans supradictum locum ad honorem Dei amplificari, & pro salute animæ meę ibidem commorantes vacare feruentius & arctiùs sacræ religioni, suggerente etiam *Gideberto* religioso clerico, eiusdem loci promotore, annuente domino *Gerardo* Cameracensi Episcopo, atrio monasterij iam ab eo benedicto, locum illum ab omni sæculari lege vel consuetudine liberum, banno scilicet, latrone, inuentione, furto, foro, feratico, telonco, ambitum etiam, præcincturam atrij vel claustri, hoc est, totum monasterium, id est, monachorū officinas, & omnia quæ ad illud pertinent, tradidi S. Petro principi Apostolorum, cœnobij *Hasnonensis*,

sub manum Abbatis. Ea ratione & dispositione, vt ibidem fratres, sub habitu monachali & norma Deo dilecti patris Benedicti Christo militantes constitueret, & tamquam propriam cellam, absque vllius refragatione, perpetuo iure possideret. Huius donationis testes, Seggardus & Arnulphus. De laicis,

Hugo filius, & Vrsio frater eius, Almannus,
Herbrandus, Elgerus, Balduinus & VValterus frater eius,
Roigerus de Tudin, Manasses, VValterus de Mauritania,
VValterus Duacensis, voluntariè pauper, Odo Maior.

1086. Anno ab incarnatione Domini M.LXXXVI. Indictione IX. Concurrente III. anno Imp. Henrici ab obitu patris sui XXXII. à benedictione verò sui in Regē XXXV. confirmata est hæc charta, & à fratre VValtero, alio monacho S. Petri principis Apostolorum, conscripta.

CAPVT CIX.

Henricus III. *Comes Louanienſis & Bracbatenſis an.* 1086. *fundat dotatq; Abbatiam Affligemienſem, prope Aloſtum.*

EGO HENRICVS, diuina propitiante clementia, Bracbatensis patriæ Comes & Aduocatus, omnibus tam præsentibus quàm futuris fidelibus. Notum vobis facimus, qualiter miles quidam meus, GERARDVS nomine, cum aliis quibusdam, quos æquè diuina gratia & præuenit & subsecuta est, balteo militari depositio, vt meliorem inuenirent hereditatem, militiam Iesu Christi professi sunt, & in Comitatu meo, loco ab antiquis *Hafflingem* vocato, modò autem Nouo monasterio appellato, habitationē saltuosam adhuc & desertam elegerunt, vt quantò ampliùs remoti à sæcularibus, tantò sub regula beati Benedicti Deo seruirent familiarius. Erexerunt autem ecclesiam in honore beati Petri Apostolorum principis, vt vbi antea erat spelunca latronū, habitatio inciperet tandem rectè viuentium, & qui erat locus rapinæ & homicidij, mutaretur in possessionem pacis & fructus eleemosynarum.

Quoniam verò locus ipse ad Comitatum nostrum hereditario iure videbatur pertinere, ego scilicet Henricus, fraterq́ue meus GODEFRIDVS,

DVS, ab eisdem exorati fratribus, de alodio nostro, quod ibi iuxta in villa, quæ dicitur *Asca*, tenuimus, XX. mansos vsui nostro subtraximus, & ad altare ipsius ecclesiæ tradidimus: præterea quoniam sæpissimè probata valdè nobis placuerit militaris eorum industria, tam pro sæculari eorum amicitia, quàm pro remuneratione diuina, de eodem alodio adiacente & ad seruitium nostrum remanente, in siluis & pratis, in campis & pascuis, in piscationibus & venationibus, omnem eis vsum habere nobiscum. Vt autem per amplius beneficium, maius ad Dei seruitium cresceret eis desiderium, capellam nostram liberam in *VVauera* subteriùs sitã, cum tota decimatione superioris ecclesiæ, cum teloneo, maceria, molendinis & curtibus ab nos in eadem villa pertinentibus, huic traditioni addidimus. Et vt hæc nostra traditio rata permaneat, charta & atramento rem vti est notamus & roboramus, & fideles nostros, qui huic traditioni interfuerunt, idoneos testes subterſignamus.

Steppo Brussellensis, & frater eius VValterus,
Balduinus de Alost, Gerardus de Cumbersaca,
Adalbertus Snakart, Theodericus de Budengehem,
Anselmus de Erpe, Sigerus frater eius,
Herebrand de Hordingoschen, Folcardus & Godescalcus, filij eius,
Ingelbertus Kaluarstert, Sigerus Anderlechtensis,
Onulfus de Miluerschem, Gislebertus de Laca,
Arnulfus & Otbertus de Ordengehem,
Henricus Cameracensis ecclesiæ Canonicus,
Alardus Canonicus, & Godeso & Meinerus, clerici de Louania,
Ioannes Canonicus de Petingehem,
Gerardus de Leneca, Godefridus de Lathem,
Franco, Amandus, Hugo de Brussele,
Amulricus de Bekensele, Sigerus de Alost,
VValterus de Ascha, VValterus de Hamme.

Actum est hoc anno ab incarnatione Domini millesimo octogesimo sexto, regni verò Henrici Regis triceſimo quinto, præsulatus Gerardi Episcopi decimo. 1086.

Notatio

Notatio de Comitibus Louanienſibus.

1. LAMBERTVS non Manaſſis, vt Lipſius & alij ſcripſerunt, ſed Ragineri I. Hannoniæ Comitis & Albradæ filius, ab Othone I. Imp. an. 948. conſtitutus Aduocatus monaſterij Gemblacenſis, fuit primus Louanienſium Comes.

pag. 101. & 117.

Lamberto ſucceſſit filius (vt ex ex archiuis monaſterij Gemblacenſis colligi datur)

2. ANSFRIDVS, quem Anſelmus rerum Leodienſium ſcriptor cap. 53. diſertè Comitem Louanienſem nuncupat. Sigebertus in Chronico an. 997. vocat Comitem Bratuſpantium; per quos à Sigeberto deſignari Brabantos, ſeu Louanienſis agri incolas, ex geſtis anni 1012. liquet. Ansfridus vxorē habuit *Hilſundem* Comitiſſam Strienſem, & ex ea filiam nomine *Benedictam*. Hilſundis an. 992. fundauit monaſterium *Thorenſe*, in diœceſi Leodicenſi, quod nunc eſt nobilium virginum Canonicarum collegium ad Moſam. Ansfridus mundo demum valedicens, creatus eſt Epiſcopus Vltraiectinus, & anno 1009. iuxta vetus Chronicon ms. Vltraiectinum, aut an. 1010. iuxta Lambertum Scafnaburgenſem, obijt; ſepultus in monaſterio Montis-Sancti, à ſe condito prope Amersfurtum.

pag. 132. & 136.

3. Ansfrido ſuffectus eſt LAMBERTVS II. Ragineri II. Hannoniæ Comitis filius, *Gerbergæ* (quæ fuit filia Caroli Lotharingiæ Ducis) maritus, prope Florinas à Godefrido Improle, Lotharingiæ inferioris Duce, an. 1015. cæſus, & Niuellis conditus cum vxore. Liberos reliquit *Henricum*, *Baldricum*, *Ragnerum*, & *Mathildem* Euſtathio I. Comiti Bolonienſi nuptam. Idem Lambertus baſilicā S. Petri Louanij conſtruxit: idem denique templum S. Gaugerici Bruxellis ædificauit, vt ex veteri inſcriptione ibidem reperta didici.

4. HENRICVS I. Lamberti & Gerbergæ filius, an. 1038. Louanij à captiuo ſuo occiſus, Niuellis ſepelitur in eccleſia S. Gertrudis, cuius fuerat Aduocatus ſeu defenſor. Genuit Othonem, & tres filias, Adelaidem, Cunegundem & Adelam: vt in Genealogia S. Arnulfi apud Pithœum legitur.

5. OTHO, Henrici I. filius, obiit infans.

Ragnerus



BALDRICVS, aliàs Lambertus Barbatus, Henrici I. frater collegiũ 6.
VII. Canonicorum in templo S. Petri collocauit ac dotauit: cui præbendam octauam Godefridus Barbatus Brabantię Dux, & alij deinde alias vsque ad XVIII. adiecerunt: vt constat ex diplomate Godefridi II. Brab. Ducis ad annum 1140. infrà recitando. Idem Baldricus an. 1048. pag. 167.
Bruxellis templum & Canonicorum collegium in monte fundauit,

S. Gudilæ corpus ex basilica S. Gaugerici eò transtulit, & pro Balduino Insulano Flandriæ Comite contra Henricum III. Imp. stans, anno 1054. prope Tornacum cecidit, Niuellis apud maiores suos sepultus. Vxor Baldrico fuit *Oda*, Gothilonis Magni, superioris & inferioris Lotharingiæ Ducis, filia.

7. HENRICVS II. Baldrici filius an. 1068. decessit, vxor fuit *Aleidis* seu Adela, cuius fit mentio in Auctario Lipsiano ad Sigeberti Chronicon. Ex ea nati *Henricus* III. *Godefridus Barbatus*, & *Ragnerus* seu Renerus: quorum postremus an. 1077. in Hasbania periit, & diplomati Lietberti Cameracensis Episcopi subscripsit.

Albero siue Adalbero Episcopus Leodicensis, Aleidæ ex altero marito filius, monasterium S. Ægidij (quod est Canonicorum regularium) prope Leodicum fundauit ac dotauit: vt Ægidius Vallis aureæ monachus in Historia Episcoporum Leodicensium testatur.

8. HENRICVS III. Affligemium an. 1086. condidit, & Tornaci anno 1096. periit in hastiludio. Vxor fuit *Gertrudis*, Roberti Frisij Flandriæ Comitis filia, quæ secundis nuptiis iuncta fuit Theoderico II. Strenuo Lotharingiæ Mosellanæ, & Alsatiæ Duci. In diplomate *Affligemiensi* iam recitato *Brachatensis patriæ Comitem & Aduocatum* se nuncupat. Aduocatum intellige ecclesiæ Niuellensis. Genuit autem filias quattuor.

9. Henrico III. sine filiis defuncto successit frater GODEFRIDVS Barbatus, qui Comitatui Louaniensi Ducatum Lotharingiæ inferioris & Marchionatum Antuerpiensem an. 1106. adiunxit, atque ad posteros suos Brabantiæ Duces transmisit. Idem Fliderbecanum, Parcense & Bigardiense monasteria fundauit; obiitque anno 1140. conditus Affligemij, quod mirificè auxit. Vxor ipsi fuit non Sophia, sed *Ida*: vt ex citato Godefridi II. diplomate constat. Ex ea liberos genuit *Godefridum* II. Brabantiæ Ducem, *Henricum* monachum Affligemiensem, *Aleidem* Henrico Angliæ Regi an. 1120. nuptam & Affligemij sepultam, *Idam* Balduini Ierosolymitani Comitis Hannoniæ coniugem, & *Claritiam*, quæ innupta obijt.

CAPVT

CAPVT CX.

Balduinus Ierosolymitanus, Hannoniæ & Valentianarum Comes, an. 1087. benefacit monasterio Hasnonensi.

EGo Balduinus Valentianarum Comes, filius Balduini iunioris, qui Philippum Francorum Regem regalis insigniuit militiæ armis, per huius assertionem paginæ præsentis ecclesiæ fidelibus insinuo, & posteritati futuræ, quomodo condescenderim venerabilis *Lotberti*, Abbatis cœnobij Hasnonensis, petitioni non iniustæ. Abbas præfatus emerat ab Odone Villico de duobus molendinis vnum, ad ampliandam ecclesiæ suæ possessionem; & vt ratum foret in posterum, potestatis expetiit nostræ auctoritatem. Illud autem molendinum ita cedebat Odoni in hereditario iure, vt sine vlla controuersia posset vendere. Ego verò Balduinus, tam pro anima mea quàm patris mei *Balduini*, & matris meæ *Richildæ* animabus, quorum ibi corpora requiescunt, tali adquiescens negotio, libenter concessi. His actis cum Abbate præfato, ad usus fratrum cœnobij Hasnonensis, molendinum in manu mea ab Odone recepi; tali interposita & determinata conditione, quòd vsusfructus vtrorumque molendinorũ communis foret tam ecclesiæ Hasnonensi quàm Odoni, vel cuicumque proueniret possessio iuris alterius molendini.

S. Hugonis monachi de Maroilles, S. Segardi de Ioches,
S. VValteri Duacensis, S. Arnulfi, S. VVillermi Dansain,
S. Arnulphi de Ioches, S. VValteri de Sart,
S. Manassæ de Bethune, S. VValteri fratris Onulphi.

Actum Valentianis in claustro S. Mariæ, anno ab incarnatione Domini millesimo octogesimo septimo, x. Indictione. 1087.

Lotbertus Abbas Hasnonienſis anno 1088. *vendit Giſelberto, Balduini Gandenſis filio, alodia in Aloſt, Raſſeghem & Lede.*

Ego Lotbertus, gratia Dei Abbas Haſnonienſis cœnobij, per huius noſtræ conſcriptionis paginam, quæ conſilio fratrum noſtrorum concepi, concepta peregi, poſteris commendare curaui. BALDVINVS Marchio, noſtri reformator loculi, prædeceſſorum negligentia penè ad deſtructionem redacti, alodium in Aloſt & Raſſeghē & Lede, quod iure poſſederat hereditario, eccleſiæ noſtræ mancipauit; cuius vſusfructus in vita ſua, & poſt deceſſum ſuum aliquantulo tempore nobis prouenit. Ingraueſcente verò mundi nequitia, cùm deuaſtatione tyrannorum circumquaque manentium, paruam vel nullam nobis conferret vtilitatem; diſtraxi, pretiumque eius in reditu meliore locaui, & per manum iunioris Comitis ROTBERTI cuidam *Giſelberto*, Balduini Gandenſis filio, perpetuaui. Actum anno ab incarnatione Domini
1088. M.LXXXVIII. Indictione X. Epacta XIV. Concurrente IV. regni Regis Francorum Philippi XXV. Rotberti Comitis iunioris XI. Huic adſertioni adfuerunt teſtes idonei;

Balduinus, filius Balduini de Gandauo,
Theodericus de Aldenarda, Euerardus de Tornaco,
VValterus, filius Balduini de Gandauo,
Gerardus de Sotteghem, Godefridus de Lathem,
VVenemarus Caſtellanus Gandenſis, VVillelmus de Olſene,
Gerardus frater eius, Raſo de Gauera, Aſtricus de....
Berno de Tenremonda, Ralicardus de Cordes, & fratres eius,
Stephanus de Boular, Stepo de Broſele, Lambertus & filius eius,
Rangotus de Tenremonde, Arnulfus & frater eius,
Anſelmus de Sipe, Gocelinus de Liedekercke,
Remboldus Niger, & filius eius,
Theodericus de Scendelbec, & frater eius Ingelbertus,
Adalhardus, Rothardus de Raſſeghem, Sigerus....

CAPVT

CAPVT CXI.

Gerardus II. *Cameracensis Episcopus alodia aliquot, iure hereditario ad se pertinentia, dat ecclesiæ Cameracensi, & alia alodia à Manscelino Præposito donata confirmat, an.* 1089.

EGo Gerardus Dei gratia Cameracensis Episcopus, trado ad vsus fratrum sanctæ Cameracensis ecclesiæ, alodium de *Lietsinis* & de *VVilrehem*, cum moneta, teloneo, maceria & districto, cum molendinis, terris cultis & incultis, siluis, pratis, cum seruis etiam & ancillis, alodium quoque apud *Oudenghem*, quod ibi habeo, libera ab omni aduocatione, & cetera quæ mihi in *Brachant* hereditario iure succedunt. Census quoque seruorum & ancillarũ, duo scilicet denarij à viro, vnus à femina, in Natiuitate S. Mariæ annuatim soluantur, & in lege, qua ceteri sunt, de eleemosyna teneantur; & dies anniuersarius patris mei, matris meæ, fratrisque mei celebretur. Dono etiam, domini Manscelini eiusdem ecclesiæ Præpositi & Archidiaconi petitione, altare de Calderico eidem ecclesiæ, liberum ab omni persona: tali tamen conditione, vt ter in anno fratres ipsi in Refectorio conueniant, quinta scilicet feria Absolutionis, & in festiuitate S. Gaugerici, & in sui obitus anniuersario. *Auvv-ghem.*

Dat etiam idem Manscelinus eidem ecclesiæ alodium, quod apud Maronis-waldum habet, seruos etiam & ancillas, assentientibus fratribus suis VValtero & Tietuuino, sicut iure possidet hereditario: serui tamen & ancillæ sub lege sint eleemosynæ. Gerardus quoque Cordella alodium suum, quod apud eumdem Maronis-vvaldum & circa Teneram iure hereditario possidet, eidem confert ecclesiæ.

Signum mei ipsius Gerardi Episcopi,
S. eiusdem Manscelini Præpositi & Archidiaconi,
S. Desiderij Archid. S. Gerardi Archid. S. Frederici Archid.
S. Alardi Præpositi & Archid. S. Ansfridi Archid.
S. Hugonis Decani, S. VVerneboldi Scholastici, S. Griodonis Cantoris.

Signa Casatorum,* Anselli de Ribodimonte, *pag. 131.
Fulconis Vicedomini, VValteri Tonitrui, Amulrici, Arnulfi, VValteri, VVenchelonis, VValteri, Coleti.

1089. Actum Cameraci anno ab incarnatione Domini M. LXXXIX. præsulatus mei XIV. Indictione XII.

Henricus III. *Imp. fundationem Abbatiæ S. Agerici Virdunensis, à Theoderico Virdunensi Episcopo factam, anno* 1089. *confirmat.*

Ego Henricus tertius Romanorum Imperator notum facio tam præsentibus quàm futuris fidelibus, quòd villam *Balleren*, quam Theodericus Virdunensis Episcopus ecclesiæ S. Martini & S. Agerici contulit, cum omnibus appenditiis suis, confirmaui. Dedit etiam vineas duas nouas apud Molins, & ecclesiã nouam cum domo: & post mortem Ducis *Godefridi*, annuente Namucensi Comite *Alberto*, villam Bellam cum ecclesia supradicta idem Episcopus addidit, quam ipse Comes à domina *Mathilde* in beneficio acceperat. Villam etiam Iunckereis, quam Comes Ebolus S. Mariæ maioris ecclesiæ violenter abstulit, ad ecclesiam S. Agerici idem Episcopus, annuentibus eiusdem ecclesiæ Canonicis, destinauit. Addidit etiam & curtem Marley, cum omnibus ad eam pertinentibus, integrè & absque conditione, quam recepit de Comite Hermannno, S. Agerico. Hæc ille omnia testibus idoneis, ex Clero, Primicerio Milone Gippino, Lamberto Archidiacono & Richero Decano, ex Nobilibus, VValtero de Sorcei, item VValtero & Erone de Claromonte, Roberto de domo Imperiaca, Guidone de Harebodis-villa, Eugone Aduocato, Olrico de Hattonis-castello, Petro de Virduno, Richardo de Deluart, & Gilberto Comite, confirmauit: & nos Imperatoria potestate præcipimus vt inconvulsum permaneat.

1089. Data Nonis Aprilis, anno Dominicæ incarnationis millesimo octogesimo nono, Indictione XII. præsentibus, Archiepiscopo Treuerensi Helberto, Leodicensi Episcopo Henrico, Traiectensi Conrado, & Ducibus *Theoderico* & *Godefrido*, Comitibus Namucensi *Alberto* & fratre

& fratre eius *Henrico*, & Folmaro, & Segiberto, & Henrico de Luzeleborg. Acta Metis.

Signum Henrici tertij Romanorum Imperatoris.

NOTATIO.

HENRICVS III.] Istis, qui Henricum Aucupem Germaniæ Regem in serie Imperatorum omittunt, vtpote à Romano Pontifice non coronatum, est tertius illo nomine Imperator: aliis est quartus. Is duas habuit coniuges, *Bertham* Othonis Marchionis Italiæ filiam, & *Adelheidem* Eustathij II. Comitis Bolonienſis & Idæ Louanienſis filiam, Godefridi Bullonij sororem. Ex priore nati sunt, *Conradus* qui Florentiæ an. 1101. decessit, *Henricus* V. Cęsar, & *Agnes* Frederico Sueuiæ Duci nupta. Posteriorem circa an. 1084. repudiauit: ob quam iniuriam sorori suæ illatã Godefridus Bullonius tunc S. Romani Imperij ad Scaldim Marchio, bellum Henrico IV. intulit, ipsumque vicit ac turpiter fugere coëgit, vt narrat Ordricus Vitalis, qui illo tempore viuebat.

Eumdem Henricum IV. Gregorius VII. Papa an. 1077. & 1080. excommunicauit, & in eius locum *Rodulphum* Sueuiæ Ducem substituendum curauit; cui & coronam misit, cum hac inscriptione,

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodulfo.

Hunc Sigifridus Archiepiscopus anno 1077. Moguntiæ in Regem benedixit, & facta à Moguntinis seditione contra eos, Rodulfus cum Archiepiscopo noctu aufugit. Anno 1080. Henricus Imp. cum Saxonibus graui prælio congreditur & in congressu Rex Rodulfus cum multis Saxoniæ Principibus exstinguntur: vt Sigebertus in Chronico loquitur.

Henri-

Henricorum & Fredericorum Impp. ſtemma.



CAPVT CXII.

Robertus Hierosolymitanus, Flandriæ Comes, Præpositum ecclesiæ S. Donatiani Brugensis creat perpetuum Flandriæ Cancellarium, an. 1089.

EGo Robertus, Dei misericordia, Flandrensis Marchio, Comitis Rodberti agnomine Fresonis filius, ecclesiam in castello Brugensi, sub honore beatissimæ Dei genitricis Mariæ, sanctique Archipontificis Donatiani constructam, in libertatem ab omni publica exactione donaui, cum omnibus appendentibus ædificiis, ecclesiis, terrisque & decimis, ad præbendas fratrum siue ad Præposituram pertinentibus, à prædecessoribus meis vel ab aliis fidelibus ibidem donatis, siue donandis, solum, post canonicam & liberam electionem Canonicorũ, de Præposito assensum mihi meisque posteris reseruans.

Præpositum sanè eiusdem ecclesiæ, quicumque sit, CANCELLARIVM nostrum, & omnium successorum nostrorũ, susceptorem etiam & exactorẽ de omnibus reditibus Principatus Flandrię perpetuò constituimus; eique magisteriũ meorum Notariorum & Capellanorũ, & omnium clericorũ in curia Comitis seruientium, potestatiuè concedimus. Canonici verò, quandocumque ad curiam meã venerint, ius Capellanorũ obtineant, & in omnibus quidẽ bonis ad præbendas eorum pertinentibus eamdem habeant libertatem, quam Canonici Insulanæ ecclesiæ in beneficiis præbendarũ suarũ habent. Actum Brugis pridie 1089.
Kalendas Nouembris, anno Dominicæ incarnationis millesimo octogesimo nono, Indictione XII. Epacta VI. cyclo IV. astantibus quàm plurimis nobilibus & idoneis testibus, clericis atque laicis.

S. Raineri Præpositi, S. Ingarici, S. Folperti, Albaldi,
Ledelmi, Bertulfi, Ledberti, Reineri, Radulfi,
Dodini, Tancradi, Canonicorum. S. Cononis de Emis,
S. Radulfi Camerarij, S. Rodberti Pincernæ,
S. Gerardi Præstabularij, S. Galteri Dapiferi,
S. Athelardi filij Cononis, S. Erembaldi Castellani Brugensis,
S. Rodberti filij eius, S. Athelardi de Stratis,
S. Abbonis de Rodanburg, S. Heggardi filij Gutharij.

Theodoricus vir illustris dotat Marchianense monasterium: quod Balduinus Hierosolymitanus Hannoniæ Comes comprobat, an. 1089.

Ego Balduinus, Balduini iunioris Comitis ac Richildis Comitissæ filius, Hainaucensium & Valentianensium, nec non & Duacensium & Austrouantensium Comes, volo vt omnes agnoscant, quòd quidam miles nomine *Theodoricus*, diuino instinctu permotus, proprium iuris sui alodium, Vesinum nuncupatũ, ecclesiæ Marchianensi, in qua beatarum Rictrudis & Eusebiæ corpora, cum aliorum plurimorum Sanctorum pignoribus requiescunt, pro salute animæ suæ, conferre disponens, venit ad me, expetens vt per meam corroborationẽ illud solenniter perficere valeat. Ego verò & Ecclesiæ Dei profectum, & illustris viri intuens affectũ, ratum duxi ipsius satisfacere petitioni. Igitur coram me, in præsentia principum meorum, cæterorumque equestris ordinis fidelium & curialium, ac multorum ciuium, idem vir bonus prędictum Vesini alodium, cum omnium integritate, manu sua, cum impositione manus meæ, liberum ab omni exactione contulit religioso eiusdem cœnobij, nomine Adelardo, ad opus prænominatę ecclesię, Abbati. Hæc sunt nomina testium, qui traditioni prędicti alodij vel huius chartę confirmationi interfuerunt.

Signum Comitis Balduini, qui hoc fieri præcepit,
S. Walcheri de Cheruia, S. Huberti de Lothes,
S. Fastredi de Fossato, S. Hugonis de Foro,
S. Balduini de Rogsini, S. Hugonis de S. Albino,
S. Hugonis de Valencenis, S. Hugonis de Ramalle,
S. Hugonis de Hum, S. Alberti de Curcellis,
S. Waltheri de Caurem, S. Bernardi, Berneri filij,
S. Almanni Pueri, S. Walteri Villici,
S. Godefridi Castellani, S. Alberti Villici,
S. Gerardi, Arnulphi filij, S. Diberti Villici,
S. Willeloti Castellani, S. Hulumi Villici,
S. Goberti de Ansceng, S. Walberti Villici,
S. Wallandi, S. Raineri Villici.

Actum

Actum anno ab incarnatione Domini milleſimo octogeſimo nono, 1089.
Indictione XII. Concurrente VII. epacta... regnante Philippo Francorum Rege, eccleſiæ Cameracenſi pontificante Gerardo II. Signũ Hugonis Cancellarij, S. Bertuini Notarij.

CAPVT CXIII.

Radbodus Tornacenſis ac Nouiomenſis Epiſcopus, & VValterus Inſulenſis Præpoſitus, Canonicis eccleſiæ S. Petri Inſulenſis donant perſonatum & eccleſiam de VVeruy, an. 1090.

EGo Radbodus, Dei gratia Nouiomenſium ſeu Tornacenſiũ Epiſcopus, omnibus Deum deuotè timentibus, perpetuò gaudere cum gaudentibus. Notum facere volumus, quòd VValterus Tornacenſis eccleſiæ Archidiaconus, atque Iſlenſis eccleſiæ Præpoſitus, cum quibuſdam eiuſdem Iſlenſis eccleſiæ fratribus, noſtram adierit præſentiã, obſecrans vt altare de *VVeruy*, quod ſub perſonatu tenebat, eidem eccleſiæ, ad vſus ſupradictorum fratrum, perpetuò ſub perſonatu tenendum concederemus. Quorum quidem petitioni, quia iam me in ſua ſocietate ſuſceperant, atque mihi, meis quoque ſucceſſoribus Epiſcopis præbendã in eadem eccleſia grataner conceſſerant, dignum duxi condeſcendere, atque quod petebant concedere.

Signum Radbodi Epiſcopi, S. Walteri Archidiaconi,
Signa Tornacenſium Canonicorum, Henrici Decani, Hermanni Præpoſiti, Sigerij Cantoris, Odonis Scholaſtici, Lietberti, Hietberti, Balduini, Gildulfi, Bernuini, Elberti.
Signa Iſlenſium Canonicorum, Engelberti Decani, Raimberti, Lamberti, Walteri, Elbodij, Lamberti, Balduini, Stephani.
Signa Decanorum, Balduini, Gonzelini, Berfridi, Godeſchalcij, Willelmi, Frederici, Lamberti, Sallefridi, Hunrardi, Fulcardi.

Actum Tornaco, in eccleſia S. Mariæ, domno Radbodo in Synodo prælidente, XI. Kalendas Martij, anno Dominicæ incarnationis milleſimo nonageſimo, Indictione decima tertia, domno Radbodo epiſcopante anno viceſimo tertio, regnante Rege Philippo anno triceſimo ſecundo. Ego VVido Cancellarius ſubter firmaui.

Robertus Hierosolymitanus, Flandriæ Comes, Rodgero Insulensi Castellano petente, prædia Falempinensi monasterio à Sasvvalone, Castellano itidem Insulensi, an. 1039. *attributa, confirmat an.* 1090.

Ego Rodbertus, per gratiam Dei Flandrensium Marchio, præsens præsentibus denuntio, & vt notum fiat generationi omni, quæ ventura est, litteris annotari facio, quòd RODGERVS Islensis Castellanus, multo rogatu à nobis impetrauerit, libertatem dari ecclesiæ de *Falempin*, quam anteceſſorum suorum deuotio construxerat, quamque quorumdam malignantium tyrannide attritam & prauitatis consuetudine viderat exinanitam. Nos igitur libertatem, quæ Islensi ceterisque liberis attributa est ecclesiis, ecclesiæ illi concedimus, conceſſam firma-
pag. 159. mus, firmatam litteris mandamus: vt videlicet quæcumque à *Sasvvalone* primo ipsius fundatore sunt data, vel posteà conceſſa, siue in posterum concedenda, quietè habeat, securè teneat, liberrimè possideat. Ne quis autem successorum meorũ, siue ipsius Rodgeri, ipsam libertatem infringere, vel in aliquo conetur minuere, hanc paginam priuilegij, prædictæ libertatis testem, clericorum & principum meorum nominibus subnotatis, consignamus, insuper & sigilli nostri eam impreſsione corroboramus.

S. VValteri Archidiac. VVibaldi Præpositi Sicclinienſis,
Ioannis Præpositi I. de Falempin, Engelrandi Decani Islensis.
Signa Canonicorum Islensium, Sicclinienſium, Falempinensiũ, Euerardi, Raimberti, Lamberti, Salefridi, Fulcardi, Berheri, VVidonis, Ioannis Decani Sicclinienſis.
Signa laicorum, Rogerij Castellani, Engelberti, Isaac, Ossonis, Gerardi, Frumaldi, Alulfi, Gerrici, Amalrici, Desiderij.

Actum apud Islam, v. Kalendas Maij, anno Dominicæ incarnatio-
1090. nis milleſimo nonageſimo, Indictione XIV. Epacta XVII. anno Regis Philippi XXII. Epiſcopatus domni Radbodi XXI.

Ego Raimbertus subscripsi.

CAPVT

CAPVT CXIV.

Philippus Comes Loenſis, Roberti Friſij Flandrorum Comitis filius, an.1093. Loenſe Canonicorum regularium cœnobium, in diœceſi Iprenſi, fundat ac dotat.

EGo Philippus, filius Roberti Marchionis cognomento Friſonis, locum quendam in Flandria poſſideo, *Lo* quidem vocabulo, ſub ditione autem mea ex toto. Quo in loco B. Petrus manſionarios quoſdam ſibi vendicauit, ſuper quos tamen Comitatum & aduocationem habebam, & de his etiam reditum debitum exigebam. Sed quoniam placuit mihi, vt in domo Dei offerrem quæ poſſem, Comitatum & aduocationem, ſtallum & teloneum, & quidquid ſæcularis iuris ſuper terram ac manſionarios S. Petri habebam, vel anteceſſores noſtri, Deo ſanctoque Petro ac Canonicis famulantibus conceſſi: me quidem his omnibus exuens, poteſtatique Canonicorum donans ac ſubiiciens. Et hoc quidem pro ſalute & anima mei ipſius, ſeu anima patris mei, ac ſalute fratris mei *Roberti* Comitis Flandriæ, omniumque animarum noſtrarum, libenter facio. Ad huius donationem fratrem meum Robertum Marchionem Flandriæ inuito, vt ſciant omnes, quia concedimus ambo, coram his teſtibus,

Bernoldo VVatenenſi Præpoſito, Roberto Canonico,
Godeberto Præpoſito ipſius eccleſiæ, Theobaldo Iprenſi,
Radulpho filio Rauemari, Gilberto de Maro,
Euſtathio de Vſen, Tidberto fratre ipſius, Radulpho de Caſtelo,
Gerardo de eodem, Frinaldo de Caſſel, Thoma Camerario,
Frumaldo de Stenuord, Odulfo Camerario, Adam fratre Theobaldi.

Actum eſt hoc anno Dominicæ incarnationis milleſimo nonageſimo tertio, Indictione prima, regnante Philippo Francorum Rege, Roberto Flandriam gubernante, pontificante autem domino Gerardo Morinorum Præſule. 1093.

Lacensis Abbatia Benedictinorum, in diœcesi Treuerensi, cis Mosellam, prope Antonacum, an. 1093. *fundatur ab Henrico Comite Palatino Rheni, eiusq; coniuge Adleide.*

Ego Henricus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, & Dominus de Lacu, notum facimus cunctis fidelibus, quòd cùm absque liberis essem, annuente & cooperante vxore mea *Adleide*, de patrimonio meo, scilicet Lacho, in honore beatæ Dei genitricis Mariæ, sanctiq́ue Nicolai, monasterium regulæ monasticæ cultoribus incolendum fundaui, propriisq́ue bonis dotaui, sub cognitione domini Hilberti Treuirorum Archiepiscopi. Aduocatum verò non alium, quàm me ipsum, quamdiu vixero, huic cœnobio constituo: post mortem verò meam, quem fratres præfati monasterij, siue ex priuignis meis, siue in prouincia idoneum prouiderint, eiusdé monasterij familiis & possessionibus præficjatur Aduocatus, quod dicitur *Dingroget*. Acta sunt hæc anno
1093. millesimo nonagesimo tertio, Indictione prima, regnante Imp. Henrico tertio, anno regni eius triceſimo octauo, pontificatus verò domini Hilberti Treuirorum Archiepiscopi quarto decimo. Huius constitutionis testes sunt,

Dominus meus Hilbertus Treuirorum Archiepiscopus,
Sigefridus priuignus meus, Henricus Dux de Limberg,
VVilhelmus Comes de Lutzenburgh, cognati mei,
VValrauius & frater eius Volcko, Comites de Arlon,
Dudo Comes de Lucenburg, Hermannus Comes de Virnenburg,
Mesfridus Comes de VViede, & frater eius Richvvinus de Kempenich,
Burckhardus de Vlbruck, & frater eius Henricus,
Reinboldus de Isenburgh, Wolkoldus de Broel.

Sifridus

Sifridus Comes Palatinus Rheni, Adleidæ Comitissæ iam dictæ filius, monasterij Lacensis ædificationem absoluit.

Ego SIFRIDVS gratia Dei Comes Palatinus, notum esse volo fidelibus, qualiter & à quibus ecclesia, quæ vocatur *Lacus*, constructa sit & libertati tradita. Prædecessor & dominus meus *Henricus* Comes Palatinus, exhortante vxore sua *Adleida*, matre mea, prædictam ecclesiam ædificare cupiens, fundamentum eius tantummodo posuit, & morte imminente, sicut bonorum suorum, ita quoque huius laboris, ecclesiæ scilicet perficiendæ, heredem me instituit. Quod primùm quidem, vtpote iuuenis, neglexi, postmodùm verò pœnitentia ductus, quod neglexeram, deuotissimè corrigere studui.

CAPVT CXV.

Vrbanus II. *Papa Atrebatensibus dat proprium Episcopum, anno* 1093.

VRbanus Episcopus, seruus seruorum Dei, clero & populo Atrebatensi salutem & Apostolicam benedictionem. Atrebatensis ecclesia, vna ex nobilioribus ecclesiis comprouincialibus Remensis metropolis, solennibus Canonum monumentis freta, olim principalis sedes Episcopatus fuit, proprium Pontificem habuit, suam diœcesim & cetera pontificalia iura, firmis antiquitate rationum instrumentis, obtinuit. Volumus itaque & Apostolica auctoritate præcipimus, vt iugo Cameracensis subiectionis ab ecclesia vestra excusso, & recepta dignitate primis temporibus rationabili firmitate possessa, Cardinalem Episcopum vobis & ecclesiæ vestræ vtilem eligere, & electum per manum Metropolitani vestri consecrare, & ecclesiæ vestræ incardinare studeatis. Ei verò, qui canonico consensu cleri & populi electus fuerit, Apostolica auctoritate interdicimus, ne impositam ipsi electionē, dissimulatione aliqua huius nouæ ordinationis, subterfugiat. Solet enim fieri, vt ecclesiæ, persecutionis tempore, suis ordinibus, suis populis, subsidiis etiam temporalibus destitutæ, aliis temporaliter commi-

committantur ecclesiis. Postquam verò iis, quibus imminutæ fuerant, Domino donante, abundare cœperunt, pristinam recipiant dignitatem. Data Romæ.

Idem Vrbanus II. *Papa Lambertum patria Gisnensem, Canonicum & Cantorem Insulensem, consecrat Episcopum Atrebatensem, an.* 1093.

Vrbanus II. seruus seruorum Dei dilectis filiis Alardo Atrebatensi, & Bernardo Ostreuannensi, Archidiaconis, ac omnibus Præpositis & Decanis, cum omnibus clericis qui in prædictis Archidiaconiis sunt, salutem & Apostolicam benedictionem. Apostolicæ nos Sedis compellit auctoritas, vniuersis per orbem terrarum ecclesiis prouidere, & sua iura poscentibus paterna compassione succurrere. Quia igitur Atrebatensis ecclesia, multis iam temporibus propria carens dignitate, Cameracensis ecclesiæ iugum pertulit, dignum profectò duximus, vt propitiante Domino amissa ei dignitas, ex Apostilicæ Sedis benignitate, restitueretur. Neque enim subiectionem Atrebatensis ecclesiæ aliquod Romanæ auctoritatis chyrographum Cameracensibus vendicat, & Atrebatensis vrbis populositas longè illam, cui hactenus subdita fuerat, antecedit. Et Canonum itaque decretis & prædecessorum exemplis freti, nunc tandem annuente Domino, Atrebatensium iustis votis & petitionibus importunis effectum dedimus, & venerabilem virum LAMBERTVM, quem communi assensu electum ad nos, cum communi decreto, adduxerant, in Episcopum consecrauimus, quæque ad Atrebatensem parochiam antiquitus pertinuisse noscuntur ipsi & ipsius successoribus perpetuò regenda, & Episcopali iure possidenda, priuilegij auctoritate confirmauimus; nominatim Archidiaconias duas, quarum vna Atrebatensis, altera dicitur Ostreuannensis. Vestram ergò dilectionem litteris præsentibus admonemus atque præcipimus, vt ei deinceps tamquam Cardinali Episcopo, & tamquam B. Petri manibus consecrato, subesse & obedire iuretis. Vnde & vos & clericos vniuersos, qui in prædictis Archidiaconiis sunt, à professione Cameracensis ecclesiæ absoluimus. Si qui verò inter vos huius nostræ constitutionis tenore perspecto, prædicto confratri

fratri nostro Attrebatensi Episcopo obedire contempserint, quamcumque in eos sententiam ipse Episcopali moderatione dictauerit, auctoritatis nostræ pondere firma permaneat. Data Romæ, VIII. Kalendas Aprilis.

Idem Vrbanus Papa Bassionensi S. Petri monasterio in Burgundia benefacit an. 1096.

Vrbanus Episcopus, seruus seruorum Dei, monachis S. Petri apud Bassionum salutem & Apostolicam benedictionem. Nos Bassionensem locum, in quo per Dei gratiã conuersamini, qui nos ex parentum iure contingit, Cluniacensi cœnobio concedentes, tam vos quàm successores vestros decreti præsentis auctoritate munimus. Ipsum enim locum, sicut & cetera Cluniacensis cœnobij membra, liberum perpetuò permanere decernimus: vt quæcumque hodie iustè, vel ex parentum nostrorum, vel ex aliorum fidelium oblatione possidet, siue in futurum poterit adipisci, firma vobis semper permaneant. Nec Episcopo nec Archidiaconis liceat aliquid exigere, præter annuos solidos XX. qui ex patris mei consensu Suessionensibus Canonicis sunt persoluendi. Data Turonis XIII. Kal. Aprilis, anno millesimo nonagesimo sexto, 1096.
pontificatus autem domini Vrbani II. Papæ vndecimo, Indictione quarta.

Stemma familiæ Castellionensis, vulgò de Chastillon sur Marne, *ex qua prodiit Vrbanus* II. *Papa, itemq; Vicedomini Remenses.*

CAPVT CXVI.

Godefridus Bullonius, Lotharingiæ inferioris Dux & Marchio S. R. Imperij ad Scaldim, pòst Ierosolymorum Rex, an. 1094. *dotat monasteriolum seu Prioratum S. Petri, in municipio Bullonensi à Godefrido Barbato seu Magno, Lotharingiæ Duce, fundatum.*

IN nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, amen. Ego GODEFRIDVS, legitimus successor & heres Ducis *Godefridi Barbati*, filiúque eius potentissimi & iustissimi Ducis *Godefridi*, auunculi mei, repræsentans nec non beneficia, quæ Diuina mihi gratia donauerat, recogitans, de ijsdem donis suis, ad augendum seruitium eius, destinaui reddere aliqua. Et quia præfatus auus meus Godefridus apud ecclesiam B. Petri Apostolorum principis, quæ sita est ante castrum *Bullonium*, religiosos *Bouillon.* fratres, ex cœnobio beati Huberti Pontificis, concedente venerabili Theoderico Abbate, pro remedio animę suæ constituerat, & eamdem constitutionẽ suam, denominatis ibidem reditibus, auctoritate & priuilegio *Alexandri* Papæ confirmari fecerat, mihi quoque visum est iustum, ex effectu diuinæ inspirationis, vt qui eram eius honoris, essem & particeps deuotionis. Hanc meam intentionẽ cùm retulissem matri meæ IDÆ, prædicti Ducis filiæ, & fratribus meis *Balduino* & *Eustathio*, eorum deinde consilio & consensu voluntario, ecclesiam nostrã, nostri proprij & hereditarij iuris de *Baseio*, destinauimus & donaui- *Basy.* mus, ad augmentum prædictæ eleëmosynæ aui mei Godefridi, donandam perpetualiter beato Petro & beato Huberto. Quod donum vt ratum & firmum esset, eamdẽ matrem meam & fratres meos mecum Bulionium duxi, & in præsentia optimatum meorum vestituram prędictæ ecclesię in Baseio, sine vlla calumnia & contradictione, simul deposuimus super altare beati Petri, eamdemque donationem ego ipse, qui eram legalis Aduocatus ecclesiæ, Abbate Theoderico II. ibidem præsente, iure tuendam recepi. Actum publicè Bulioni, anno Domi- 1094.
næ incarnationis M.LXXXXIV. Indictione II.

Idem Godefridus Bullonius ecclesiam S. Dagoberti martyris, in Sathanaco Lotharingiæ opido sitam, & ab Arnulfo Comite occupatam, monachis Gorzienſibus restituit.

GODEFRIDVS, diuina propitiante clementia, Dux & Marchio, notum esse volumus sanctæ vniuersalis ecclesiæ filiis & fidelibus, tam futuris quàm præsentibus, quia Dux *Godefridus*, auus meus, cum *Beatrice* vxore sua, apud Sathanacum iuris sui villam, in ecclesia S. martyris *Dagoberti*, pro suarum animarum remedio, monachos de monasterio S. Gorgonij constituerat, eisque inter alia, ad supplementum victus & vestitus, ecclesiam villæ *Mosaci*, quæ sine contradictione suæ proprietatis erat, legaliter condonauerat, quam etiam ipsi monachi, tota vita ipsius aui mei, & filij sui, auunculi mei, quietè & pacificè possederunt. Postquam verò, ipsis defunctis, in nostras manus honor eorũ per successionem deuenit, & penè omnis regio, ipsis antè subiecta, in odium nostri atque iniurias coniurauit, ipsi tunc hostes nostri, causſa odij in nos assumpti, in ipsos quoque monachos insurrexerunt, eisque per summam iniustitiam atque violentiam ipsam ecclesiã de manibus abstulerunt, eamque alteris in beneficium tradiderunt, multisque annis, vsque dum videlicet erga nos in gratiam redirent, cœptam iniustitiam Deo Sanctisque ibi famulantibus intulerunt.

Super qua re cùm apud Sathanacum nobis præsentibus quæstio suborta fuisset, & ipsis etiam cessantibus, qui ipsam violentiam exercebant, concio monachorum nos super hoc interpellare cœpisset, seque iam super hoc apud Synodum Treuerensem proclamationem fecisse, & iudicio synodali ecclesiam ipsam suo iuri adiudicatam fuisse, & auctoritate pontificali pacem & quietẽ possidendi sibi imperatam esse dixisset, simulque ad hoc superesse testes, qui prædictæ donationi aui mei interfuissent, efficaciter affirmasset; testes vndecim euocari & ante nos coadunari effecimus, & ipsis testificantibus vera esse, quæ monachi asseuerabant, omni parte reperimus. Quibus omnibus auditis, visum est nobis Comitem *Arnulfum*, qui princeps ipsorum fuerat ecclesiæ peruasorũ, sub nomine sacramenti & fidei coniurare, vtrumnam hæc omnia cognosceret vera esse. Qui confessus est hæc ita, vt diximus,

diximus, acta esse, seque & interfuisse, & audisse & vidisse, & ipso auo meo hanc donationē faciente, laudasse. Et ipse ad opus Dei & S. Dagoberti, ibique deseruientium monachorum, ecclesiam nobis integrè & sine omni in posterū reclamatione reddidit & impertiuit; & nobis ipsius ecclesiæ donum S. Dagoberto super altare suum restituentibus, ipse spontaneus interfuit & laudauit. Vnde vt hæc rerum gestarum memoria per tempora succedentia firma & inconuulsa permaneat, hanc descriptionem memorialem fieri iussimus, & sigilli nostri impressione ac testium idoneorum affixione roborari statuimus.

Signum Godefridi Dei gratia Ducis & Marchionis.

Acta sunt hæc Bulioni.....

Idem Godefridus Bullonius, eiusq. frater Balduinus, ecclesiam S. Dagoberti, in Sathanaco sitam, an. 1096. *amplius dotandam curant.*

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, GODEFRIDVS Dei gratia & misericordia Dux & Marchio. Quoniam quidem negotiis sæcularibus satis superque detenti diuinis, prout necesse est, intendere non valemus, operæ pretium est nobis saltem Deo regulariter seruientium vtilitatibus prouidere: quatenus ipsis pro nobis orantibus, mercedis eorum apud Deum in aliquo participes valeamus existere. Vnde & ego & frater meus BALDVVINVS notum facimus omnibus, quòd ecclesia apud *Sathanacum* olim villam, nunc castellum, in honore S. Dagoberti martyris constructa, temporibus priscis, ab auo nostro Duce *Godefrido Barbato* & *Beatrice* coniuge sua, S. Gorgonio Gorziensi & Henrico ipsius loci Abbati & monachis ipsius, cum omnibus appendiciis suis donata, & ab eius filio *Godefrido* similiter Duce, nostroque auunculo, tota vita sua laudata; sed postea nobis in eorum hereditatem succedentibus, & multis grauibusque contra nos excitis bellorum tumultibus, ex vno ab hostibus nostris, occasione nostri odij, per circuitum suum direpta est & vastata; ex alio, nobis in eiusmodi tempestatibus occupatis, non ita, vt dignum & necessarium fuerat, prouisa est & defensa.

Quapropter monachis, qui ibi dispositi erant, penurias aliquantas patientibus, statuimus dominum VVarnerum Gorziensem Abbatẽ, prædicti Henrici successorem, ad nos cum suis fratribus conuocare: & consilio inter nos communicato, iustum & vtile visum est, per nostrã & eius donationem, ipsorum fratrum Sathanaci commorantium substantiam multiplicari & crescere. Prædictus ergò Abbas, cum consilio fratrum suorum, ad supplementum substantiæ, quidquid ecclesia Gorziensis in Gaudiaco villa, super fluuium Mosellam sita, possidebat, contulit & perpetuò possidendum rata donatione firmauit. Nos autẽ quidquid primùm præscriptus auus noster Godefridus Barbatus & coniux sua Beatrix, ad ecclesiam ipsam & monachorum in ea Deo famulantium sustinentiam & vtilitatem contulerant, & posteà vel quorumdam præsumptio hostilis abstulerat, vel nostra occupatio & auxilij indigentia etiam à nostris contra ipsos violenter teneri pertulerat, porrectis simul manibus, scilicet ego Godefridus Dux & frater meus Baldwinus integrè & absolutè reddidimus: vtque deinceps in perpetuũ fratres prædicto loco deseruientes pacificè illud & absque cuiusquam inquietudine teneant, per manus liberorum fideiussorum super altare S. Gorgonij donum ipsum poni & vestitura legali confirmari effecimus: scilicet ecclesiam S. *Dagoberti* cum domo quæ vulgò *Cella* vocatur, & cum omnibus appenditiis, simulque ecclesiam de *Mosaco*, cum omnibus vtilitatibus suis, & omnibus quæ prædictus auus meus superaddidit donationibus prælibatis. Vt autem hæc nostra statuta rata & inconuulsa permaneant, hanc memorialem descriptionem fieri iussimus, & sigilli nostri impressione, testiumque idoneorum affixione signauimus.

S. Godefridi Ducis, qui hanc chartam describi fecit.
S. Baldwini fratris sui, S. VValteri Aduocati,
S. Henrici Comitis, S. Amalrici, S. Richeri, S. Ottonis,
S. Ludonis, S. Heriberti, S. Euerardi, S. Albrici, S. Leudonis,
S. Sihardi, S. Sozfridi fratris sui, S. Dibaldi,
S. Sigfridi, S. Helgaudi, S. Franconis, S. Hugonis.

1098. Actum Sathanaci, anno Dominicæ incarnationis millesimo nonagesimo sexto, Indictione quarta.

NOTA-

NOTATIONES.

Galliam Romanis bello ereptam victores Franci, Germaniæ inferioris populi, in *Austrasiam* & *Neustriam* diuiserunt. AVSTRASIÆ ditio (quam S. *Remigius* in suo Testamento *Austriam* nuncupat) ab extremis Burgundionum finibus vsque ad mare Frisium, inter Rhenũ, Mosam & Scaldim porrigebatur. Itaque Mediomatrices, Treueros, Vbios, Moguntiacum, Cliuos, Gelriam, Brabantiam, Hannoniam, Hollandiam, Zelandiam, Hasbaniam, Tungros, Eburones, Limburgensem & Luxeburgensem Ducatum, denique Alsatiam, Lotharingiam, Palatinatum Rheni, Burgundiam & Arduennam comprehendebat. Regni titulo decorata suos olim Reges habuit: quorum sedes potissimum fuit vrbs Mediomatricum ad Mosellam, quam hodie Metas nuncupamus. Ceterùm rebus, vt fit, temporis lapsu variantibus, ditio illa amplissima, omisso Austrasiæ vocabulo, à Lothario, Lotharij I. Imp. filio (qui Placentiæ in Italia anno 869. obiit) LOTHARINGIÆ nomen accepit. Habuitque Lotharingia suos quoque Reges ex ordine, ac postea Duces. Exinde in *Superiorem* seu Mosellanam, & *Inferiorem* seu Ripuariam diuisa fuit: adeò vt vno eodemque tempore duo in Lotharingia Duces imperarent, vnus ad Mosellam, alter ad Mosam & Scaldim, viciniisque in locis. Quæ quidem partitio hactenus minùs obseruata, aut non satis explicata, multis errandi occasionem præbuit. Hodie vocabulo Lotharingiæ is dumtaxat regionis tractus comprehenditur, quem Mosella intersecat, quique inter Vosagum & Iuram montes, itemque Sequanam & agrum Luxeburgensem excurrit.

pag. 6.

pag. 55.

NEVSTRIA seu VVestrasia, regnum olim Francorum in Gallia occidentale, regiones omnes inter Mosam & Ligerim sitas complectebatur: cuius metropolis erat Lutetia Parisiorum. Errant igitur qui amplissimum istud regnum vnius Normanniæ augustiis includunt.

Reges

Reges Lotharingiæ.

pag. 39. Anno 843. Ludouici Pij Imp. filij, *Lotharius, Carolus Caluus & Ludouicus*, paternũ inter se regnum Virduni diuiserunt: vt Nithardus lib. 4. docet. Sed quænam cuique fratrum pars regni obtigerit, neque Nithardi liber eo loco mutilus, neque veterum quisquam satis explicat: ceteris tamen accuratiùs Ado Viennensis in Chronico id præstitit. Cessit autem LVDOVICO ad Orientem Germania omnis transrhenana, cum paucis aliquot cis Rhenum pagis & vrbibus, in his Moguntia, Spira & VVormatia, propter vini copiam. CAROLO ad Occidentem Gallia obtigit, non vniuersa, sed quidquid eius ab Oceano hinc ad Mosam & Scaldim, inde ad Rhodanum & Ararim porrigitur. LOTHARIVS Imp. reliquas Galliæ prouincias, quæ inter Mosam, Scaldim & Rhenum, quæque inter Rhodanũ, Ararim & Alpes sitæ sunt, cum Italiæ regno, obtinuit. Idem Lotharius anno 855. monasticen in Prumiensi cœnobio amplexus, regna tres inter filios suos distribuit. *Ludouico* Italiam cum Imperio, *Lothario* eam Galliæ partem, quæ ab ipso exinde Lotharij regnum & Lotharingia est appellata, *Carolo* autem natu minimo Prouinciam attribuit.

Lotrijck.

Ceterùm Lotharingia primùm Regibus, posteà Ducibus paruit.

1. Primus Lotharingiæ Rex fuit LOTHARIVS Iunior, qui Placentiæ mense Augusto, anno 869. obiit, non relicta prole ex Theutperga legitima coniuge. Ceterùm ex VValdrada pellice liberos reliquit, *Hugonẽ* an. 885. à Rheginone Prumiensi tonsum, *Gislam* Godefrido Normannorum Regi an. 882. nuptam, & *Bertam*, matrem Hugonis Italiæ Regis. Lothario defuncto, hereditas iure debebatur eius fratri *Ludouico* II. Imperatori, tunc in Italia agenti: pro quo exstat & Rescriptum Hadriani Pontificis Maximi. Sed patrui ipsius, *Ludouicus Germanicus* & *Carolus Caluus*, obstiterunt. Nam Carolus vt Lotharium obiisse accepit, mox Metas aduolauit, ibique eodẽ ipso anno ab aliquot vtriusque regni Episcopis Rex est consecratus. Ægrè ferente, vt par erat, Ludouico, regnum Lotharij, cuius ipse partem sperauerat, vniuersum à Carolo vsurpari, inita tandem pactione, fratres duo, in Procaspide ad Mosam, in pago Leodicensi conuenientes, regnum Lotharienſe æquis inter se portionibus an. 870. diuiserunt.

pag. 60.

pag. 65.

LVDOVI-

LVDOVICVS cognomento Germanicus, Germaniæ & partis Lotharingiæ Rex secundus, anno 876. obiit, relictis ex Emma coniuge filiis, Ludouico, Carolomanno & Carolo Crasso. 2.

CAROLVS CALVVS, Franciæ & partis Lotharingię Rex, idemque posteà Imperator, anno 877. viuere desiit, Ludouico Balbo filio regnum Franciæ transscribens. Balbus anno 879. moriens ex Adelaide vxore reliquit filium in cunis CAROLVM cognomento Simplicem, vt Flodoardus testatur. Idē Balbus ex Ansgarde repudiata filios duos reliquit, *Carolomannum* & *Ludouicum*, qui in Ferrariensi monasterio Reges sunt coronati. Vidè suprà pag. 72. 3.

At verò LVDOVICVS, Ludouici Germanici filius, cognita morte æquinoci sui (Ludouici Balbi) regnum illius inuadere disposuit, & transvadato Mosa, Imperij fines occupauit. Cui occurrerunt duo memorati fratres Carolomannus & Ludouicus cum valida manu: sed incurrentibus legationibus, pax est roborata: vt Rhegino loquitur. Sicque Ludouico, Germanici filio, Lotharingia cessit, ea conditione vt à regno Franciæ abstineret. 4.

Ludouico an. 882. defuncto, frater CAROLVS CRASSVS Imp. in totius Lotharingiæ regno successit, & an. 888. moriens Arnulfum, Carolomanni fratris sui Baioariæ Regis filium, habuit successorem. Vide suprà pag. 39. & 74. 5.

ARNVLFVS Imperator, Rexque Germaniæ ac Lotharingię, Normannos prope Louanium an. 891. cæcidit, & VVormatiæ in comitiis existens, anno 895. Suendeboldum filium naturalem vniuerso Lotharingiæ regno præfecit: vt Rhegino fusè in Chronicis narrat. 6.

SVENDEBOLDVS ob crudelitatem, quam in suos exercebat, à Stephano, Matfrido, Gerardo & Raginero Haginoensi, Comitibus, bello impetitus, ac demū prælio prope Mosam victus, anno 900. occubuit, in Susterensi monasterio conditus; filiabus duabus Benedicta & Cæcilia relictis ex Oda, Odonis Francorum Regis filia. Vide pag. 39. 7.

LVDOVICVS, Arnulfi Imp. ex Vta legitimus filius, post patris interitum, apud Germanos Imperium gessit. Eidem Lotharingia, Suendeboldo fratre occiso, obtigit, obiitque anno 912. ex Caroli Magni stirpe apud Germanos postremus. Vxor ipsi fuit Emma siue Hemma. Vide suprà pag. 39. & 81. 8.

CONRADVS, vir bello clarus ex Francia Orientali, Ludouico mortuo, 9.

tuo, à proceribus regni electus, Imperium Germanicum, cum parte regni Lotharingiæ, obtinuit, obiitque anno 919.

10. CAROLVS SIMPLEX Francorum Rex, Ludouici Balbi filius, an-
pag. 85. no 898. & 912. magnam Lotharingiæ portionem occupauit, eamque annis aliquot tenuit, Rheginone teste.

11. HENRICVS AVCEPS, Saxoniæ Dux, Conradi in Germaniæ regno successor, anno 921. Carolum Simplicem terrore armorum ad restituendam Lotharingiam compulit. Quo quidē anno, mense Nouembri, vt Flodoardus in Chronico narrat, dicti Reges Carolus & Henricus apud Bonnam castellum conuenerunt, & pacem inter se facien-
pag. 91. tes fœdus inierunt; & Carolus nunquam sibi amplius Lotharienſe regnum vsurpaturum promittens, est regressus: vt Continuator Rheginonis loquitur; qui tamen ad annum 925. ista non rectè refert. Pactum namque istud Bonnense ad annum 921. esse referendum, ex Flodoardo, illorum temporum scriptore, certò constat. Exinde Henricus Auceps viro forti atque industrio *Gisleberto* seu Giselberto, Ragineri I. Comitis Hannonienſis filio, Lotharingiam gubernandam commisit, ipsique filiam suam Gerbergā anno 929. dedit vxorem, vt idem Continuator Rheginonis testatur. Vide suprà pag. 117. & 125.

Duces Lotharingiæ vniuersæ, hoc est, superioris & inferioris.

GISLEBERTVS, Ragineri I. Hannoniæ Comitis & Albradæ filius, primùm Carolo Simplici adhæsit, eiusque nomine Lotharingiæ præfuit. Post mortem verò Caroli Regis, nolentibus Lotharingis Henrico (Aucupi) Germaniæ Regi subesse, quidam Lotharingus nomine Christianus, simulata infirmitate, Gislebertū Ducem ad se dolo euocatum cepit, Regique misit, vt per eum Lotharingiam sibi subiugaret. At verò inspecta industria & potentia Gisleberti, Henricus filiam suam Gerbergam ei despondit, & eum iterùm Lotharingiæ præfecit: vt Sigebertus in Chronico loquitur. Hæc ipsa ijsdem ferè verbis VVitichindus lib. 1. commemorat.

1. Primus ergò Lotharingiæ vniuersæ, id est, superioris & inferioris Dux fuit GISLEBERTVS. Is anno 939. periit, Rheno flumine absorptus,

rus, relicta *Gerberga* filia, Bertoldo Duci Baioariorum postmodũ nupta. Vide suprà pag. 88. & 117.

Gisleberto anno 940. suffectus (teste Flodoardo) HENRICVS, II. Othonis I. Imp. frater, paucis mensibus Lotharingiæ præfuit, pòst Baioariæ Dux ab eodem Othone creatus. Duxit Iuditham seu Iutam, Arnoldi Mali Bauariæ Ducis filiam, & an. 955. obiit; teste Contracto. Vide suprà pag. 125. & 145.

OTHO, Ricuini filius, post Henricum Dux Lothariensium an. 944. III. vita decessit: vt Flodoardus narrat. Vide suprà pag. 98.

CONRADVS seu Cuno, VVerinheri filius, Othonis I. gener, exinde IV. præfuit: qui socero pòst rebellis, Hungaros in Lotharingiam adduxit. Demùm facti pœnitens, & contra Hungaros fortiter dimicans, anno 957. occubuit. Vxorem an. 947. duxerat *Luitgardem*, Othonis I. filiã, quæ an. 953. obiit. Vide suprà pag. 100. 104.

BRVNO, Othonis I. frater, in Conradi rebellis locum suffectus, V. Colonienſis Archiepiscopus & Archidux Lotharingię secundas partes in regno fratris sui potenter & industriè administrauit, vt Sigebertus loquitur, & anno 965. Remis viuere desiit. Laudatur eximiè à Ditmaro, qui ipsum, intercessione S. Pauli Apostoli, in cœlum fuisse receptum narrat. Ab ecclesia certè Tornacensi, anniuersario ritu, solemniter die XI. Octobris colitur vt Sanctus. Vitæ eius historia, à Rotgero monacho conscripta, apud Surium exstat. Vide suprà pag. 110. & 125.

Duces Lotharingiæ superioris seu Mosellanæ.

Lotharingiæ superioris seu Mosellanæ (quam ferè mediam Mosella I. fl. intersecat) primus Dux FREDERICVS, à Brunone Colonienſi Archiepiscopo & Lotharingiæ Archiduce, anno 958. constitutus fuit: vt Flodoardus in Chronico his verbis testatur. Anno 958. Lotharienses à Brunone Duce desciscunt: quibus postmodùm reuocatis, Fredericum quendam Comitem eis vice sua præfecit. Fuit autem Fredericus Adelberonis I. Metensis Episcopi frater; vt Sigebertus in Chronico testatur: Anno 945. Otho Imp. totam Lotharingiam sibi subiugauit, resistente sibi solo Metensium Episcopo Adelberone, fratre Ducis Frederici. Anno 963. idem Fredericus Dux subscripsit tabulis, quibus Sigi-

pag.110. fridus Comes castellum Luziliburgum, in pago Arduennæ situm, à VVikero Abbate S. Maximini Treuerensis titulo permutationis ac-
pag. 125. quisiuit. Frederico vxor fuit BEATRIX, soror Hugonis Capeti Regis
& 158. Francorum, Hugonis Comitis Parisiensis & Hadeuidæ filia: duxitque eam anno 954. teste eodem Flodoardo: Anno 954. Fredericus, frater Adelberonis Episcopi, Hugonis Principis filiam duxit vxorem. Ex Beatrice nati sunt Frederico filij tres, *Theodericus* in Ducatu successor, *Adelbero* II. Episcopus Metensis anno 984. creatus, & *VVernerus* Episc. Argentinensis, qui Constantinopoli 1027. obiit, & *Itta* Radebodonis Comitis Hasburgensis vxor.

II. Mosellanorum secundus Dux fuit THEODERICVS, Frederici I. fi-
pag. 148. lius; quem bello cepit Theodericus Metensis Episcopus, S. Cunegundis Imperatricis frater: vt Sigebertus in gestis an. 1009. narrat. Theodericus, qui circa an. 1020. obiit, genuit *Fredericum* Ducem, *Adelam* seu Adeladam, *Odelricum* & *Gerardum* Ducem, vt ex Genealogia Comitũ Habsburgensiũ infrà ad an. 1142. recitanda, constat. Adelada genuit Fulconem & Valeramum, & filiam vnam, quam duxit Henricus Limburgensis, pater Pagani Arlunensis: vt in S. Arnulfi Genealogia legitur.

III. Theoderico FREDERICVS II. filius successit, & an. 1033. moriens, ex Gerberga Eustathij I. Comitis Bolonienſis filia, reliquit filias duas, *Beatricem* & *Sophiam*. Beatrix ex Bonifacio Marchione Italiæ genuit Mathildẽ, Italiæ Marchionissam, quæ virgo manens Godefrido Gibboso Lotharingiæ inferioris Duci primùm, pòst VVelfoni Boiariæ Duci nupsit. Sophia ex Ludouico I. Comite de Montbeliard genuit Theodericum Comitem de Montbeliard, Monsson & Bar, Fredericum & Beatricem: vt lib. 1. Don. Belg. cap. 82. docui. Vide suprà pag. 171. & 201.

IV. GOTHILO seu Gozilo Magnus exinde Ducatum superioris & inferioris Lotharingiæ cum Marca Antuerpiensi possedit. Libet adnectere verba Sigeberti Gemblacensis. Friderico Mosellanorum Duce mortuo, qui mares filios non habebat, quibus Ducatus competeret, Gothelo Dux, impetrato ab Imperatore etiam Mosellanorum Ducatu, in Lotharingia potentiùs anno 1034. principatur. Vide suprà pag. 128. & 142.

V. GODEFRIDVS Magnus seu Barbatus, Gothiloni patri, adhuc viuenti,

uenti, in Ducatu Mosellano suffectus est, iuxta Herm. Contractum, cuius hæc sunt verba: Anno 1044. Gozilo Dux Lotharingorum moriens Goziloni filio, quamuis Ignauo, Ducatum suum à Rege Henrico promissum, relinquere disposuit. Filius eius Godefridus iamdudum Dux, cum Ducatum fratri debitum contra fas à Rege Henrico sibi obtinere nequiuisset, iusiurandum fidemque postponens, rebellare Regi præsumit. Anno 1045. Godefridus Dux rebellioni suæ desperans, Regique ad deditionem veniens, in custodiâ mittitur. Anno 1045. Henricus Pentecosten Aquisgrani faciens, Godefrido Duci è custodia relaxato, sibique procedenti terratenus prostrato Ducatum suum misertus reddidit. Fredericus, frater Henrici Ducis Baioariæ, Dux Lotharingorum, pro Godefridi fratre Ignauo Gozilone, constituitur. Anno 1047. Godefridus, inter alia quæ contra Regem gessit, Virdunensem ciuitatem dolo captam incendit & euertit: cuius Ducatum Adelberto cuidam Henricus Rex tradit. Hactenus ex Contracto. Ceterùm Godefridus Magnus, ab Henrico Imp. Ducatu Mosellano spoliatus, in Italiam se contulit, & matrimonio sibi iunxit *Beatricem*, Frederici II. Ducis Mosellani filiam, Bonifacij Tusciæ Marchionis viduam. In Galliam demùm reuersus, Ducatum Lotharingiæ inferioris ab Imperatore impetrauit, & anno 1069. aut 1070. moriens liberos ex N. priore coniuge reliquit, *Godefridum Gibbosum* Lotharingiæ inferioris Ducem, *Idam* Eustathij II. Comitis Bolonienſis coniugem, Godefridi Bullonij matrem, & N. alteram filiam cuidam in Germania Comiti nuptam, Hirsaugiæ sepultam: vt Bertoldus anno 1093. tradit. Vide suprà pag. 197.

ADELBERTVS anno 1047. Lotharingię Dux ab Henrico Imp. creatus, & anno 1048. à Godefrido Barbato Duce est interemptus: vt Cõtractus & Sigebertus testantur. Sunt qui putant hunc Adelbertum esse eumdem cum Alberto II. Comite Namurcensi, Ermengardę filio. VI.

GERARDVS ALSATIVS, Frederici II. Ducis suprà laudati frater, anno 1048. Aldelberto successit, & anno 1070. obiit; teste Sigeberto. Vxorẽ habuit Hadevvidã, Alberti I. Comitis Namurcensis & Ermengardæ filiam: ex qua filios reliquit, *Theodericum Strenuum*, suum in Ducatu Mosellano successorem, & *Gerardum* Comitem de Egisheim: vt loco citato in Don. Belgicis docui, & infrà ad an. 1142. docebo. VII.

VIII. THEODERICVS II. cognomento Strenuus, Gerardi Alsatij & Hadevvidæ filius, anno 1075. Henrico IV. Imp. in bello adfuit contra Saxones, vt Lambertus Schafnaburgensis narrat: Rex venit in Gerstingum: venerunt omnes Teutonici regni Episcopi & Comites. Aderat Diodericus Dux Mosellæ regionis; aderat Gozelo (seu Godefridus Gibbosus) Dux Lotharingiæ (inferioris.) Idem Theodericus II. an-
pag. 230. no 1089. memoratur in diplomate Metis dato, quo Henricus IV. Imp. confirmat fundationem Abbatiæ S. Agerici Virdunensis, à Theoderico illius vrbis Episcopo factam. Vxor illi fuit *Gertrudis* Roberti Frisij Flandriæ Comitis filia, Henrici III. Comitis Louanienſis vidua. In archiuis ecclesiæ collegiatæ S. Deodati in Lotharingia, exstat diploma Theoderici Ducis Lotharingiæ & Marchionis, datum XIV. Kalendas Aprilis, Indictione VII. anno 1114. in præsentia filiorum Simonis, Theoderici, Gerardi & Henrici. Ex his Theodericus cognomento Alsatius fuit Comes Flandriæ, Gerardus autem fuit Comes Vademontanus. In Bellæ vallis monasterio, Tullensis diœcesis, ord. S. Benedicti, adseruantur litteræ, anno 1007. à Gerardo fratre Theoderici II. datæ, hoc initio: Ego Gerardus Comes Vadani montis, filius domini Gerardi Ducis Lotharingiæ.....

IX. SIMON I. Lotharingiam annis 24. rexit, & die 14. Ianuarij an. 1139. obiit, sepultus in Bello prato, ord. Cistertiensis cœnobio, quod eius ævo *Eolmarus* Comes Metensis fundarat prope Lunaris villam, opidum Vosagiæ primarium, in diœcesi Tullensi. Idem Simon tabulis ecclesiæ Traiectensis an. 1132. subscripsit. Vxor ipsi fuit *Adelais*, Lotharij Imp. soror, ex qua filium sustulit Matthæum.

Duces

Duces Lotharingiæ superioris, siue Duces Mosellanorum, item & Comites Vademontani & Barrenses.

X. MATTHÆVS I. Clari loci monasterium, ord. Cistertiensis, altero milliari à Nanceio constructit, & obiit an. 1163. aut 1176. ibidem conditus. Vxor Iuditha, aliis *Bertha*, Frederici Imp. soror fuit: ex qua genuit Simonem suum in Ducatu successorem, Fredericum Comitem de Bitsche, Matthæum Episcopum Tullensem à quibusdam electum, & Aleidem Comitissam Burgundiæ. His addunt nonnulli Theodericum electum Metensem Episcopum.

XI. SIMON II. anno 1143. monasterium Stultzbrunense, ord. Cistertiensis, condidit, ibidem postea sepultus. Vxorem habuit *Idam*, obiitque sine liberis.

XII. FREDERICVS eo nomine tertius, Frederici Comitis de Bitsche filius, patruo suo Simoni II. sine liberis defuncto, in Ducatu successit, & an. 1214. decessit. Vxor *Agnes*, Theobaldi Comitis Barrensis ac Briacensis & Lauretæ Lossensis filia. Agnetem istam scriptor Genealogiæ S. Arnulfi vocat Thomascetam seu Thomacellam. Liberi in dicta Genealogia nominantur, Iacobus Metensis Episcopus, Theobaldus & Matthæus Duces, & Regnaldus Comes de Castres.

XIII. THEOBALDVS I. Dux Lotharingiæ, & ex parte vxoris Gertrudis, Comes Metensis & Dagisburgensis, prælio Bouinensi inter Tornacum & Insulas, anno 1214. pro Othone IV. Imp. pugnans, interfuit, obiitque sine liberis. Gertrudis nupsit postea Theobaldo III. Comiti Campaniæ.

XIV. Theobaldo frater MATTHÆVS II. successit. Vxor fuit *Catharina*, VValerami Ducis Limburgensis ac Comitum Luxeburgensis filia. Matthæus IV. Idus Februarij anno 1250. aut 1254. & Catharina anno 1258. obierunt, sepulti in monasterio Belli prati; relicto filio FREDERICO II. Duce. De quo & aliis Lotharingiæ Mosellanæ Ducibus, ad nostra vsque tempora, suis infrà locis dicemus.

Duces Lotharingiæ inferioris seu Brabantiæ.

CAROLVS, Ludouici Francorum Regis ex Gerberga Gisleberti Lotharingiæ Ducis vidua filius, Lotharij Francorum Regis frater, anno 977. ab Othone II. Imp. Dux Lotharingiæ creatus est; teste Sigeberto. Vxor illi fuit *Agnes*, aliis Anna, Heriberti Trecensis Comitis filia: ex qua nati, *Otho* in Ducatu Lotharingiæ successor, *Gerberga* Lamberto Comiti

Comiti Louanienſi, & *Ermengardis* Alberto Comiti Namurcenſi nupta. Ludouico Francorum Rege, ſtirpis Carolinæ vltimo, ſine liberis an. 987. defuncto, Hugo Capetus Comes Pariſienſis regnum inuaſit, Carolo ex paterna & auita ſucceſſione debitum. Quod dum armis repetit, per fraudem 990. à Capeto captus, Aureliæ ad Ligerim in carcere an. 991. obiit. Idem Carolus Bruxellam aula ſua primus nobilitauit, palatio in Sennæ fl. inſula, haut procul à S. Gaugerici baſilica, ædificato. Sacra inſuper oſſa S. Gudilæ virginis ex Morſella, agri Tenetæmondani vico, Bruxellam attulit, & in dicta S. Gaugerici baſilica collocauit.

OTHO patri Carolo in Ducatu Lotharingiæ inferioris ſuffectus, an. 1005. ſine liberis obiit. Quapropter Ducatus eius à S. Henrico Imp. datus eſt *Godefrido Improli*, Godefridi Virdunenſis Comitis filio: vt Sigebertus his verbis teſtatur: Anno 1005. mortuo Othone Duce, Ducatus Lotharingiæ datur Comiti Godefrido, filio God. Ardennenſis. Datus eſt autem circa annum Chriſti 1012. interuentu Gerardi I. Cameracenſis Epiſcopi: vt ex Balderici Ch. Cam. lib. 3. cap. 7. colligitur. II.

GODEFRIDVS IMPROLIS ſeu Iuſtus, Godefridi Captiui, Comitis Virdunenſis, filius ex Mathilde Herimanni Saxonum Ducis filia, Balduini III. Flandriæ Comitis vidua, an. 1023. obiit, nullis relictis liberis; ideoque vulgò Improlis nuncupatur. Obiit, inquam, paulò ante obitum S. Henrici Cæſaris: vt apud Baldericum in Chronico Cameracenſi lib. 3. cap. 37. & in Auctario Lipſiano ad Sigeberti Chronicon legitur. Quod nota contra Sigebertum, qui eius obitum ad annum 1019. refert. III.

GOTHILO ſeu Gozilo Magnus ſucceſſit Godefrido Improli fratri ſuo ſine prole defuncto. Antequam Dux eſſet Lotharingiæ inferioris, poſſedit Marcam Antuerpienſem: vt ſuprà pag. 142. docui. Frederico Moſellanorum Duce an. 1033. ſine filiis mortuo, à Conrado Salico Imp. Moſellanum quoque Ducatum impetrauit. Anno 1037. die. 17. Ianuarij Odonem Campaniæ Comitem, qui Lotharingiã infeſtabat, prælio ſuperauit & occidit; Sigeberto teſte. Obiit an. 1044. vt Contractus & Sigebertus teſtantur. Filios reliquit *Godefridum Magnum* ſeu Barbatũ, *Gothilonem Ignauum*, *Fredericum* qui poſteà fuit Stephanus IX. Papa, *Odam* Baldrico Louanienſi, & *Regelindem* Alberto II. Namurcenſi Comiti nuptam. Vide ſuprà pag. 197. IV.

V. Gothilo Ignauus, iuxta Herm. Contractum, patri suo Gothiloni in Ducatu Lotharingiæ inferioris successit, & biennio, hoc est, ab anno 1044. vsque ad an. 1046. præfuit. At Sigebertus vult eum in Mosellano Ducatu successisse. Magis tamen placet Contracti opinio, eò quòd Fredericus, Gothilonis Ignaui successor, in nostra seu inferiore Lotharingia, vt Tridonopoli, Antuerpiæ & alibi imperauerit.

VI. FREDERICVS, Adelberonis III. Episcopi Metensis & Henrici Baioariæ Ducis frater, Gothiloni Ignauo successor an. 1046. datur: vt Contractus his verbis testatur: Henricus Imp. an. 1046. Pentecosten Aquisgrani faciens, Godefrido (Magno seu Barbato) Duci è custodia relaxato, sibique procedenti terratenus prostrato Ducatum suum (Lotharingiæ scilicet superioris) miseratus reddidit. Fredericus, frater Henrici Ducis Baioariæ, Dux Lotharingorum (inferiorum) pro Godefridi fratre Ignauo Gozilone constituitur.

Fuit autem Fredericus Dux noster sextus ex familia Comitum Lutzeburgensium, imò & Comes illius prouinciæ, iuxta quosdam: vt suprà pag. 148. narraui. Vxorem habuit *Gerbergam* Eustathij I. Comitis Bolonienſis filiam, & ex ea peperit filiam Mutam seu Iutam, matrem Henrici Comitis Limburgensis ac Ducis Lotharingiæ inferioris: vt in Genealogia S. Arnulfi legitur. Obiit Fredericus an. 1065. non relicta prole mascula, sepultus Stabuleti, cuius monasterij fuerat Aduocatus. Quapropter anno proximè sequenti Henricus IV. Imp. Goslarię existens Godefridum Magnum, ex Italia reducem, Lotharingiæ inferioris Ducem & monasterij Stabulensis Aduocatū constituit: vt ex Bertholdo, Continuatore Contracti, Scafnaburgensi & Sigeberto datur intelligi.

VII. GODEFRIDVS Magnus seu Barbatus secundis nuptiis sibi iunxit *Beatricem*, Frederici II. Ducis Mosellani filiam, Bonifacij Tusciæ Marchionis viduam. Obiit an. 1070. liberosque ex N. priore coniuge reliquit *Godefridum Gibbosum*, & *Idam* Eustathij II. Comitis Bolonienſis coniugem, God. Bullonij matrem.

VIII. GODEFRIDVS GIBBOSVS, Guilielmo Tyrio Strumosus, patri defuncto successit, præstantis quidem animi adolescens, sed gibbosus, vt Scafnaburgensis loquitur. Is an. 1076. Antuerpiæ à sicario confossus est, insidiis, vt putabatur, Roberti Frisij Flandrorum Comitis; Virduni iuxta patrem conditus. Sine liberis moriens patrimonij sui, ac nominatim

minatim ditionis Bullonienſis heredem ſcripſit *Godefridum*, inde *Bullonium* dictum, Idæ ſororis ſuæ filium: vt idem Tyrius Belli ſacri ſcriptor teſtatur. Idipſum liquet ex tabulis ab ipſo God. Bullonio an. 1094. in fauoré Cellæ S. Petri Bullonienſis datis, quas hoc capite recitauimus.

Godefrido Gibboſo vxor fuit *Mathildis*, filia Beatricis ſuprà memoratæ ex Bonifacio Marchione Tuſciæ, ſed quæ virgo manſit, quæque poſt obitū God. Gibboſi, ſecundis nuptiis an. 1089. iuncta fuit VVelphoni, VVelphonis Baioariæ Ducis filio, Azonis Marchionis Ferrarienſis nepoti, ſed intacta, vt anteà: vt Bertholdus & Baronius fusè narrant.

Anno 1077. Mathildis varia Tuſciæ & Liguriæ opida S. Romanæ Eccleſiæ dedit, quæ hodie Patrimonium S. Petri nuncupantur, ac demum an. 1115. è vita deceſſit: vt Domnizo in eius vita, & Leo Oſtienſis lib. 3. cap. 48. commemorant. Hæc ipſa Mathildis Canonicorum regularium S. Petri ad Montes Abbatiam iuxta *Brie*, in diœceſi Metenſi, fundauit: vt in Chronico magno Belgico legitur.

God. Gibboſo ſine liberis defuncto, Henricus IV. Imp. Vltraiecti IX.
exiſtens Ducatum Lotharingiæ inferioris filio ſuo CONRADO, Marcam verò Antuerpienſem Godefrido (Bullonio) Gozilonis Ducis nepoti, Euſtathij Comitis filio, impigro & ad rem militarem acerrimo adoleſcenti an. 1076. tradidit: vt Scafnaburgenſis loquitur.

Conrado ad regnum Italiæ à patre Henrico IV. Imp. euecto, idem X.
Imperator an. 1089. God. Bullonio, *God. Gibboſi ex Ida ſorore nepoti*, vt Sigebertus loquitur, Ducatū Lotharingiæ inferioris dedit, quem vſque ad finem vitę ſuæ, vnà cum Marcha Antuerpienſi, poſſedit. Idem God. Bullonius Cellam S. Petri, in municipio Bullonienſi ſitam, monachis Benedictinis à Godefrido Magno, auo ſuo materno, traditam, prouentibus amplioribus an. 1094. dotauit; Baſcienſi eccleſiâ eiſdem traditâ. Eſt autem Baſcium, vulgò *Baſy*, vicus Gallo-Brabantiæ ad fl. Tiliam, haut procul à Villarienſi monachorum Ciſtertiensium Abbatia: in quo vico natus & enutritus fuit God. Bullonius: vt in ms. Niuellenſi Genealogia Ducum Brabantiæ legitur, vtque traditione velut per manus accepta illius loci incolæ narrant. Antequam in iter verſus Terram ſanctam ſe daret Bullonius, vt expeditionem ſuam Deo ac S. Michaëli, militiæ cæleſtis principi, commendaret, Antuerpiæ collegium XII. Canonicorum in honorem eiuſdem Archangeli inſti-

tuit ac dotauit: quod collegiũ ex S. Michaëlis templo (petente S. Norberto ord. Præmonſtratenſis conditore) ad baſilicam Marianam an. 1124. tranſlatum, & aliis totidem Canonicis decurſu temporis auctũ, nunc eſt cathedrale. Idem Bullonius pecuniam in vſum belli ſacri colligens, *Otberto* Leodicenſi Epiſcopo arcem ac ditionẽ ſuam Bullonienſem mille trecentis argenti & tribus auri marcis vendidit; maiore ſui vendentis, quàm ementis gloria. Hanc ipſam arcem ac ditionem hodieque poſſidet Epiſcopus Leodicenſis, cum titulo Ducis Bullonienſis.

Anno 1096. die 15. Auguſti Bullonius iter ſacrũ aggreſſus eſt, cum Balduino Comite Hannonienſi, Hugone Comite S. Pauli, eiuſque filio Engelramo, Rainardo Comite Tullenſi, eiuſque fratre Petro, Cunone Comite Montis acuti, ſororio ſuo, Henrico & Godefrido Aſcanis, fratribus Brabantis, & aliis plurimis, quos Guil. Tyrius & alij enumerant. Præter hos comites, familiam habuit regio more inſtructam. Baldricum & Matthæum illius Dapiferos, Iosfridum & Strabelonem Camerarios, Rothardum poculi Prouiſorem, Vdelradũ Conſiliariũ, Letholdum & Radulfum milites eiuſdem domeſticos, idem Tyrius aliique laudant.

Anno 1099. Hieroſolyma, belli ſacri caput, die XV. Iulij, feria ſexta, ab Europęis capta eſt, God. Bullonio omnium primo muros tranſcendere auſo. Exinde regnum Hieroſymitanum ipſi, cuius potiſſimùm virtute vrbem captam eſſe conſtabat, omnium conſenſu delatũ: quamquam piiſſimus Princeps nec inſigne, nec nomen regium vſurpare voluit in ea vrbe, vbi Dei filium purpura indutum & Regem per ludibriũ meminerat appellatum.

Anno 1100. die 19. Iulij Hieroſolymis obiit, regio more ſepultus in Sepulcri Dominici templo Golgothano: vbi hodieque eius mauſoleũ lapide Pario conſtructum viſitur, hac addita inſcriptione: Hîc iacet inclytus Godefridus Bulion, qui totam iſtam terram acquiſiuit cultui Chriſtiano: cuius anima requieſcat in pace.

XI. God. Bullonio in Syria ſine liberis defuncto, HENRICVS Comes Limburgenſis ab Henrico IV. Imp. anno 1101. in Ducatu Lotharingiæ inferioris & Marca Antuerpienſi ſuffectus eſt: vt Sigebertus illius temporis ſcriptor teſtatur. Fuit is filius N. Comitis Limburgenſis & Mutæ ſeu Iuthæ, quam Frederici Ducis Lotharingiæ inferioris & Gerbergæ filiam fuiſſe diximus.

Henrico

Henrico Limburgensi ob rebellionem capto, Ducatus Lotharingię XII.
inferioris GODEFRIDO BARBATO Comiti Louanienſi ab eodē Hen-
rico an. 1106. eſt collatus: teſte eodem Sigeberto. Anno 1125. defuncto *pag.* 225.
Henrico Cæſare, Lotharius Saxonum Dux à Germaniæ Principibus
electus eſt Imperator. Huic ſe *Conradus*, Frederici Sueuorum Ducis ex
Agnete filia Henrici IV. Imp. filius, obiecit; à nonnullis Germaniæ
proceribus Imperator nuncupatus. Conrado inter alios ſeſe God. Bar-
batus adiunxerat: quam ob cauſſam Ducatu à Lothario ſpoliatus, &
Valeramus Comes Limburgenſis, Henrici Exducis filius, illo honore eſt
auctus.

VALERAMVS igitur, quamdiu Lotharius vixit, hoc eſt, ferè ad fi- XIII.
nem vſque anni 1137. Lotharingiæ noſtræ Ducatum poſſedit. Exſtat
Stephani Metenſis Epiſcopi diploma Auerbodienſe an. 1126. datum,
in quo huius V Valerami Ducis & Marchionis fit mentio. Exinde III.
Kalend. Decembris an. 1137. Lothario defuncto, Conradus Imp. God.
Barbato an. 1138. Ducatum Lotharingiæ iterum attribuit ac confirma-
uit. Titulum tamen Ducis & magnam Arduennæ partem Valeramus
eiuſque poſteri retinuerunt.

Godefridus porrò Barbatus ex *Ida*, Henrici IV. Imp. filia, liberos
ſuſtulit, *Godefridum* ſuum in Ducatu ſucceſſorem, Henricum, Aleidem
Idam & Claritiam: vt ſuprà pag. 225. diximus.

Barbato ſucceſſit GODEFRIDVS II. filius, Louanij ad D. Petri an. XIV.
1143. conditus. Ex *Lutgarde*, Berengarij Comitis Zulzbacenſis filia,
reliquit filium ſibi cognominem ac ſucceſſorē, itemque *Albertum* Co-
mitem de Moha & Dagisberg. Albertus porrò monaſterium Vallis
S. Mariæ fundauit, vt in Chronico magno Belgico pag. 215. legitur;
& filiam reliquit *Gertrudem*, quæ primùm Theobaldo Lotharingiæ ſu-
perioris Duci, pòſt N. Campaniæ Comiti nupſit, & an. 1234. obiit.

GODEFRIDVS III. in Cunis vulgò dictus, Godefridi II. filius an. XV.
1186. viuere deſiit, Louanij itidem ad D. Petri ſepultus. Anno 1180.
Hieroſolymam ſe contulit: vt in citato Chronico magno Belgico le-
gitur. Ex *Margarita*, Henrici Ducis Limburgenſis filia, genuit *Henricum*
ſucceſſorem, S. *Albertum* Epiſcopum Leodicenſem, & *Aleidem* Otho-
ni IV. Imp. nuptam. Ex altera coniuge *Imagina*, Ludouici Comitis Loſ-
ſenſis filia, procreauit Guilielmum primum Peruſij Dominum, Go-
defridi patrem. De priore matrimonio ſic legitur in Auctario Affligē-

mensi, quod cum Sigeberti Chronico edidimus: Anno 1155. Godefridus Iunior, Dux Lotharingiæ, Margaritam filiam Henrici Comitis Limburgensis in coniugio sortitus est: per quod tandem rebus omnibus pace compositis, contentio longo tempore protracta, ea conditione finita est, vt Godefridus confirmatum sibi Ducatum, sine vlla contradictione, Aduocatiam S. Trudonis, castellum Rode obtineat, atque omnium, quæ possidet idem Comes, post decessum eius, medietatem accipiens, hereditario iure successor fiat. Sicque contentio illa de Ducatu Lotharingiæ inferioris tandem finita fuit, quæ ab an. 1106. inter Louanien sem & Limburgensem Comites durauerat, mansitque Ducatus penes posteros God. Barbati Comitis Louanien sis.

Godefrido III. Duci tres ex ordine HENRICI, pater, filius & nepos successerunt: ex quibus Henricus II. titulo Lotharingiæ titulum Brabantiæ primus in diplomatibus adiunxit, hoc est, primus se Lotharingiæ & Brabantiæ Ducem scripsit, cùm eius antecessores solius Lotharingiæ titulo vsi fuissent.

CAPVT CXVII.

Genealogia Caroli Ducis primi Lotharingiæ inferioris, circa an. 1095. scripta.

pag. 73. KArolus Caluus genuit Ludouicum, de quo dictum est, quòd nihil fecit, quia post mortem patris tantùm quattuor annis vixit. Ludouicus filius Ludouici genuit Karolum Simplicem & Karlomannum. Hic Karolus Simplex ab Herberto captus est. Karolus ex Ogi-
pag. 105. ua genuit Ludouicum. Ludouicus genuit Lotharium Regem, & Karolum Ducem ex Gerberga. Lotharius Rex genuit Ludouicum iuuenem, & Karolus Dux, frater Lotharij Regis, genuit Ermengardem &
pag. 197. Gerbergam. Ermengardis genuit Albertum Comitem de Namuco. Et Albertus genuit Albertum, qui nunc mortuus est, à quo procreati sunt quattuor filij, Fredericus Præpositus S. Lamberti, Godefridus
pag. 224. Henricus & Albricus. Et Gerberga, soror Ermengardis, genuit Henricum seniorem Comitem de Bruxella, Comitem Lambertũ, & Ma-
pag. 201. thildem. Hanc Mathildem duxit vxorem Comes Eustathius de Bolonia,

lonia, & genuit ex ea duos filios Eustathium & Lambertū. Eustathius accepit filiam Godefridi Ducis, Idam nomine, genere nobilem & moribus: & genuit ex ea tres filios, Eustathium, Godefridū Ducem nunc Lotharingiæ, & Balduinum.

NOTATIONES.

Genealogia ista legitur ad calcem Chronici Hugonis Floriacensis, quod cum aliis adiunctis an. 1227. Petrus monachus in pergameno descripsit, & S. Quintino obtulit. Est volumen ingens pergamenicū, quod Iacobus Reuardus Iureconsultus Brugensis emit à milite, qui illud in direptione opidi. S. Quintini 1558. acceperat. Fuit posteà Iacobi Pamelij, Episcopi Audomarensis nominati: hodie Brugis adseruatur in bibliotheca Soc. Iesu.

ERMENGARDEM & Gerbergam.] Ermengardis vt primogenita (nisi fallor) nominatur primo loco. Donationes nostras Belgicas lib. 1. cap. 30. consule.

FREDERICVS Præpositus S. Lamberti.] Idem posteà, anno videlicet 1119. creatus est Episcopus Leodicensis. Atque hinc constat Genealogiam istam ante annum Christi 1119. esse scriptam.

EVSTATHIVM & Lambertum] Comitem Lensensem, qui Islæ anno 1054. occisus fuit: vt Baldericus in Chron. Cameracensi lib. 3. cap. 78. tradit.

GODEFRIDVM Ducem nunc Lotharingiæ.] Nota ætatem scriptoris: vixit is sub God. Bullonio Lotharingiæ inferioris Duce.

CAPVT CXVIII.

Explicantur iura Aduocati Abbatiæ Laurishamensis, in diœcesi VVormatiensi, an. 1095.

NOtū sit omnibus, quòd HENRICVS Comes, Conradi pię memoriæ Comitis filius, Bertranni defensoris nostræ ecclesiæ deceptus consiliis, ius Aduocati in aratura & messione innumeris à bonæ memoriæ Abbate Regimberto seruitiorum & donorum impendiis redemptum, *pag.* 32.

demptum, & regali concessione traditum nobis abstulit, & omni honore & iure, quo vsi sumus sub omnibus eius & nostris antecessoribus, nos priuauit & exuit; sed miserante Deo postea in se rediit, & ablata reddidit; & præsidente domino HENRICO Palatino Comite, cui ab Imperatore Henrico, in Italia exercitum ductante, Imperij commissæ sunt habenæ, in integrum hoc ordine restituit. Iurare fecit honestiores nostros & suos Scabinos, vt neque pro amore neque timore illius dimitterent, quin secundùm veritatem quid Aduocatus, quid iuris Fiscus noster ex antiquitate iustè retinuisset, liquidò ederent.

Igitur iureiurando obstricti affirmauerunt, quòd non liceret Aduocato constituere vllum Subaduocatum, nisi ex familia ecclesiæ, & per electionem & consensum eiusdem familiæ, & quòd quotidiani seruitores, qui ad coquinam, qui ad pistrinam, qui ad molendinum, qui ad lauatorium, qui ad custodiam monasterij, qui ad quotidianum fratrũ seruitium pertinent, nihil illi debeant persoluere.

1095. Hæc acta sunt anno millesimo nonagesimo quinto, Indictione III. anno Imperatoris Henrici XL. Imperij XII. annitente domini Abbatis Regemberti successore Thifrido. Testes autem huius concessionis & confirmationis nobilissimi sunt isti: Henricus Palatinus, Hermanni Comitis filius, & frater eius Theodericus, Bezelinus de Arlon, Adelbertus & Bezelinus de Engelinga; Anselmus de Edinga, Rupertus filius eius, Ioannes Bulza, Thibolt & filius eius Giselbertus, Hugo Hesso.

Balduinus Ierosolymitanus, Comes Montensis siue Hannonienſis, in Syriam ad bellum sacrum profecturus, an. 1096. Couinum castellum vendit Oberto seu Otberto Episcopo Leodicensi.

Omnibus notum fieri volumus, quòd ego OBERTVS, gratia Dei
pag.212. Leodicensis Episcopus, ecclesiæ consulens vtilitati, emi à Comite Balduino de Mont castellum de Couino, cum appenditiis eius, propter pacem & tranquillitatem perpetuò habendã; quia malefactores ibidem commorantes, rapinis aliisque molestiis vexabant Episcopatum. Et ipsi Comiti dedi in proprios vsus pondo auri, marcas quinquaginta.

Quod

Quod pactum ideò libentiùs ecclesiæ Dei concessit, quia gratia diuina inspirante animo conceperat, cum aliis deuotis Christianis, Hierosolymam proficiscì. Tradidit igitur ad altare S. Mariæ sanctique Lamberti, per manus Raineri Aduocati, præsente & annuente vxore ipsius IDA, cum filiis suis, *Balduino, Arnulpho, Lodeuuico, Henrico*, castellum supradictum, cum omnibus ad illud pertinentibus, à fluuio Mosa vsque ad Cinacum, & vsque Leisiam & Belmont & Ruminiacum, & cætera loca, quòusque termini ipsius loci longè lateque extenduntur.

Huius rei testes adfuerunt clerici isti: Fredericus Præpositus de S. Lamberto, Balduinus Archidiaconus, Godescalcus, VVazo, Bruno Præpositus de S. Ioanne. Item Decani de aliis monasteriis, Oddo, Balduinus, Lambertus, Franco.

Laici nobiles isti, Reinerus Aduocatus, qui recepit ipsius alodij traditionem, Comes VVarnerus de Greis, VVedericus de VValecort, VVigerus de Tudin, Ioannes Louierual, Godefridus de Ham, VValterus de Bacunvvetz & filius eius Mainerus, VValterus de Trueneis, Reinbaldus filius Reinbaldi de Gesselin, Lambertus de Calmont, Arnulfus de Rone.

De familia ecclesiæ, Lambertus de Hoyo, Theodoricus de Ponte, VVarnerus Pincerna & frater eius Obertus, Lambertus Dapifer, Adelardus & Fredericus frater eius, Albertus de Offei, Bouo de Bauachen, Ioannes Dapifer, cum aliis.

Actum est publicè Leodij XVIII. Kalend. Iulij, anno millesimo nonagesimo sexto, Indictione tertia, imperante Henrico tertio & præsidente Leodiensi cathedræ domino Oberto, anno ordinationis suæ in Episcopatu quinto. 1096.

CAPVT CXIX.

*Foreſtum nobilium virginum Benedictinarum Abbatia prope Bruxellam an.*1096. *Giſelberti Aloſtani opibus fundatur, & à Fulgentio* I. *Abbate Affligemienſi legibus firmatur, circa an.* 1107.

pag.222. EGo Fulgentius Dei gratia primus Abbas in loco, qui vocatur *Haſſingem*, omnibus Chriſti fidelibus notum fieri volumus, quòd quidam miles GISELBERTVS nomine, filius Balduini de Aloſt, filij Adolphi, alodium, quod ab Abbate S. Petri de *Haſnon* emerat, noſtræ eccleſiæ liberè tradidit, vt in eodem alodio, cum eiuſdem alodij appenditiis, eccleſiam & clauſtrum, in honore B. Mariæ Virginis, conſtrueretur; vbi ſub regula S. Benedicti, mater ſua nomine ODA, cum filia LVTGARDE, monachicam duceret vitam. His me ſimul cum fratribus conſentiente, quæſiuit à nobis charta & ſigillo hæc confirmari.

Huius rei teſtes ſunt, Albertus Snagardus,
Bernerus de Tenremonde, & nepos eius Aſtricus,
Lanzo de Aloſt, & Henricus priuignus ipſius,
Sigerus de Aloſt, Suboldus Caſtellanus,
Godeſcalcus nepos eius, Tiboldus de Hofſtade.

Et quia animabus earum vagatio non expedit, conſtitui vt ex noſtro loco fratres ætate & moribus maturos habeant, qui inibi per ſe habentes habitacula, tam de diuinis officiis quàm de ſæcularibus procurent eis quoque neceſſaria. Vna autem ex ijſdem aptior ceteris regendis, electione Abbatis & ſororum Dominum timentium, ab ipſo Abbate præponenda eſt illis. Super omnia autem decreuimus, ordi-
pag. 69. nem Cluniacenſem ſanctimonialium de *Marcinis* debere eas obſeruare, vel aliarum feminarum ſub regulari Abbate conſiſtentium; ita vt nunquam de clauſtro, poſtquam intrauerint, liceat exire.

Profeſſiones ſuas coram Abbate faciant: nulli mortalium, & maximè hominum, abſque licentia in collocutione ſocientur; quod tamen cum magna grauitate & honeſtate fiat, præter verba otioſa & riſum mouentia, & abſque inordinata coniunctione, & hoc non ſine teſtimonio

monio sororum Dominum timentium, cum clara luce diei. Facta est huius traditionis charta, anno millesimo nonagesimo sexto, Indictione IV. eo anno quo Occidentales vna conspiratione Ierusalem contra paganos proficiscuntur, cum quibus & iste GISELBERTVS profectus est. Ego autem, post discessum ipsius Giselberti, loca ipsius alodij peragrans, & situm congregationi aptum non inueniens, in ecclesia *Forestensi*, ab Odone Cameracensi Episcopo nobis tradita, eas transtuli. 1096. *Korst.*

Manasses Cameracensis Episcopus Dicleuennensem S. Petri Abbatiam, ex Dicleuenna seu Decliuinio ad Geraldi-Montem an. 1081. *translatam, stabilit an.* 1096.

Ego Manasses Cameracensis Episcopus, ad laudem Saluatoris nostri, sanctæque ipsius Crucis, in honore B. Petri Apostolorum principis, in loco qui *Geraldi-Mons* nuncupatur, ecclesiam dedicaui, ibique assensu domini ac patris nostri Manassæ Remorū Archiepiscopi, eiusdemque Coëpiscoporum ecclesiæ, ac petitione Roberti Iunioris catholici Comitis Flandriæ, dominiique Stephani de Boulario, *VVinniboldiq;* eiusdem loci Castellani, Abbatiam monachorum, propter angustias ac loci indigentiam, à *Decliuinio* translatam, liberè & principaliter stabiliui. Ita quidem vt Abbas à fratribus regulariter electus, pastoralem baculum à manu Pontificis solummodò suscipiat, quorum vsibus fratrum, sub beati regula Benedicti Deo militantium, altare de *Hunegem* cum omnibus appenditiis, in eodem Geraldi-Monte & Boulario, liberum tradidi. Ad cuius exaggerationem beneficij, idem Comes Robertus de alodio suo totam terram, quæ circa ecclesiā in atria benedicta est, eidem ecclesiæ tradidit, quattuorque iugera terræ arabilis, duosque mansos dominicos supra fluuium aquæ, quæ Tenera nuncupatur.

Dedi etiam Abbati prædicto altare de Badengeym, alodium de *Gauera*, alodium de Bucla, alodium de Lierga, alodium de Badelengem, alodium de Landescultra & de VVistrehem, alodium de Hulteym, alodium de Helzet, alodium de Thorincurth, alodium de Badelengeym, & de Baldegeym, alodium Geuardi de Landescultra, dimidietatem alodij Radulā de Hermelgem, de Brath, totum alodium Si-

VVaes. cheri, fratrisque sui Gossuini de Gauera,& de Hamma in VVaesia. Vt hæc verò charta indissolubilis persisteret, sigilli nostri imaginatione firmata est: ad quod testes idonei introducti sunt.

Signum Hugonis Suessionensium Episcopi,
S.Philippi Catalaunensis Ep. S.Amandi Laudunensis Episc.
Rotberti S.Remigij Abbatis, Hugonis S. Nicasij Abbatis,
Radulphi Brabatensium Archidiaconi, Alardi Præpositi,
Adam Abbatis, Raineri Abbatis, Erlebodi Decani,
Erlebodi Præpositi, Gerardi S.Gaugerici Decani.
Laicorum, Balduini Gandensis, Gerbodi de VVinti,
Sigeri de Montey, Galberti de Badengeym, Amalrici de Nineua.

1096. Hoc autem factum est anno millesimo nonagesimo sexto, Indictione quinta, prædicti Pontificis anno primo.

Ida Bolonienſis Comitiſſa, eiuſq; filius Godefridus Bullonius, an. 1096. *dotant monaſterium Affligemienſe.*

pag. 201. Ego IDA Bolonensis Comitissa, humilis Christi ancilla, notum fieri cupio tam præsentibus quàm futuris signum meæ dilectionis erga dominos meos & fratres, videlicet monachos cœnobij Noui monasterij, cui vocabulum *Hafflingem* inditum erat ab antiquis. Quoniam quidem mihi multisque eorum complacuit conuersatio & religionis affectus, dignum duxi me commendare talium orationibus, nec in incerto diuitiarum sperare, sed has potiùs cum eis participare. Igitur in alodio *Genappe.* meo & villa, quæ vocatur *Genapia*, pro salute animæ meæ, patris quoque mei Ducis Godefridi,& Comitis Eustathij domini mei, ecclesiam cum decimis & vniuersis eius reditibus, perpetuo iure tenendam dedi supradictis fratribus, in idipsum filiis meis, *Godefrido*, *Eustathio* & *Balduino*, mihi cooperantibus. Filius quoque meus Dux Godefridus in eadem villa Genapia quinque mansos terræ donauit ijsdem fratribus, ad quos ego posteà in augmentum concessi quasdam partes circumiacentes, ab omni Comitatu & censu tributario liberas. Factum est hoc apud Traiectum, in ecclesia S.Seruatij confessoris, præsentibus etiam reliquijs S.Gertrudis virginis, pro simili negotio illuc tunc allatis.

tis. Vt autem hæc traditio inconuulsa permaneat, omnem rem, vti gesta est, litterarum memoriæ commendamus, & sigillis nostris ego & Godefridus filius meus roboramus, & testes idoneos, qui huic rei interfuerunt, subterſignauimus.

S.Lamberti nostri Capellani, S.Roberti Capellani,
S.Gerardi Comitis de Gelre, & fratris eius Henrici,
S. Godescalci de Iacea, S.Henrici de Cuck,
S.Arnulphi de Rede, S.Cononis de Monte acuto,
S. Theoderici de Bemel, S.Henrici de Birbaica,
S.Balduini de Osteruic, S.VValteri de Grimberges,
S.Reineri Aduocati Leodicensis.

Denique & illud notum facimus, quòd Comes HENRICVS, qui eamdem villam in beneficium à nobis tenuit, duobus annis antequam hæc donatio confirmaretur, nobis reddiderit, ad opus fratrum, quod ad eum pertinuit. Factum est autem hoc anno millesimo nonagesimo sexto, Indictione quarta, anno profectionis Christianorum contra paganos Ierusalem. 1096.

CAPVT CXX.

Lambertus Atrebatensis Episcopus Aridagamantiense, nunc Aroasiense Canonicorum regularium cœnobium, prope Bapalmam Artesiæ opidum, ab Heldemaro presbytero eiusq; discipulo Cononе ædificari cœptum, sua auctoritate confirmat, an. 1097.

EGo Lambertus Atrebatensis Episcopus, gaudens de religiosa conuersatione tua, reuerendissime frater & compresbyter CONO, desiderio desideramus paci & quieti tuæ, tam præsentibus temporibus quàm futuris, prouidere. In aduentu enim tuo, & bonæ memoriæ domini HELDEMARI, magistri & consacerdotis tui, in Aridagamantia, in parochia nostra, quæ dicitur *Rochennies*, locum vobis ad seruiendum Deo elegistis: qui sicut aliquando fugiendus velut spelunca latronum fuit, nunc per Dei visitationem & tuam & fratrum tecum habitantium, factus est refugium & solatium ibi transeuntium. Vnde & *Arouaſe.*

te in eo quo es loco & ordine, & successores tuos, religiosè & canonicè inibi victuros, hac donamus libertate, vt tantùm Episcopo respondeatis, & in manu eius in libertate spiritus permaneatis. Contradimus etiam tibi & successoribus tuis loci tui prædictam parochiam *Rochenies*. Actum Atrebati in Synodo, in basilica B. Mariæ, anno M.XCVII. 1097. Indictione V. XII. Kal. Nouembris.

Lambertus Episcopus Atrebatensis fundationem & dotationem Abbatiæ Montis S. Eligij, quæ itidem est Canonicorum regularium, an. 1097. *confirmat.*

Lantbertus Atrebatensis Episcopus suis successoribus præsentis vitæ lætitiam & futuræ gloriam. Legimus in gestis Atrebatensis Cameracensisque ecclesiæ, dominum *Fulbertum*, earumdem vrbium Episcopum, corpus B. Vindiciani de terra eleuasse, eoque in loco, qui Mons S. Eligij dicitur, ecclesiam, priore destructa, reædificasse, de titulo Apostolorum Petri & Pauli: vbi clericos VIII. & stipendia, vnde viuerent, constituit, & eos hac libertate donauit, vt nullius potestati subiacerent, nisi solius Episcopi. Post mortem verò eius, cœperunt dietim à seruitute Dei tepere, ecclesiaque vsque ad tempus domini *Lietberti* Episcopi declinare. Quam destructionem ipse vir misericordiæ ægrè ferens, ibi clericos regulares de communi viuentes ordinauit, eisque Abbatem suæ professionis præfecit. Et altare de Huchin ea conditione ibi dedit, vt singulis annis in festiuitate S. Remigij XII. denarios soluat. Altare quoque de Rodricourt ita dedit, vt sine Persona permaneat. Dominus quoque *Gerardus* prædecessor meus, successor suus, in Nouilla & Mediana villa, sine Personis dedit altaria.

Hæc omnia ego Lantbertus Atrebatensis Episcopus, tibi reuerendissime frater & fili *Ioannes* Abba, omnibusque successoribus tuis firma & inconuulsa permanere concedo; hisque beneficiis altare de Rebrouiis, precatu domini Clareboldi militis, adiungo. Huius rei testes, Ioannes Archidiaconus, Clareboldus Archidiaconus, Odo Præpositus, VVibertus Decanus, fratresque ceteri totius congregationis S. Mariæ. Dominus igitur Clareboldus, huius rei hortator, nullum alium penitus heredem facere volens, quàm ecclesiâ Rebrouiensem, totam,

totam, quam in vicinia habet hereditatem, ibi dedit; ita vt ipse supradictus Abbas, ipsum locum per clericos suos detineret, & prout res exterior augeretur, seruitium Dei intùs creſceret. Dedit videlicet in Baraſlo integrum molendinum, & quinque hoſpites, & in Dahellicurt ſiluam ibi attinentem. Huius rei teſtes iterum duo Archidiaconi, Ioannes & Clareboldus, & totus eccleſiæ Atrebatenſis conuentus, dominuſque Aloldus Abbas S. Vedaſti, Philippus frater Comitis Roberti, Clementia Comitiſſa Flandrenſis, Robertus Aduocatus, Baldricus in Colhem, Frumoldus de Inſula.

Ego Lantbertus Epiſcopus Atrebatenſis hoc libertatis donatiuum relegi, & propria manu confirmaui. Actum Atrebati in Synodo, in baſilica B. Mariæ, anno M. XCVII. Indictione V. XII. Kalend. Nouembris. 1097.

Andrenſis monaſterij fundationem, à Balduino Giſnenſi Comite an. 1084. *factam, filius eius ac ſucceſſor Manaſſes an.* 1097. *confirmat.*

Balduinus Comes Giſnenſis, hereditatem cupiens in regno Dei habere, locum exſtruxit Andernenſem ‖: quem eccleſię Karrofenſi ſubdidit. Poſt cuius mortem filius eius *Manaſſes* eleëmoſynam patris augere cupiens, in manu Petri Karrofenſis Abbatis, loco Andernenſi.... conceſſit. Gratia autem Domini in melius proficiente, electo eiuſdem eccleſiæ *Gilberto* primo Abbati hoc contulit priuilegium, vt homines eiuſdem Andernenſis eccleſiæ pro aliquo forisfacto non diſtringeret vel iudicaret, niſi ſicut homines Parium Giſnenſium. Obeuntibus verò eiuſdem loci Abbatibus, electa, ſi in loco fuerit, idonea perſona in Capitulum Karrofenſe deducatur: ibi probata electione ab Abbate & Capitulo Karrofenſi, ei paſtoralis virga curaque iniungatur; ſalua ſubiectionis obedientia eccleſiæ Karrofenſi ab eo ſeruanda. Si verò in loco condigna nequiuerit reperiri, in Capitulo Karrofenſi dignus eligatur, & ab Epiſcopo Teruannenſi conſecratus, loco Abbatis præponatur. Hæc vt dicta ſunt prædictus Comes Manaſſes conceſſit; ſimul etiam ne aliquam dominationem ipſe aut vllus ex heredibus eius in eodem loco haberet; niſi tantùm locum, loco Aduocati, in perpetuum pag. 219.

1097. tuum custodiret. Acta sunt hæc anno M.XCVII. Indictione sexta, præsidente Apostolicæ Sedi domino Papa Vrbano, Philippo Francorum Rege, Gerardo tunc Morinorum Episcopo, Rotberto Flandrensium Comite; testibus his.

Hugo Archidiaconus, frater Manassæ Comitis, testis.
Gerardus Hamensis Abbas, Rauengarius Abbas Capellæ,
Fulco frater Comitis, testis, Arnulfus de Arde,
Lambertus Vicecomes, Balduinus filius VVitfredi,
Balduinus de Ostervvic, Ermerius de Bauelingahem,
Eustathius de Curtabronna, Hugo de Surkes,
Hugo Maluoisin, Rotbertus de Hammes, VVithdo de Elembon.

CAPVT CXXI.

Henricus III. *Imp. donat Canonicis ecclesiæ S. Mariæ Aquisgranensis villam Harue, in pago Arduennæ sitam, & alia an.* 1098.

HEnricus diuina fauente clementia tertius Romanorũ Imperator. Notum sit omnibus, qualiter ob interuentum filij nostri Henrici Regis, Oberti Leodicensis, VVitelonis Mindensis, Burchardi Monasterienſis, Episcoporum, Burchardi, VVerinneri, Marchionum, ob seruitium quoque Capellani nostri Godescalci, Aquensis ecclesiæ Præpositi, quoddam prædium nomine *Harue*, situm in pago Harduennæ, in Comitatu Gierbaldi, cum omnibus appendiciis, Dominicæ matri & perpetuæ virgini Mariæ, in Aquensi ecclesia specialiter suo nomine attitulata, in proprietatem tradidimus. Dedimus quoque eidem dominæ nostræ Mariæ tres Aduocatias, videlicet super idem prædiũ, quod prædiximus, *Harue*, & super alia duo loca *Loncins* & *Manderuelt*, quæ pertinent ad præfatam S. Mariæ Aquensis ecclesiam; ea ratione vt eiusdẽ Aquensis ecclesiæ Præpositus Godescalcus, suique successores, easdem Aduocatias tres potestatiuè teneant. Data IV. Idus Februarij
1098. anno Dominicæ incarnationis millesimo nonagesimo octauo, Indictione sexta, anno Henrici III. Romanorum Imp. regni XLII. Imperij XIV. Actum Aquisgrani.

Ida

Ida Bolonienſium Comitiſſa anno 1098. *dotat S. Bertini monaſterium in Arteſia.*

Ego IDA, Bolonienſium Dei gratia Comitiſſa, notifico tam futuris quàm præſentibus, quòd ob ſalutem animæ meæ, nec non pro anima domini mei Comitis EVSTATHII, & pro incolumitate filiorum meorum *Euſtathij*, *Godefridi* & *Balduini*, (qui contra paganorum incurſus ex præcepto Apoſtolico Hieroſolymam profecti ſunt) omnes conſuetudines & Comitatum, & quidquid ad me pertinebat de terra, quam Ondigir & Berevvoldus Deo & S. Bertino ad eleëmoſynam pauperum tradiderunt, domno Lamberto Abbati de cœnobio eiuſdem Chriſti confeſſoris Bertini, & fratribus ibidem Deo ſeruientibus perpetuò poſſidendas conceſſerim. Actum in villa *Merck*, anno Dominicæ incarnationis M.XCVIII. Indictione I. regnante Philippo Rege Francorum. 1098.

Signum Idæ glorioſæ Comitiſſæ.

CAPVT CXXII.

Andanam ſiue Andennam villam, ab Alberto III. *Comite Namurcenſi virginibus in eccleſia Andennenſi Deo famulantibus reſtitutam, Henricus* III. *Imp. approbat, an.* 1101.

HENRICVS tertius Romanorum Imperator..... Notum ſit vniuerſis, quoniam ALBERTVS Comes Namucenſium, Andanenſis eccleſiæ diuturna proclamatione pulſatus, ſcilicet quòd ipſam villam Andanam, quæ *Ad ſeptem eccleſias* dicitur, olim in vſu præbendæ ibidem Deo famulantium habitam, quidam prædeceſſor ſuus iniuſtè ſuis diſtribuerit militibus, maluit huic iuſtæ & continuæ proclamationi aurem pietatis tandem accommodare. *Anden.*

Hac igitur pœnitentia ductus Leodium venit, me ſuper hac re conſuluit, & ſui propoſiti diſpoſitorem conſtituit. At ego videns mihi

pag. 30. præsentatum S. BEGGÆ corpus, *Andanensem* principalem villam, cum suis appendiciis, ad corpus beatæ viduæ Beggæ reportaui & tradidi; filiis supradicti Comitis Alberti, *Godefrido, Henrico, Alberto,* videntibus & annuentibus. Quod vt ratum permaneret, me præsente, Obertus Leodiensis ecclesiæ Episcopus ecclesiæ gremio perpetuo anathemate segregauit, quicumque hoc infringere præsumet. Huius traditionis testamentum sancitum & astipulatũ est præsentia & auctoritate eorũ qui subscripti sunt.

Fredericus Arch. Colonienſis, Obertus Epiſc. Leodienſis,
Albero Epiſc. Metenſis, Cuno Epiſc. VVormacenſis,
pag. 258. Buchardus Epiſc. Monaſterienſis, Dux* Fredericus,
Marchio Burchardus, Henricus filius Ducis VVelphonis,
Comes Bertholdus, & filius eius Bertholdus,
Comes VVilhelmus, Comes Gerardus,
Comes de Lo[illegible] Arnoldus, & frater eius Theodoricus,
Giſlebertus filius Comitis Ottonis, Henricus de Chini,
Reinerus Aduocatus, Guilielmus de Dolloeu, Arnulphus de Roden,
VVigerus de Tudino, Mainerus de Corteraes,
Adelo de Namuco, VValterus de Bacingnet.

De familia Imperatoris, Fulmarus, Trohemboldus, Henricus. De familia S. Lamberti, Theodoricus, VVarnerus, Otbertus, Lambertus, Vazelinus, Fredericus, Vdalricus, Ioannes, Baſcherus. Ego Hubertus Cancellarius, vice Rothardi Archicancellarij, recognoui, anno 1101. milleſimo centeſimo primo, Indictione IX. anno autem Henrici tertij Romanorum Imperatoris ordinationis XLVIII. regni XLVI. Imperij XVIII. Kalendis Iunij. Actum Aquiſgrani.

Idem

Idem Henricus Imp. Laubiensis Abbatiæ (quæ est Benedictinorum, in ditione quidem politica Leodicensi, sed diœcesi ecclesiastica Cameracensi, ad Sabim fl.) priuilegia confirmat an. 1101.

HENRICVS tertius Romanorũ Imperator.... Otbertus Leodiensis Præsul suggessit nobis pro quadam Abbatia LAVBIAS dicta, suæ ecclesiæ à nostris antecessoribus iamdudum collata, in honorẽ Apostolorum Petri & Pauli constructa, vbi Christi confessorum Vrsmari & Ermini requiescunt corpora, cui etiam ipse Episcopus præsenti tempore Fulcardum Abbatem concessit præesse, petiitque vt eiusdem Abbatiæ priuilegia, à secundo Ottone Imp. concessa, nostra auctoritate confirmari iuberemus. *Lob.*

Cuius petitioni annuentes pro æterna animæ nostræ seu progenitorum nostrorum remuneratione, *Conradi* videlicet aui nostri, *Gisilæ* auię nostræ, *Henrici* patris nostri, *Agnetis* matris nostræ, *Bertæ* coniugis nostræ, tum pro stabilitate regni nostri, ac *Henrici* Regis filij nostri, interuentione etiam Archiepiscopi Colonienſis Frederici, Burchardi Monasterienſis, Cononis VVormatienſis, Adalberonis Metenſis, VValcheri Cameracenſis, Episcoporum, Ducis Frederici, Marchionũ Burchardi & Herimanni, Comitum Seifridi Palatini, Alberti Namucenſis & filij eius Godefridi, Godefridi Louanienſis, * Arnulphi Lossenſis, Gerardi Guasimbergenſis, concessimus eidem Abbatiæ per hoc præceptum, vt sicut reliqua cœnobia sub nostra constituta tuitione, ipsa quoque nostra gaudeat defensione. *pag.* 274.

Ambitum quoque monasterij, quem præcinctum vocant, sicut ab eodem Imp. Ottone determinatus est, nos quoque concedimus, vt sint vndique termini, riuulus videlicet Lothosa dictus, & confines villæ quæ dicitur Anderlobia, & Mons Martini, fluuius quoque Vr, & vltra terminos villæ Alsoniæ, indeque ad locum qui dicitur Vvisselenata, & finiatur in villa Hantas dicta: infra quæ loca nostræ emunitatis tuitionem ponimus.

Monasterium autem in montis eiusdem cœnobij vertice positum, vbi requiescunt prædictorum corpora Sanctorum, vbi est etiam cœmete-

* *Binchij nunc residet.* meterium fidelium, duodecim semper * Canonicis deputetur, & res quæ eorum victui collatæ sunt, in locis videlicet Resatio & Vualdriaco dictis, cum ecclesiis in Tudinio & Lederna positis, vt eas perpetualiter inconcussè possideant, & Abbatis seu monachorum ordinationi subiaceant.

Humbertus Cancellarius, vice Rothardi Archicancellarij, recognoui. Data XVII. Kalendas Iunij, anno millesimo centesimo primo, 1101. Indictione VIII. anno ordinationis Henrici quadragesimo octauo, regni quadragesimo sexto, Imperij octauo. Actum in obsidione castri vocabulo *Lemburg*.

Libellus supplex à Fulcardo Abbate Laubiensi oblatus Henrico IV. *aliis* III. *Imp. an.* 1101.

Henrico Romanorum Imperatori FVLCARDVS Abbas nomine non merito, & pusillus grex cœnobij Laubiensis..... Ego Fulcardus, cum delato corpore patroni nostri S. Vrsmari Pontificis & familia præsenti, super multimoda afflictione & egestate nostra, & miserabili direptione prædiorum nostrorum & facultatum, ac pristinæ libertatis dominæ nostræ sanctæ Laubiensis ecclesiæ, oramus patienter nos audias. Ecclesia nostra, in angulo regni tui penultimo fundata, sub titulo Apostolorum Petri & Pauli dedicata, iam quingentis annis optima libertate potita, nec non amplissima prædiorum & possessionum munificentia, pro quibus omnibus pene sibi subtractis clamat ad te, ô Cæsar. Tales igitur in Abbatia Lobiensi fuerunt leges maiorũ, quæ integræ perdurarunt vsque ad Theoduinum Leodiensem Episcopum.

Thuin. Castellanus Thudinensis, quod adiacet nobis, castri totã præfecturam Abbatiæ debet tenere in manu sua, nec aliquos debet sustinere defensores vel Aduocatos, nisi qui hereditarij sunt hereditate antecessoria. Modò habentur in villis S. Petri mille Aduocati, imò raptores, in aliquibus quinque, in aliquibus quattuor, crebrescentibus apud nos malis iam triginta annis. Infra hoc biennium Montis Comitissæ militia in succensionem ignis, deprædationem & captiuitatẽ ac mortem redegit totam nostri iuris viciniam. Sub his diebus *Eibertus* nobilis adolescens, bellico ictu vita decedens, in agonia positus S. Petrum, san-

sanctumque Vrsmarum deuouit sibi heredem, quibus omnia sui iuris possessiua reliquit, ad sui requiem. Sed præcipuũ illud alodium, *Asgurp* nominatum, non veritus est Sancto nobisque contradicere consobrinus illius, licet iniustè, Henricus Marbasie. Pro quo vestram gratiam imploramus: & innouentur à te nobis, ô Cæsar, pristinæ libertatis priuilegia.

Aquarum curtarum Abbatia (quæ est Canonicorum regularium in Artesia, primo lapide à Bapalma opido) instituitur ab Odone presbytero & eremita, & confirmatur à Lamberto Atrebatensi Episcopo, anno 1101.

Ego Lambertus Atrebatensis Episcopus, gaudens de religiosa conuersatione & eremetica vita tua, reuerendissime frater & compresbyter ODO, desideramus paci & quieti tuæ tam præsentibus temporibus quàm futuris prouidere. Vnde iustas petitiones tuas, & Balduini Decani nostri pio affectu prosequentes, & te & successores tuos hac donamus libertate, vt tantummodò Episcopo respondeatis, & in manu eius in libertate spiritus permaneatis. Ecclesiam itaque illam, quam deuotio tua ædificauit in loco solitudinis, qui dicitur *Aiulcurtis* tibi & successoribus tuis, in proposito religionis perseuerantibus, liberè possidendam contradimus, & curam animarum confratrum tuorum eremitarum tibi committimus, & decimam agri eidem ecclesiæ circumiacentis, quam fratres eremitæ incolunt, annuimus. *Eancourt.*

Actum Atrebati in Synodo, in ecclesia B. Mariæ, anno M.C.I. Indictione VII. XVII. Kal. Nouembris. 1101.

CAPVT. CXXIII.

VVenemarus Castellanus Gandensis fundat Abbatiam Canonicorum regularium in Bornehem Flandriæ municipio, circa an. 1101.

EGO VVENEMARVS, Gandensis Castellanus, ecclesiam apud *Burnehem*, cum membris suis *Haueslesdunck* & *Hingen*, feci libertate donari: ita vt Canonici inibi manentes duos presbyteros, non de claustro, sed alios officio congruos, apud Haueslesdunck constituant, quemadmodum tempore aui mei, imò ab ipso auo meo FVLCARDO sub anno confirmatum est, vnum qui apud Burnehem. Notandum sanè, quia ad vsus Canonicorum ibidem regularium omnes decimas de *Martinesforthe* ad Burnehem pertinentes, & vnum mansum terræ inter *Broclant* & *Gestlant*, præter ius ad dicum, nec non & vnum sach ad turuos & ad siluam, vnum stele in Valham, ad pisces in Spiringa eamdem piscandi potestatem, quam illius loci dominus habet, dedi. Dedi & prædium in *Bucholt*, quod ab Abbate S. Laurentij Leodicensis & à fratribus emi. Quod Malgotus inde habet in feodum, & *Erplant*, id est, terra accrescens, exceptum est: sed istud idem exceptum, ad seruitium capellæ meæ, ibidem in Burnehem Domino dedicaui. Nomina autem testium subscribi fecimus. pag. 202.

Signum Ansboldi Præpositi, S. Fulcardi Decani,
S. Ogeri Capellani, S. Menardi clerici, Benzonis,
Theoderici, Onulfi, VVinezonis, Sigeri.

Bornhemiensis Abbatiæ fundationem à VVenemaro factam Manasses Cameracensis Episcopus approbat an. 1101.

Ego Manasses Cameracensium Episcopus omnibus vt pateat desidero, quoniam ecclesiam apud *Bornehem* cum suis appenditiis, amoris Dei gratia, & post Deum VVenemari Gandensis Castellani, libertate donaui: ita vt fraternitas regularis inibi vigeret, & maneret ab omni iugo

iugo sæculari absoluta. Et ne posteros lateat ipsius rei principium, vberiùs rem exprimere censemus idoneum. VVENEMARVS prædictus Castellanus omnes decimas de Santforde ad Bornehem pertinentes, pro vxoris suæ anima LVDGARDIS, ad opus fraternitatis, donauit & stabiliuit. Locum etiam nomine Scele in Wallam ad pisces, nec non & prædiũ quod ab Abbate S.Laurentij Leodicensis in Bucholt emit, vnum etiam mansum inter Gestlandt & Bruchlandt dedit. Concessio quidẽ ab ipso Episcopo huius affirmationis nouissimè facta & sancita est Gandaui VI. Nonas Octobris. Actum millesimo centesimo primo anno, regnante Philippo Francorum Rege, episcopante Manasse Cameracensi Pontifice, Roberto Roberti filio in Comitatu agente; præsentibus testibus hîc subscriptis.

S.Rodulphi Archidiaconi, S.Erleboldi Præpositi,
S.Adelberonis Decani, S.Tancradi Ab.Eihamensis,
S.Fulgentij Abbatis Noui monasterij, *id est*, *Affligem*,
S.Lamberti Ab. Crispinensis, S.Alberti Ab.Hasnonensis,
S.Snellardi Abbatis Dicleuennensis,
S.Sigeri Ab. S.Petri, S. Vlfrici Ab. S.Bauonis,
S.VValelini Præpositi, S.Stephani de Bolar,
S.VValteri de Brosella, S.Astrici de Monta,
Ego Anselmus, Episcopi Cameracensis Cancellarius, scripsi & subscripsi.

Paschalis II. *Papa idem facit an.* 1105.

Paschalis Episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis Canonicis S. Mariæ apud Bornhem salutem & Apostolicam benedictionem. Deuotionis vestræ petitiones benignè audiuimus, & monasterium beatæ Mariæ apud Bornhem, in quo vitam regularem ducitis, iuxta postulationem Manassis Cameracensis Episcopi, Apostolicæ Sedis munimine confouendum suscepimus. Statuimus enim, vt quæcumque bona vel à VVenemaro Gandensi, eiusdem loci fundatione, vel à quibuscumque fidelibus in eadem ecclesia oblata sunt, vel in posterum fuerint, integra confirmentur. Datum Laterani, per manum Ioannis sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi, V. Idus..... Indictione XIII. anno pontificatus domini Paschalis II. Papæ VI.

Idem

Idem facit Odo Cameracensis Episcopus an. 1112.

Ego Odo, Dei gratia Cameracensis Episcopus, volo notum fieri, quòd VVenemarus Gandensis Castellanus terram iacentem in parochia Bucholt, viginti mensurarum, quæ erant Euerboldi presbyteri, & tertiam partẽ alodij, quod vocatur *Mulnemerholt*, in parochia Steenhusle, ab omni exactione laica liberum, ecclesiæ Bornhem (cuius ipse fundator est) dedit.

Signum Odonis Episcopi, S. Radulphi Archidiaconi,
S. Erleboldi Præpositi, S. Eleboldi Decani,
Signa Abbatum, S. Gilberti de Eiham,
S. Snellardi de Geraldmont, S. Ansboldi de Gandauo,
S. Reineri de S. Sepulcro, S. Gofridi de Nouo Castello.

Actum est hoc Cameraci in Synodo, III. Idus Martij, anno incarna-
1112. ti Verbi M.C.XII. præsulatus verò mei VII.

CAPVT CXXIV.

Mathildis Tusciæ Comitissa, God. Gibbosi Lotharingiæ Ducis & Marchionis Antuerpiensis vidua, petente S. Gregorio Papa VII. *varia Tusciæ & Liguriæ opida an.* 1077. *Ecclesiæ Romanæ dederat: quam donationem nouis tabulis an.* 1102. *confirmat.*

1102. ANno ab incarnatione Domini millesimo centesimo secundo, XV. Kalendas Decembris, Indictione X. tempore domini Gregorij VII. Papæ, in Lateranensi palatio, in capella S. Crucis, in præsentia Cencij Frangipane, Gratiani, Censij Franculini, & Alberici de Petro Leone & Benincasa fratris eius, Vbetti de Tuscia, & aliorum pluri-
pag. 197. um, ego MATHILDIS Dei gratia Comitissa, pro remedio animæ meæ & parentum meorum, dedi & obtuli ecclesiæ S. Petri, per interuentum domini Gregorij Papæ VII. omnia bona mea iure proprietario, tam quæ tunc habueram, quàm ea quæ in antea acquisitura eram, siue

siue iure successionis, siue alio quocumque iure ad me pertinent, & tã ea quæ ex hac parte montium habebam, quàm illa quę in vltramontanis partibus ad me pertinere videbantur, omnia, sicut dictum est, per manum domini Gregorij VII. Papæ, Romanæ Ecclesiæ dedi & tradidi, & chartulam inde fieri rogaui. Sed quia chartula nusquam appareret, & timeo ne donatio & oblatio mea in dubiũ reuocetur, ideo ego quæ suprà Comitissa Mathilda iterum à præsenti die dono & offero eidem Romanæ Ecclesiæ, per manum Bernardi Cardinalis & Legati eiusdem Romanę Ecclesię, sicut in illo tempore dedi, per manum domini Gregorij, omnia bona mea, tam quæ nunc habeo, quàm quæ in posterum, Deo propitio, acquisitura sum, & tam ea quę ex hac parte montium, quàm in vltramontanis partibus habeo, quàm quæ in posterum, Deo propitio, acquisitura sum alio quocumque iure, pro mercede & remedio animæ meæ, & parentum meorum..... Actum Canusiæ feliciter.

Mathilda, Dei gratia, si quid est, in hac charta à me facta....

Ego Ardericus Iudex interfui. Ego Vbaldus Iudex interfui.

Signum Attonis de Monte Barrazonis & Bonuicini de Canusia: rogati testes.

Ego Guido Notarius palatij, scriptor huius chartulæ offertionis, post traditam compleui & dedi.

Henricus IV. *Imp. cellam Ebrensbergensem, Laurishamensi Abbatiæ annexam, in protectionem suscipit, an.* 1103.

Henricus Romanorum Imperator... Notum sit omnibus, qualiter Abbas Lauriſſensis *Anshelmus* quandam cellam in monte *Ebrensberg*, in honore Dei & S. Stephani constꝛuxit, & ditauit. Quam nos cellam vt in defensionem susciperemus, rogauit: sed antequam hoc fieret, viam vniuersæ carnis intrauit. Quo defuncto, successor illius Abbas *Geroldus* similiter pro eadem cella in nostram tutelam suscipienda rogauit. Cuius petitioni adquiescentes, pro remedio animæ uostræ, & aui nostri *Cunradi*, & patris nostri *Heinrici*, & auiæ nostræ *Gisila*, & coniugis nostrę *Bertha*, pro stabilitate regni nostri, ac filij nostri *Heinrici*, ac petitione regni Principũ, videlicet Brunonis Treuerensis, Frederici Colonien sis, Archiepiscoporũ, Ioannis Spirensis, Burchardi Monasteriensis, Adelberonis

beronis Metensis, Albuini Merseburgensis, Cunonis Argentinensis, Episcoporum, Stephani VVizeburgensis Abbatis, Frederici & Sigefridi Palatinorum Comitum & aliorum, prædictam cellam in nostræ defensionis mundiburdium suscepimus.

1103. Actum IV. Nonas Martij anno millesimo centesimo tertio, Indictione XI. regnante Henrico III. Romanorum Imperatore, an. XLIX. imperante XVIII. Actum Spiræ.

Manasses Cameracensis Episcopus benefacit Condatensi Canonicorum collegio in Hannonia, an. 1103.

Ego MANASSES Cameracensis Episcopus altare de *Hedlenniis* S. Mariæ Condatensis ecclesiæ, pro anima mea, solutis per singulos annos
Condè. sex denariis, liberũ vsibus fratrum concessi. Vt autem hoc ratum permaneat, sigilli mei priuilegio confirmaui, & authenticarum personarum testimonio roboraui.

Signum Ioannis Archidiaconi. S. Theodorici Archidiaconi.
S. Rodulphi Archidiaconi. S. Anselli Archidiaconi.
S. Erlebaldi Præpositi. S. Erlebaldi Decani. S. Roberti.

1103. Actum est hoc anno millesimo centesimo tertio, Indictione XI. pontificatus verò domini Manassis VI. Ego VVerimboldus, S. Mariæ Cameracensis ecclesiæ Cancellarius, scripsi & subscripsi.

CAPVT CXXV.

Robertus Ierosolymitanus, Flandriæ Comes, in Terra sancta militans, facto voto, Abbatiam S. Andreæ, Benedictinorum, prope Brugas, instituit per vxorem suam Clementiam iubet: Baldrico Tornacensi ac Nouiomensi Episcopo approbante, an. 1105.

EGo Baldricus Tornacensium atque Nouiomensium Episcopus, omnibus fidelibus in æternum gaudere. Nulli penè fidelium in vniuerso orbe terrarum constat esse incognitum, ROBERTVM iuniorem

rem Flandrensium Marchionem, in Ierosolymitano exercitu, præ ceteris omnibus ducem & signiferũ Christianorum exstitisse, & ad laudem & gloriam nominis Christi contra paganos fideliter & viriliter dimicasse. Hic cùm per varia bellorum pericula Antiochiam peruenisset, & inibi vnà cum ceteris Christi fidelibus ab innumerabili superuenientium paganorum multitudine obsessus fuisset, diuini Spiritus inflammatus igne, & B. Andreæ Apostoli succensus amore (per ipsum enim visitauit, vt aiunt, & liberauit eos Dominus) vouit ilicò in quodam monasterio, prope Brugis sito, in honore eiusdem Apostoli consecrato, in ipsius veneratione monachos se instituturum. Cognito itaque, eiusmodi votum absque nostro assensu se adimplere non posse, coniugi suæ CLEMENTIÆ Comitissæ legatos direxit & litteras continentes, vt sua ex parte pastoralitatis nostræ prouidentiam consuleret, & altare supradicti monasterij à nobis (ad nostram enim diœcesim pertinebat) postularet, in quo monachos constituere posset. Audita igitur prædicti militis Christi Roberti, Flandrensium Marchionis, viri sui legatione, Comitissa Clementia præsentiam nostram adiit, & ad complendam viri sui voluntatem, altare de *Betferkerca* (hoc enim nomen prædicti loci antiquitus dicebatur) deuotè postulauit. Cuius deuotionem considerans supradicto altari ius libertatis condonaui, ea conditione quòd monachi inibi constituantur. His ita peractis, postquam prædictus Comes Robertus rediit, me annuente supradictum locum Abbati Affligemensis ecclesiæ ea lege commendauit, vt monachos ex cœnobio suo inibi constitueret, & secundùm incrementum exterioris substantiæ monachorum quoque numerum suppleret, & regimen loci ipsius tam ipse, quàm posteri eius, perpetuò iure obtinerent. pag. 222.

S. domini Baldrici Episcopi, S. Lamberti Archidiaconis,
S. Desiderij Decani, S. Berthulphi Præpositi, S. Conradi,
S. Gualberti, S. Raineri, S. Blithionis, S. Guidonis Cancellarij,
S. Comitissæ, S. Roberti Castellani, S. Cononis,
S. Lamberti Nappin, S. Tagmari, S. Fredebaldi.

Actum Brugis anno millesimo centesimo quinto, Indictione VIII. regnante Rege Philippo, episcopante domino Baldrico, Roberto iuniore principante cum vxore sua Clementia. 1105.

Idem Robertus Comes, ex Syria domum reuersus, dictam S. Andreæ Abbatiam dotat, an. 1105.

Ego Robertus, vniuersæ Flandriæ post Deum Princeps, à domino Baldrico impetraui, vt altare de Betferkercka, quæ & *Straten* appellatur, in honore B. Andreæ Apostoli fundatum, libertate donaret; & ex dominicatura mea duas partes decimarum eiusdem ecclesiæ tam mea quàm omnium potestate absoluens, libertati & memorato Apostolo, ad construendum inibi cœnobium monachorum, tradidi. Et quia tunc temporis bonus odor spirabat ex area Affligemensis cœnobij, prædictam ecclesiam Abbati Affligemensium nomine Fulgentio, tam ipsi quàm posteris eius in regimine succedentibus, ea lege gubernandã tradidi, vt pro facultate loci monachos de cœnobio suo illò transferret, & quantumcumque ex processu temporis eamdem ecclesiam per oblationes fidelium Dominus ditaret, iuxta considerationem facultatis, monachos ipse multiplicaret, & eidem loco tamquam suo præsideret pastorali potestate & paterna prouidentia. Facta est autem hæc
1105. traditio Brugis anno M. C. V. coram subscriptis testibus.

S. Stephani de Boular, S. Amorici de Niniue,
S. Walteri Flamens, S. Reinardi Castellani de Bruchburch,
S. Freolfi Castellani de Bergen, S. Theoderici de Esne,
S. Harket filij Castellani, S. Radulphi & Rauemari fratris eius.

Baldricus Nouiomensis ac Tornacensis Episcopus, scriptor Chronici Cameracensis, ecclesiam Tiletanam donat Canonicis Harlebecanis an. 1105.

Ego BALDRICVS, Nouiomensium siue Tornacensium Episcopus, dignis petitionibus cuiusdam Rotberti assensum præbens, ei dimissio-
vilt. nem personalitatis de altari, quod in villa, quæ dicitur Tiletum, situm est, concessi, & intercedentibus Principibus, videlicet Comite Rotberto, & coniuge sua Clementia, Præposito Harlebecensis Canonicę, cum omni deuotione contradidi: eo scilicet tenore, vt quamdiu Rotbertus vixerit, de reditibus altaris viginti solidos denariorum omni anno

anno fratribus persoluat. Illo verò mortuo, ipsum altare cum omnibus sibi pertinentibus decimis, terris, aduocationibus, siue quibuscumque administrationibus, ad mensam fratrum, ibidē Saluatori deseruientium, perpetualiter appendat. Quod vt ratum maneat, sigilli mei signo corroboraui, his præsentibus,

Lamberto Archidiacono, Guidone Cancellario,
Gontero Decano, Gontero Præposito,
Balduino Cantore, Henrico Decano, Fretherico Decano.

Actum est Tornaci anno millesimo centesimo quinto, Indictione xiii. regnante Philippo Rege Francorum, domino Baldrico episcopante, Rotberto iuniore principatum Flandriæ obtinente. Ego Guido Cancellarius subscripsi. 1105.

Lambertus Episcopus Atrebatensis an. 1106. confirmat possessiones Lensiensis collegij Canonicorum in Arteſia; Idæ Godefridi Bullonij matre, Eustathio Bolonienſium & Lensiensium Comite, eiusq; coninge Maria, petentibus.

Ego Lambertus Atrebatensis Episcopus, iustis petitionibus Comitis Eustathij, & eius vxoris Mariæ Comitissæ, nec non & matris prædicti Comitis Idæ religiosæ Comitissæ acquiescens, scire volumus tam præsentes quàm futuros, quòd Lensiensi ecclesię & Canonicis eiusdē ecclesię (quæ cognoscitur ad titulum B. Mariæ semper Virginis & B. Vulganij confessoris à principio fundata) omnia iustè donata auctorisamus. Præterea ecclesias SS. Leodegarij atque Laurentij martyrum, & eorum episcopales reditus, sicut prędecessor noster Episcopus Liethertus, ad vsus Canonicorū donauit & concessit, nos quoque concedimus. De Decano autem eligendo liberam Canonicis concedimus facultatem. De Aduocato autem in suis caussis, sicut ex rogatu & permissu Comitis cognouimus, quem voluerint, & quamdiu voluerint, & non vlteriùs, Canonici hunc talem habeant Aduocatū. Datum Atrebati an. Christi millesimo centesimo sexto, Indictione xiv. vii. Idus Iunij, anno autem pontificatus Lamberti Episcopi Atrebatensis xii. regnante Philippo Rege in Francia, Rotberto iuniore Comite in Flandria, Eustathio Comite Bononiensium & Lensiensium. *Lens.* 1106.

CAPVT CXXVI.

Odo, Burchardus & Nicolaus, Cameracenſes ex ordine Epiſcopi, an. 1107. 1117. & 1139. dotant eccleſiam Canonicorum S. Ioannis Baptiſtæ in vrbe Valentianenſi, quæ nunc eſt Abbatia regularium ord. S. Auguſtini.

ODoardus Cameracenſium Epiſcopus....Libenter Canonicorum eccleſiæ S. Ioannis Baptiſtæ, cui, Deo auctore, ipſi in Valentianis deſeruiunt, ſtudui piæ petitioni acquieſcere. Hi enim petierunt à me altare de *Eſtruem* (ſed maximè Tiegerus Concanonicus eorum, qui altare illud tenuerat) liberum à perſona eccleſiæ præfatæ tradi: quod & obtinuerunt.

Signum VVedrici Abbatis Altimontenſis cœnobij.
S. Lamberti Criſpinienſis, S. Alardi Cellenſis Ab.
S. Reineri Abbatis de Lætiis. S. Iuonis Decani.

1107. Actum anno milleſimo centeſimo ſeptimo, præſulatus verò mei quarto, Indictione ſecunda.

Burchardi Cameracenſis Epiſcopi diploma, an. 1117. ſcriptum.

Burchardus Cameracenſium Epiſcopus.... Valencenenſi eccleſiæ, quæ eſt in honore B. Ioannis Baptiſtę fundata, piè condeſcentes, Canonicis ibidem ſeruientibus altare de *Helperneu*, cum appenditio ſuo Pereſello, liberum & ſine perſona conceſſimus.

Signum Theoderici Archidiaconi. S. Erleboldi Præpoſiti.
S. Erleboldi Decani. S. Roberti Cantoris.

1117. Actum eſt hoc anno milleſimo centeſimo decimo ſeptimo, Indictione ſexta, præſulatus domini Burchardi primo.

Nicolai

Nicolai Cameracensis Episcopi diploma, an. 1139. scriptum.

NICOLAVS Cameracensis Episcopus... altare de *Estruem.* à domino Odone bonæ memoriæ Episcopo, prædecessore nostro, ecclesiæ S. Ioannis Valencenis concessum, eidem ad vsus Canonicorum assignamus & confirmamus.

S. Theodorici Archid. S. Gerardi Decani & Archidiaconi.

Actum anno millesimo centesimo tricesimo nono, præsulatus domini Nicolai tertio. Ego Guerimboldus Cancellarius recensui & scripsi. 1139.

Odo siue Odardus Cameracensis Episcopus an. 1108. confirmat Teneramondanum Canonicorum collegium, à Remigio seu Ringoto Caluo, Teneramondæ Domino, eiusq; coniuge Adelvvide fundatum.

Odardus, per gratiam Dei Episcopus Cameracensis..... Pro magna dominæ ADELVVIDIS, vxoris Remigij de Tenremonda & omnimoda supplicatione Canonicorum Tenremondensiũ, eos ab omni persona, omniq́ue laica vexatione emancipamus, & Canonicis eius ecclesiæ canonicam libertatem assignamus, concedentes vt Decanus, qui Canonicorum ibidem curam habuerit, in ecclesiæ malefactores excommunicandi potestatem habeat. Duo ecclesiæ altaria de *Opvvijck* & *Lebbeke* ecclesiæ Tenremondensis, sanctæ scilicet Trinitatis & S. Christianæ, solummodò ad ædificia siue ornamenta ecclesię retinenda, libera canonicè tradidi: in quibus presbyteri per Decanum & Canonicos statuantur, & ipsi nobis vel ministris nostris ad Curam suscipiendam præsententur. Præfatæ quoque ecclesię alodia de VVinsia, de Morsele, de Gheuerghem in campis, in siluis, in pratis, cum omni iustitia terrę & siluę, liberè & integrè confirmamus, solis Canonicis profutura. Peractum est hoc anno millesimo centesimo octauo, Indictione prima, prædicti Episcopi anno tertio. 1108.

Lamber-

Lambertus Episcopus Atrebatensis prædia Strumensis cœnobij (quod est monialium Benedictinarum in agro Atrebatensi) confirmari postulat à Paschali II. *Papa, circa an.* 1110.

Reuerentissimo domino & patri, patrum carissimo, Paschali Papæ Lambertus, Dei miseratione Atrebatium Episcopus, continuam Spiritus sancti consolationem. Soror & filia nostræ ecclesiæ, Abbatissa *ob.* 1126. *Fulgendis*, præsentium latrix, multùm rogauit per nos Sanctitati vestræ commendari. Rogamus ergò paternitatis vestrę dulcedinem, quatenus præsentem Abbatissam, in eo quo nunc est loco, professione & ordine, pondere vestrę auctoritatis, saluo in omnibus iure & canonica dispositione Atrebatensis Episcopi, confirmare dignemini. Locum *Estrun.* monasterij, qui dicitur *Strum*, & altare de Hamartuilla, sicut prędecessor meus dominus Gerardus Episcopus concessit, & scripto suo consignauit, nos quoque spe & amore religionis, huic præsenti Abbatissę, succedentibusque sibi Abbatissis possidendas concedimus. Ceteras autem res & possessiones iustè acquisitas & acquirendas, propter infestationes & deprędationes prauorum hominum, nihilominùs corroborare velitis. Sancta Trinitas, Deus noster, sollicitudine vestram diutiùs custodiat incolumem, pro Ecclesia sancta catholica laborantem & orantem.

Idem Lambertus Atrebatensis Episcopus dotat Insulense Canonicorum S. Petri collegium, an. 1111.

Ego Lambertus Atrebatensis Episcopus, pro semper reuerendę mihi ecclesiæ B. Petri Apostoli de Insula dilectione, pro renouanda quoque & confirmanda fraterna dilectione, & mutua societatis, precum & orationum instantia, pro tua etiam, dilecte in Christo frater Lamberte de Comines, & quorumdam fratrum nostrorum interuentione, concedo ecclesię B. Petri de Insula altare de Moncellis, saluo in omnibus iure Atrebatensis Episcopi, & ecclesiasticis consuetudinibus ministro-

ministrorum eius, liberum ab omni turpis lucri exactione.

Signum Clarembaldi Atrebatensis Archidiaconi,
S. Roberti Ostreuandensis Archidiaconi,
S. Odonis Præpositi, S. Droconis Decani,
S. Anastasij Cantoris, S. Roberti Scholastici,
SS. Decanorum Guarneri & Gerardi,
SS. Hiluini & Arnulfi de Lens.

Ego Lambertus Atrebatensis Episcopus huius nostræ paginæ scriptum relegi, subscripsi & propria manu confirmaui. Actum Atrebati anno millesimo centesimo vndecimo, Indictione quarta, pontificatus IIII. autem domini Lamberti Atrebatensis Episcopi decimo sexto.

CAPVT CXXVII.

S. Leo IX. Papa an. 1049. aut 1050. confirmat priuilegia Stabulensis & Malmundariensis monasteriorum, ord. Benedictini, in Arduenna; quæ S. Remaclus Episcopus Tungrensis, opibus S. Sigeberti Austrasiæ Regis, supra pag. 6. laudati, fundarat.

LEo Episcopus, seruus seruorum Dei, THEODERICO religioso Abbati venerabilis monasterij S. Petri sanctique Remagli Stabelao positi, suisque successoribus in perpetuum. Tunc summæ Apostolicæ dignitatis apex in hoc diuini prospectus amore dignoscitur præfulgere, si in adquirendis Dei laudibus sui impensius studeat laboris exhibere certamen. Ob hoc nos debita eiusdem Apostolicæ pastoralis compellit sollicitudinis cura, vt quæ ad stabilienda piorum pertinere dignoscuntur locorum, vbertim promulgare & Apostolicæ institutionis censura debeamus confirmare. Igitur quia postulasti, frater, à nobis, quatenus monasteria à venerabili patre Remaglo constructa, id est, STABVLAVS & MALMVNDARIVM, sita in saltu Arduennensi, in honore S. Petri Apostolorum principis, priuilegio nostræ auctoritatis muniremus: & quia iusta visa est nobis petitio tua, assensum tibi per huius nostri priuilegij constitutum præbemus, & roboramus Apostolica auctoritate, secundùm præcepta Regum & Imperatorum in præ-

Stablo. Mamdy.

sentia nostri relecta. Ratum itaque decernimus quidquid dedit primus constructor locorum, SIGEBERTVS videlicet Rex Francorum, qui Germaniacum in pago Remensi, & molendina duo sub vno tecto super Iuppia, & vineam cum vinitore in Bethereo, & telonea quæ ad portum Vetraria sunt super fluuios Taunaco & Itta, & portum qui dicitur Sellis, & Vogatium super fluuium Ligerim, ipsi adhuc viuenti S. Remaglo tradidit.

Eadem quoque firmitate vigoramus acta & instituta Regũ, Chlodouei, Dagoberti, Childerici, Theoderici, qui eadem præceptis suis confirmauerunt, aliaque perplura addiderunt, nec non Imperatorum Karoli, Ludouici, Lotharij, & trium Ottonum, Heinrici etiam primi, & secundi & tertij, Augustorum, qui constructores & defensores fuere locorum ipsorum, & quidquid de terminis & immunitate Leuguæ in eorum præceptis continetur, stabile esse iudicamus. Concambia etiam quæ facta sunt de Luchesengeis & Astelebrunna, siue etiam quæ à Christianis hominibus, pro salute animarum suarum, ad ipsa monasteria collata sunt & condonata, à *Fretherico* Comite Ferieres & Canses, à FRETHERICO Duce Sprismont allodium cum ecclesia, & quæcumque ab initio constructionis locorum vsque in præsens eorũ manet possessio, & in posterũ concedenda sunt, vt firma stabilitate, perpetuoque iure inconuulsa permaneant, decernimus & confirmamus. Nullum habeant Aduocatum nisi vnum, & alterum ab ipso, qui vterque bannum Aduocatiæ ab Imperatore accipiat, nec secundùm prædictorum præcepta Imperatorum quisquam eorum præsumat aut in villis vel possessionibus, quæ ad ipsa monasteria respicere videntur, placita tenere, mansuras aut precarias facere, redibitiones vel freda exigere, parefredos sumere, vel cuiquã violentiã inferre sine permissu Abbatis & voluntate: nullique personæ, cuiuscumque dignitatis sit vel ordinis, ipsam Abbatiam liceat vnquam in beneficium vel concambium accipere. Quod si quis, quod absit, hæc omnia tentauerit infirmare, B. Petri nostraque auctoritate eum æterno percutimus anathemate.

Præterea sancimus, sicut ab ipsis Imperatoribus est diffinitum, vt defuncto per successionem Abbate, vtrumque in vnum è duobus monasteriis confluentibus monachis, habeant sine simulatione, sine exceptione personæ, sine respectu pecuniæ, secundũ S. *Benedicti* regulam Abbatem

Abbatem eligendi libertrimam optionem: ea tamen præponderante ratione, cum Malmundrensium pace, vt quia B. Remaglus vtriusque monasterij constructor, & Tungrensium anteà Episcopus & pastor, malut in altero eorum, id est, Stabolaus, locum sepulturæ sibi eligere, ipsi primam electionis obtineant viam, si apud eos melior meritis & probabilior inueniatur. Si autem non illic, sed Malmundarij melior reperiatur vtrique loco præficiendus, ab eo potius quàm ab externis assumptus intromittatur. Si quis autem, quod non optamus, nefario ausu præsumpserit his quæ à nobis ad laudem Dei, pro stabilitate iam dictorum monasteriorum, statuta sunt, refragari, aut hæc in quoquam transgredi, hunc à liminibus sanctæ matris Ecclesię segregamus, atque cum Iuda traditore Domini nostri Iesu Christi, & cum diabolo & angelis eius æternis incendiis concremandum deputamus. At verò qui pio intuitu obseruator & custos exstiterit huius nostri Apostolici constituti, ad cultum Dei respicientis, benedictionis gratiam & misericordiam à misericorde Domino nostro multipliciter consequatur, & vitæ æternæ particeps effici mereatur. Acta Maguntiæ III. Nonas Septembris, per manus Petri diaconi, Bibliothecarij & Cancellarij sanctæ Apostolicæ Sedis, anno domini Leonis IX. Papæ I. Indictione III.

S. Remaclus.

LEO PAPA.

Misericordia Domini plena est terra.

Fredericus Lotharingiæ inferioris Dux & monasterij Stabulensis Aduocatus, supra pag. 258. laudatus, ecclesiam de Sprimont & alodium Genape monachis Stabulensibus donat, an. 1067.

In nomine Domini, nouerint tam præsentes quàm futuri, quòd ego Dei gratia Dux FREDERICVS & Stabulensis Aduocatus, mortua GERBERGA vxore mea, tradidi ad altare S. Petri & S. Remacli ecclesiam de *Sprimont*, & allodium quoddam *Genape*, quod ex parte ipsius defunctæ nostri iuris erat. Dedi autem ecclesiæ allodium de Sprimont pro XXX. libris in vademonium: vnde coniugis defunctæ necessaria prosecutus sum exequiarum. Cumque allodium Genape, multis exi-

stentibus caussis, tam citò non possem solidare, & ipse disposuissem iter meum Romam accelerare, iterùm super allodium Sprimont LX. marcas accepi, & ammonitus de priori allodio Genape, ne de non solidata traditione in ecclesiam Aduocationis meæ peccarem, tradidi Sprimont pro Genape in fideimanus, ad opus ecclesiæ, si aut in itinere mortuus, aut reuersus Genape ecclesiæ non solidarem, & mutuata non restituerem. Fidei manus hi sunt, Tiezelinus & Albricus de Braz, Adelardus de Hamne. Fideiussores hi sunt, Francho frater Albrici, VVarnerus filius VVazelini. Testes verò hi sunt, Adelardus de Liesen, Helfridus de Aluenz, Comes Otto de Los, Erleboldus de Molis, Thibaldus de Longo prato, Rodericus de Contere, Fastradus filius VVazelini de Boclauille, Rabodo de Clauires, Guntrannus de Summe.

Reuersus autem à Roma, cùm allodium Genape liberè non possem ecclesiæ solidare, pro illo & pro summa pecuniæ acceptæ, imò pro remedio animæ meæ coniugisq; defunctæ, pro loco & sepulturæ meæ, tradidi Sprimont ipsi ecclesiæ & fratribus, perpetuo iure tenendum, in manus Aduocati Adelardi de Liesen. Cuius traditionis testes sunt, Albertus Comes de Namuco, frater eius Heinricus, Balduinus de Sarto, Elbertus de Olnon, Rotfridus de Daueles, VValtherus frater eius, Goderannus de Dauiels, Boso & VVidricus de Breis, Albricus de Monte, Stephanus de Malisoil, Francho de Argeon, Haruicus de Larz, Adelardus de Vreismont, & filius eius Boso, Tiezelinus de Vreismunt, Lambertus de Hubin, Albricus de Braz, & frater eius Franco, Stephanus de Fals, Erleboldus de Molins. Acta sunt
1067. hæc anno incarnationis Dominicæ M. LXVII. Indictione V. III. Kal. Septembris, Henrico IV. Imperatore, Tiethuinno Leodicensium Præsule, Thiederico Stabulensi præsente, Domino autem per sæcula regnante.

Formula

Formula traditionis seu donationis eiusdem, ex autographo pergamenico fideliter deprompta: cui appensum est sigillum imaginem Præsulis alicuius, pedum sine mitra gestantis, exprimens.

In nomine Domini, nouerint præsentis & futuri sæculi fideles, quòd Dux FREDERICVS, mortua vxore sua *Gerb. r. a*, tradidit ad altare S. Petri & S. Remacli in Stabulau ecclesiâ de *Spriſmont*. & allodium quoddam *Genape*, quod ex parte ipsius coniugis defunctæ sui iuris erat. Dedit autem ecclesiæ allodium de Spriſmont pro triginta libris in vadimonium: vnde coniugis defunctæ necessaria prosecutus est exequiarū. Cumque non posset allodium Genape ecclesiæ solidare, & ipse disposuisset iter suum Romam accelerare; iterùm super allodiū Spriſmont sexaginta marcas accepit, & admonitus de priori allodio Genape, ne de non solidata traditione in ecclesiam peccaret, statuit vt allodium Spriſmont pro illo in fidei manus ecclesiæ traderet; si tamen aut ipse aut successor suus Genape ecclesiæ non solidaret, & mutuata non restitueret: de qua re fidei manus hi sunt, Tiezelinus & Albricus de Braz, Adelardus de Hain. Fideiuissores hi sunt, Franco frater Albrici de Braz, VVarnerus filius VVazelini. Testes verò hi sunt, Adelardus de Liezen, Helfridus de Aluenz, Comes Otto de Loz, Erleboldus de Molins, Tietbaldus de Longo prato, Rodericus de Contere, Fastradus filius VVazelini de Bodenuille, Ratbodo de Clauieres, Gontrannus de Summe.

Reuersus autem à Roma, cùm infirmatus visitaretur ab Abbate Theoderico & fratribus, & sibi locum sepulturæ iuxta coniugem petiuisset in prædicta ecclesia Stabulensi, constituit vt allodium prædictū Spriſmont fidei manus pro remedio animę suę traderent & solidarent iure perpetuo ecclesiæ: quod & fecerunt in manus Adelardi Aduocati de Liezen. Cuius traditionis testes hi sunt: Albertus Comes de Namuco, & frater eius Heinricus, Balduinus de Sarto, Albertus de Olnon, Rotfridus de Daueles, & VValterus frater eius, Goderannus de Daueles, Boso & VVidricus de Breus, Roricus cum barba, Albricus de Monte, Stepelinus de Malisoil, Franco de Argeon, Adelardus de

Vrciſmont & filius eius Boſo, Thiezelinus de Vrciſmont, Lambertus de Hubin, Albricus de Braz & frater eius Franco, Stephanus de Fals, Erleboldus de Molins, Henricus Bauvvarienſis. Acta eſt donatio an-
1067. no incarnati Verbi M.LXVII. Indictione V.III. Kal. Septembris, Heinrico IV. imperante, Thietduino Leodienſium Præſule, Theoderico Abbate, Domino Deo per ſæcula regnante.

Oppignoratio curtis de Sprimont, anno 1085. *facta.*

1085. Anno Dominicæ incarnationis M.LXXXV. Indictione VIII. dominus Rodulfus Abbas, neceſſitate regij ſeruitij coactus, accepit à Mazone de Rona equum vnum pro IV. marcis, carratam vini pro duabus marcis: pro quibus VI. marcis dedit ei in vadimonio curtem noſtram in Sprimunt, cum tota indominicatura vſque decima. Quod ſi aliquando fratres villam ſuam redimerent, ſicut ad præbendam liberè pertinebat, ita ſine vlla conditione vel pacto in manus & vſus eorum liberè bonum ſuum reciperent. Hæc ideò ſcripſimus, ne poſteri noſtri putent in beneficio datum fuiſſe, aut plus acceptum pecuniæ, aut ipſam villam ad manum Abbatis, & non ad præbendam pertinere: quia multos labores pro eodem bono ſuſtinuimus. Huius rei teſtes ſunt iſti: Reinerus, Robertus, Gondoldus, Cuono de Longia, Robertus de Hontcamp, Albricus Villicus de Stabulau, Adelardus de Baldou, & Theodericus frater eius.

Notitia eccleſiarum & prædiorum Abbatiæ Stabulenſis, deſcripta ex altaris tabella argentea, quam VVibaldus Abbas Stabulenſis circa an. 1135. *in illius monaſterij templo retrò aram ſummam poſuit.*

Stabulaus, Rona, Conſines, Ioſſes, Ledernau, Baldou, Rahir, Keuuruns, Conſdaignes, Louueigneis, Horrion, Tourinnes, Mudreſcheidt, Rhorices, Cauſeis, Fielon, Ferieres, caſtellum Longia, Sprimont, Conſon, Fieziennes, Genuerez, Herpha, Conkieres, Scaltin, Leignon, Feraiges, Fieneual, VVellin, Silueſtrecourt, Doroit, Paliſul, Consfait,

Consfait, Calcum, Bouingeis, Germineiz, Kerbou, Doma, VVakendorph, Lukesenges, Malmundarium, VVaymes, Francorchamps, Noua villa, Amblauia, Hoscenlaer, Basenlacim, Dalchem, Bacenga, Lorenzeis, Scheniaces, Fairon, Comblen, Prestus, VValcuia, Sclacin, Linsceis, Landermenges, Boccholtz, VVellures, Trauant, Grimesburg, Ludenestorph.

Hoc opus fecit Abbas VVibaldus, in quo sunt argenti meri LX. marcæ; in deauratura sunt auri meri IV. marcæ. Tota expensa operis centum marcæ. De qua publicè excommunicatum est, ne quis pro tam parua vilitate tantum laborem & expensam annihilare præsumat.

NOTATIONES.

Tabulæ istæ, ex archiuis Abbatiæ Stabulensis fideliter deprompta, quia serius in manus meas peruenerunt, suo loco collocari non potuerunt. Nefas tamen duxi tam illustria antiquitatis monumenta, ex autographis deprompta, supprimere, aut publicam ijs lucem inuidere.

LEO Episcopus.] Hoc diploma descriptum est ex autographo pergamenico, quod Stabuleti adseruatur munitū sigillo, plumbeo, cum hac inscriptione, LEONIS PAPÆ. Idem exstat suprà pag. 168. sed imperfectum. Vitam S. Leonis scripsit VVibertus Archidiaconus, coætaneus, Parisiis an. 1620. editam.

FRETHERICVS] seu Fredericus Dux VI. Lotharingiæ inferioris non obijt anno 1065. vt vulgarem opinionem secuti suprà pag. 258. diximus: quin imò adhuc superstes an. 1067. fuit: vt ex tabulis iam productis liquet.

GERBERGA] seu Gerberga, Eustathij I. Comitis Bolonienſis filia, fuit Frederici Lotharingorum inferiorum Ducis iam dicti vxor, non autem Frederici II. Lotharingiæ Mosellanæ Ducis: vt suprà pag. 252. per errorem est dictum.

CAPVT

CAPVT CXXVIII.

Oddo seu Odo, Cameracensis Episcopus, benefacit ecclesiæ Niuellensi, an. 1112.

ODdo Dei gratia Cameracensis Episcopus omnibus sanctæ Dei ecclesiæ filiis in perpetuum. Ego piæ petitioni Richetæ, Abba-
pag. 80. tissæ S. Gertrudis Niuialensis ecclesiæ, annuens, audiens etiam preces dominarum monasterij & Canonicorum, altaria, quæ hactenus in Episcopatu Cameracensi per Personas tenuerant, iam omnino absque Personis libera ecclesiæ trado. Altaria sunt hæc, altare de Iterna, altare de Rosbecca cum appenditio *Hainueres*, altare de Merbeccha, altare de VVambeccha, cum appenditio Nath, altare de Lombeccha, altare de *Goy*, altare de *Altres*, altare de Guislines, altare de Luuroila. Huius nostræ concessionis testes sunt.

S. Rudolfi Archidiaconi. S. Erlebaldi Præpositi.
S. Erlebaldi Decani. S. Alexandri Decani.
S. Segardi Decani. S. Machelini Decani.
S. VValteri Ab. Lobiensis. S. Guidrici Ab. Altimontensis.
S. Fulgentij Abbatis Hafflingensis.

1112. Actum est anno millesimo centesimo duodecimo, Indictione V. superscripti verò Pontificis anno VII.

Prioratus S. Georgij, prope Hesdinium Artesiæ opidum, monachis Aquicinctinis attribuitur, & à Paschali II. *Papa id confirmatur an.* 1112.

Paschalis Episcopus, seruus seruorum Dei, dilecto filio Aluiso Abbati Aquicinensis monasterij, eiusque successoribus. Venerabilis fratris nostri Ioannis Morinensis Episcopi cessionem, vobis vestroque monasterio factam, litteris præsentibus confirmamus. Is enim B. Georgij martyris ecclesiam, iuxta castrum Hesdinium sitam, tibi tuisque successoribus in cellam omni tempore possidendam concessit, cum omnibus

omnibus terris, pratis, siluis, aquis & molendinis, vel aliis quibuscumque, quæ tam ab *Ingelramno* Comite & *Ernulfo* Hesdinensi, & Nicolao milite, quàm ab aliis fidelibus eidem ecclesiæ collata sunt: siquidem idipsum prædecessor suus bonæ memoriæ Gerardus concesserat. Id ipsum igitur & nos præsentis decreti auctoritate sancimus. Data Laterani XIII. Kal. Iulij, Indictione V. incarnationis Dominicæ anno M. C. XII. 1112.

VValterus Comes Hesdinienſis benefacit monaſterio Alciacenſi in Arteſia an. 1112.

Ego Balduinus Flandriæ Comes notum facio, quòd ipsa die, qua Gualtero terrā suam reddidimus, Abbatiā S. Siluini, quæ apud Alciacum in honore Dei fundata est, tamquam vnam de Abbatiis terræ nostræ, in propria Aduocatia omnino retinuimus. Vnde ipse VValterus, tactis sacrosanctis reliquiis, in præsentia nostra iurauit, quòd quidquid auunculus suus *Ingelramnus* ecclesię suæ Alciacensi contulit, & quidquid eadem die, qua ipse terram suam à nobis susceperit, prædicta ecclesia possedit, quietè possidere permitteret. Datum anno millesimo centesimo duodecimo, apud S. Audomarum. *Alchy.* 1112.

NOTATIO.

Alciacum prædium, cum villa Sithiu, Adroaldus vir illustris, prole carens, S. Bertino an. 654. tradidit, præsente S. Audomaro, Teruanensis vrbis Episcopo. Cumque Bertinus cœpisset domum orationis apud Alciacū instituere, Adalsguarius vir nobilis, & eius coniux Aneglia, basilicam Alciaci in honorem B. Mariæ & S. Petri Apostoli circa an. 680. construxerunt. Ibidem eorum filia Sicchedis, depositā sæculari veste, Deo dicata, nonnullis sociatis virginibus præfuit, ante aduentum S. Siluini Episcopi, cuius defuncti tumulum Sicchedis memorata auro & gemmis cęlauit variis. Danis posteà in Galliam irruentibus, S. Siluini reliquiæ ad Sithiu cœnobium sunt translatæ. Exinde surrexit *Engelramus* Comes Hesdinienſis, qui ecclesiam Alciacensem, *pag.* 7.

cēnsem, à barbaris destructam, an. 1072. instaurauit, estque ibidem sepultus.

Anno 1072. Heribertus Abbas Sithiensis primum in Alciaco Abbatem constituit Suelgerum monachum Sithiensem; viuente Drogone Morinensi Episcopo. Suelgero Geruinus, Geruino Norbertus, Norberto Odo, Odoni Simon, & sic alij ex ordine, omnes monachi Sithienses, successerunt. Anno 1079. idem Ingelramus Comes confirmauit & ratificauit Abbati ac monachis S. Siluini Alciacensis omnes donationes à se factas; approbante Huberto Morinorum Episcopo.

Paschalis II. Papa statuit, iuxta præteriti temporis morem, Abbatis subrogationem in monasterio S. Siluini (siue Alciaco) in dispositione Abbatis S. Bertini persistere debere. Idem Calixtus II. anno 1123. Eugenius III. Alexander III. Clemens III. Cælestinus III. Innocentius III. Honorius III. & Gregorius IX. comprobarunt. Innocentij III. Rescriptum lib. 5. Decretalium exstat. Cæterùm in dicti monasterij Aduocatia Comitibus Flandriæ successerunt Comites Artesiæ, vt liquet ex Roberti II. Artesiæ Comitis diplomate, quod an. 1269. scripsit.

CAPVT CXXIX.

Balduinus cognomento Securis, Flandriæ Comes, alodium Valsense ecclesiæ S. Petri Insulensis detractum, circa an. 1115. eidem restituit.

EGo Balduinus, Dei miseratione Flandrensis Comes, contra Deū & ecclesiam B. Petri Insulensis me peccasse & malè egisse, per Dei gratiam recognosco. Alodium enim, quod prædecessor meus Comes Balduinus, qui eam fundauit, & in ea sepultus est, ad honorem Dei, & Fratrum sustentationem, prædictæ ecclesiæ contulit, ego peccator iniustè subtraxisse recognoui. Nunc itaque Dei miseratione respectus, coram venerabilibus, Teruanensium Ioanne, & Nouiomensium ac Tornacensium Lamberto, Episcopis, me in hoc & in aliis peccasse confiteor, & præfatæ ecclesiæ ius suum, scilicet prædictum alodium,

alodium, quod est in villa *Vals*, in territorio Aquisgranensi, recognosco, & nulli omnino amplius inde VVarandus ero. Ego verò CAROLVS, consanguineus & successor Comitis Balduini, in præsentia ipsius, id ipsum pro iustitia recognosco, concedo & confirmo.

Signum Ioannis Morinensis Episcopi,
S. Lamberti Nouiomensis & Tornacensis Episcopi,
S. Clementiæ Comitissæ, S. Alardi Pincernæ,
S. Balduini Gandensis.

Curtis de Trophoua in Nortkercka à Manasse de Bredenarda venditur monachis Andrensibus 1116.

Notum sit omnibus, quoniam Manasses de Bredenarda, accepta sex librarum caritate ab Andernensis ecclesiæ monachis, Comitatum omnis terræ Guffridi auunculi sui, vnà cum Florentio filio suo, per manus Manassis Comitis & Emmæ Comitissæ, in manu domini Rainaldi secundi Abbatis liberè dedit. Quo dato ipse Manasses, vnà cum prædicto filio suo Florentio, deiecit, & se amplius non habere debere iudicauit: qnod ipsum iudicantem hîc scripti testes consecuti sunt:

Oilardus Heremita, Robertus de Hammes,
Manasses Dapifer, Elembertus Panitor, Gozo Paganus,
Henricus de Marknes, Henricus de Fraitun,
Robertus Notir, Eustathius de Bauelingehem,
Balduinus frater eius, Balduinus Seiro,
Heremarus Blouel, Sigemarus de Milleca.

Hoc autem factum est in castro Gisnensi, inter capellam S. Mariæ & terrarium domus Eustathij de Hammes, anno M.C.XVI. 1116.

Balduinus III. *Harnoniæ Comes S. Dionysij monasterium, prope Montes Hannoniæ à patre suo Balduino Ierosolymitano constructum, dotat & auget, anno* 1117.

Ego Balduinus, Comes Haionensium, filius glorioſæ memoriæ Bal-
pag. 212. duini Ieroſolymitani & Idæ vxoris eius, cœnobium ſancti martyris Chriſti Dionyſij, quod pater meus in ſui iuris alodio conſtituit, honorificare exopto, & quidquid conceſſit liberè & ſine aduocatia, ad eumdem locum ſic concedendo affirmo. Poſt quæ omnia notum ſit omnibus, quòd ego paterna ſequens veſtigia, eidem cœnobio pro honore Dei & B. Mariæ, & martyris Chriſti Dionyſij, ſeruos & ancillas iure perpetuo poſſidendos concedo, quorum quarúmue hîc ſubtitulantur nómina: Bernardus & vxor eius Gertrudis, Stahineldis, ipſius Bernardi ſoror, cum futura poſteritate, Huldeburgis quoque & filiæ eius, Maniſendis, Dedela, Fredeſcendis cum poſteritate futura, Lambertus & Belechina, Anna vxor Goderonis Cocci; Oda vxor Amolrici de Oborch, cum poſteritatibus ſuis. Confirmo etiam eidem cœnobio donationem, quam pater meus, conſilio Gerardi Cameracenſis Epiſcopi, & nobilium ſuorum aſſenſu, conceſſit, eccleſiam videlicet S. *Petri*, quæ ſita eſt in Montibus inter duo monaſteria S. VValdetrudis & S. Germani, cum omnibus appenditiis ſuis: ita vt Canonici eiuſdem eccleſiæ ſubditi ſint poteſtati Abbatis, & obeuntibus illis reditus prębendarum in monachorum vſus cedant. Hanc itaque confirmationis & largitionis meæ donationem mando conſeruari in perpetuum: ita vt nullus Comitum, Principum, Caſtellanorum, nobilium, ignobilium, vel quælibet cuiuſcumque dignitatis perſona amodo eam inquietet. Vt autem hoc ratum permaneat, nobiles meos, principes & potentes, ſicut ſunt præſentes, ad teſtimonium appello, & ſubnotare cenſeo.

pag. 234. Signum Goſſuini de Montibus. S. Goſſuini de Aueſnis.
S.* VVidonis de Ceruia. S. Hugonis de Lens.
S. Tievvini de Herbau. S. Iſaac de VVaſnes.
S. VValteri de Silli. S. Godefridi de Ribodimonte.

S. Godefridi

S.Godefridi de Areſcoth. S.Anſelli de Merbes.
S.Iſaac Caſtellani. S.VValteri de Iuth, *f. Iache,*
S.Gilleberti Maioris. S.VVaſcelini Brunoldi,
S.Radulfi de Turnella.

Actum anno milleſimo centeſimo decimo ſeptimo, Indictione x. 1177.
epacta xv. regnante & imperante Henrico Rege, Godefrido Duce,
Rodulfo Remenſi Archipræſule, Burchardo Cameracenſi Pontifice.

NOTATIO.

VVido ſeu Guido, Dominus Ceruiæ (quod eſt opidum Hannoniæ, *Chieure.*
cultu Deiparæ ac miraculis celebre) & Sarti, ex Ida genuit Idam, Gillengemienſis monialium Abbatiæ an. 1126. in Hannonia conditricẽ, multarum prolium ex tribus maritis matrem, ac demum monialem in Gillengemio.



CAPVT CXXX.

VVillelmus ab Ipra, Philippi Comitis Loensis filius nothus, Loense Canonicorum regularium monasterium, à patre suo an. 1093. *fundatum, dotat an.* 1118.

pag.237. EGo VVillelmus, Dei miseratione Philippi Comitis filius, petitionibus domini Gerardi libenter assentiens, Loensi ecclesiæ S. Petri Apostoli, cui idem deseruiebat, tres mensuras ab omni exactione & debito in perpetuum liberas contradidi, denique huius donationis confirmationem, concedente vxore mea, feci.

S. Fibolfi Castellani Bergensis, S. Tietbaldi Ariensis,
S. Goiffridi, S. Rodulfi fratris eius, S. Eustathij,
S. Alardi de VVarnestun, S. Dirolfi Iprensis,
S. Soeri & Fromoldi fratris eius, S. VVillelmi Præpositi Iprēsis,
S. Gerardi Loensis ecclesiæ Præpositi.

1118. Actum est hoc anno millesimo centesimo decimo octauo, Indictione XIII. regnante Ludouico Francorum Rege, regente Flandriam Carolo Comite, pontificatus domini Calixti II. Papæ anno primo, Episcopatus domini Ioannis XX.

Ioannes Teruanensis Episcopus an. 1119. *confirmat institutum & prædia dicti monasterij Loensis.*

Ioannes Dei gratia Morinorum Episcopus. Placuit nobis ecclesiam in honore S. Petri Apostoli fundatam in villa, quæ vulgò dicitur *Lo*, dedicare, ipsamque cum omnibus quæ ad eam pertinent, ad sustentationem Canonicorum, ibidem secundùm regulam B. Augustini Deo seruientium, liberam facere. Vitæ namque canonicæ ordinem, quem professi sunt, præsentis priuilegij auctoritate firmamus. Ipsis itaque suisq; successoribus ea omnia perpetuò possidenda sancimus, quę impræsentiarum obtinere videntur, ecclesiam scilicet ipsam S. Petri cum vniuersa decima, lini, agnorum, ceterorumque animaliū vel fructuum,

quæque

quæque Philippus, filius Roberti Marchionis cognomento Frisonis, cum fratre suo Roberto Comite Flandriæ, eidem ecclesiæ concessit, Comitatum videlicet & aduocationem, stallum & teloneũ, & quidquid sæcularis iuris super terram & mansionarios S. Petri habebat, & quæcumque iustè adepti fuerint. Actum est hoc anno millesimo centesimo nono decimo, Indictione XII. regnante Lucouico Francorum Rege, Karolo Comite Flandriam regente, anno Papatus domini Calixti primo, & præsulatus domini Ioannis XX. & confirmatum coram his testibus. 1119.

S. Harberti Archidiaconi, Lamberti Abbatis,
Ingelberti Ab. Arnulfi Præpositi, VVillelmi Præpositi,
Hugonis Præpositi. Goselini Decani,
VValteri Thesaurarij, Ioannis Ariensis Prępositi,
Lamberti Casletensis Præpositi, Fulcardi Decani,

Henricus V. Imp. decimas Santflitanas an. 1119. Canonicorũ Antuerpiensium collegio, in ecclesia S. Michaëlis tunc residenti, concedit & attribuit; petente Godefrido Barbato, Lotharingiæ ac Brabantiæ Duce, & S. R. I. Marchione ad Scaldim.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus Dei gratia Romanorum Imperator omnibus notum esse volumus, nos consilio & petitione Godefridi Ducis & Marchionis, concessisse ecclesiæ S. Michaëlis Archangeli, quæ est sita in burgo, qui dicitur *Antverp*, omnem decimam quę continetur à terminis Zantflieten vsque Olmeremuthẽ: ita vt quartam eiusdem decimæ partem ecclesiæ Præpositus sibi retineat, & reliquas in vsus fratrum conseruet. Huius autem nostræ traditionis testes subscripsimus, quorum nomina sunt hæc: *Olmeren.*

Conradus Osnaburgensis Episc. Burchardus Cameracensis Ep.
Gerardus Merseburgensis Episcopus; Arnolfus de Los,
Theodericus Comes, Gerardus Comes, Paganus Comes,
Otho de Mares, VVillelmus Comes, Hermannus Pistis.

Hoc etiam Mathildis Romanorum Regina sua corroborauit præsentia. Huius autem chartæ traditio facta est, præsente eiusdẽ ecclesię Præposito

Præpoſito Hildevvino: & vt hoc noſtræ auctoritatis præceptum firmum obtineat vigorem, manu noſtra ſubterfirmauimus, & ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri. Bruno Cancellarius recognouit.
1119. Data XI. Kalendas Decembris, anno milleſimo centeſimo decimo nono, Indictione XII. regnante Henrico Romanorũ Imperatore. Actum eſt apud Traiectum.

Rodulphus Abbas & Chronographus Trudonenſis an. 1119. *iura eccleſiæ de Dunck explicat.*

Ego Rodulphus, gratia Dei cœnobij S. Trudonis Abbas, do fratri Ioanni eccleſiam de *Dunck*, in omnibus tertiam partem tam magnæ
1119. decimæ quàm minutæ. Si quid deinceps alodij à M. C. XIX. anno ab aliquo nobili vel extraneo parochiano datum fuerit eccleſiæ, in mea poteſtate retineo, cui voluero ſtabilire: niſi presbytero ſua pars denominata fuerit à dante.

Eccleſiæ tres an. 1119. *conceduntur monachis S. Dionyſij in Broqueroia à Burchardo Cameracenſi Epiſcopo.*

Burchardus diuina miſeratione Cameracenſium Epiſcopus tam futuris quàm præſentibus in perpetuum. Communicato noſtrorum clericorum conſilio, venerabilis fratris noſtri Henrici, eccleſiæ S. Dionyſij prope Montes Abbatis, piæ petitioni condeſcendimus, & altare de
pag. 209. *Houdeng*, cum appenditio ſuo *Goegnies*, altareque de Lembeca, libera & ſine perſona, præfatæ eccleſiæ concedimus. Præterea alodium, quod Godeſcalcus de Gotignies apud Peronã habebat, tam in terris, aquis, quàm ſiluis, quia eidem eccleſiæ contulerat, confirmamus, & ab omni aduocatia, ſæculari diſtrictu, cæteriſque angariis liberam, vt erat, aſſignamus. Traditionis huius teſtes ſunt, Goſſuinus eiuſdem Godeſcalci filius, Goſſuinus de villa. Alodia quoque de Mari-Iolio, de Trieueriis, & partẽ quam in decima de Houdeng Herimandus de Ableng habebat, quia ſicut ſui iuris erant, cum ſeruis & ancillis ſuis, ſæpè fatæ eccleſiæ contulit, eidem libera penitus corroboramus. Huius rei teſtes

teſtes ſunt, Theodericus de Gotignies, Herimandus de Maregia.....
Actum anno milleſimo centeſimo decimo nono, Indictione XII. 1119.
præſulatus domni Burchardi IV. Ego VVerimbaldus Cancellarius ſcripſi & recognoui.

S. Petri eccleſia, in vrbe Montenſi prope baſilicam S. VValdetrudis olim ſita, attribuitur & adiudicatur monachis S. Dionyſij in Broqueroia, an. 1123.

Burchardus, Dei gratia Cameracenſiũ Epiſcopus, notum facimus, Eccleſiam S. Dionyſij prope Montes beneficium & eccleſiam S. Petri, quæ eſt prope eccleſiam S. VValdetrudis in Montibus, cum tota ſui pertinentia, XXX. & pluribus annis ſub regimine trium Abbatũ quietè poſſediſſe, & Martinum bonæ memoriæ primum loci Abbatẽ, Auernis in Concilio Vrbani Papæ Claremonti habito, & quàm pluribus Cardinaliũ, & Remenſis & Cameracenſis eccleſiæ Conciliis, ob hæc & cætera eccleſiæ ſuæ beneficia præſentanda & munienda, abſque canonica cuiuſlibet calumnia, interfuiſſe. Cùm autem in præfato municipio Synodum conuocatam celebraremus, Canonici S. VValdetrudis in reuerendum fratrem noſtrum Balduinum tertium ſæpe fatæ eccleſiæ Abbatem inſurgunt, & iuſtitiam ſuper eccleſiam S. Petri, & eius poſſeſſionẽ, à nobis & Synodo requirunt. Die igitur vtrique parti ſtatuta, Abbas in Synodo coram Coabbatibus ſe præſentauit & iudicium ſuper hoc requiſiuit. Vnde nobis à Synodo iudicium requirentibus, Abbates & Archidiaconi cum Perſonis iudicauere, Abbatẽ & ſucceſſores ſuos S. Petri, de qua agitur, cum poſſeſſione eccleſiam canonicè deinceps poſſeſſuros, & præfatis Canonicis ſeu monialibus ſuper hoc minimè reſponſuros. Eorum igitur iudicio aſſentientes, calumniatores, ſi emerſerint, quoad reſipiſcant, excommunicamus, & ſub imaginatione & teſtium ſubſcriptione, ſicut prædeceſſor noſter bonæ memorię Odo Epiſcopus hoc eccleſiæ S. Petri beneficium ſæpe libatæ S. Dionyſij eccleſiæ pontificali decreto aſſignauit, aſtipulamus.

Signum VValteri Lobienſis, Franconis Affligemenſis,

Algisi Aquicinensis, Gilleberti Heinamensis,
Odoini Cellensis, Gerlandi Nouicastrensis, Abbatum.

1123. Anno millesimo centesimo vicesimo tertio, Indictione XV. præsulatus domni Burchardi VIII. ego VVerimboldus Cancellarius recensui.

CAPVT CXXXI.

Burchardus Cameracensis Episcopus Bornhemiensem Abbatiam, inopia laborantem, Fulgentio Abbati Affligemiensi, eiusq; successoribus regendam anno 1120. *committit, suppressa S. Augustini regula.*

BVrgardus Dei miseratione Cameracensium Episcopus..... Nos Bornhemensis ecclesiæ, ferè ad nihilum redactæ, desolationi con-
*pag.*122. dolentes, venerabilem fratrem nostrum Fulgentium, Affligemensis ecclesiæ Abbatem, & religiosum ecclesiæ suæ conuentum super hac necessitate conuenimus, & vt Abbatiam illam sub regula S. Augustini annihilatam, regendam & sub regula B. Benedicti emendandam susciperent, rogauimus. Prece itaque nostra exaudita, præfatam Abbatiam de Bornhem, cum appendiciis suis *Hauesledunc* & *Hingen*, cum capellis Bereberga & *Rimenham*, Apostolica auctoritate eidem ecclesiæ confirmatis, supplicante fratre nostro *Sigefrido* Bornhemensi Abbate, fratribus quoque petentibus, præfatæ Affligemensi ecclesiæ sub regula B. Benedicti permansuram concessimus. Cùm enim eadem Bornhemensis ecclesia à VVenemaro Gandensi Castellano alodiis & donariis quàm plurimis fundata, & à prædecessore nostro Manasse Episcopo emancipata, Abbate consecrato & fratribus sub regula B. Augustini constitutis, in melius procedere debuisset, ordine penitus annullato, forinsecis commoditatibus destructis, in nihilum fere redacta est. Ea itaque angariati necessitate, præfatam traditionem canonicè facientes, decreuimus vt prædictam Bornhemensem ecclesiam & libertatem, quam sub regula B. Augustini hactenus tenuerat, Affligemensis ecclesia vlteriùs sub regula B. Benedicti inconuul-

conuulsè possideat. Altare etiam de Mercecca, cum appendicio suo Bergesem, sæpè fatæ Affligemensi ecclesiæ concessimus.

Actum anno millesimo centesimo vicesimo, Indictione XIV. pontificatus domini Burchardi quinto. Ego Guerimboldus Cancellarius scripsi & subsignaui. 1120.

Calixtus II. *Papa, petente sorore sua Clementia, Flandriæ Comitissa, an.* 1121. *firmat Bornhemiensis ecclesiæ regimen Affligemiensibus commissum.*

Calixtus II. Episcopus, seruus seruorum Dei, dilecto filio Fulgentio Abbati Affligimensis monasterij, quod ad honorem B. Petri Apostolorum principis in Cameracensi diœcesi situm est, eiusque successoribus. Venerabilis frater noster Burgardus, Cameracensis Episcopus, hortatu venerabilis fratris nostri Rodulphi Remensis Archiepiscopi, & rogatu Sifridi Bornhemensis Abbatis & fratrum suorum, Affligimensi monasterio Bornhemensem commisit ecclesiam, vt in ea deinceps monastici ordinis disciplina habeatur. Olim quidem in loco eodem ordo fuerat Canonicus institutus; sed guerris superuenientibus tanta paupertatis inopia coarctatus est, vt neque ordinem Canonicum conseruare, neque per se in ecclesiastica posset honestate persistere. Nos itaque tam prædictorum fratrum, quàm & sororis nostræ CLEMENTIÆ, Flandriensium Comitissæ, quæ ipsius loci dispensatrix est, petitionibus annuentes, prædictæ Bornhemensis ecclesiæ commissionem præsentis priuilegij pagina confirmamus: statuentes vt in Affligimensis monasterij vnitate ac subiectione, sub regula monasticæ disciplinæ, in perpetuum perseueret: ita nimirum libera & quieta, sicut antea in ordine Canonico fuerat, cum altaribus de Haueldunc, Hingem, Gereberga, Rimenham, & Mercbecloa. Ego Calixtus catholicæ ecclesiæ Episcopus laudaui. Datum apud S. Petrum, per manum Chrysogoni, S. Romanę Ecclesiæ diaconi Cardinalis & Bibliothecarij, III. Februarij, Indictione XIV. incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo vicesimo primo, pontificatus autem domini Calixti II. Papæ III.

Burgundiæ Niuerniæ & Autiſſidiori Comitum ſtemma, ſuprà pag. 48. productum, continuatur.

NOTA-

NOTATIO.

CLEMENTIA] Guilielmi Burgundiæ Comitis filia, Calixti II. Papæ soror, an. 1131. obiit, Borburgi in Flandria occidua sepulta in nobilium virginum Benedictinarum cœnobio à se condito. Maritus eius Robertus II. cognomento Hierosolymitanus, Flandriæ Comes, an. 1111. decessit, Attrebati ad S. Vedastū conditus. Vide suprà pag. 180.

BORNEHEM] Flandriæ municipium, titulo Baroniæ clarum, ad veterem Scaldis alueum, ex opposito Tamisiæ, Castellanos olim Gandenses habuit Dominos. Ex his Hugo, eiusque vxor Maria, an. 1250. Margaritæ Constantinopolitanæ Flandrorum Comitissæ Bornhemiū vendiderunt. De reliquis Bornhemij Dominis lib. 2. Dipl. Belg. cap. 82. egimus. Hugonis frater fuit VILLANVS Dominus vici S. Ioannis ad Lapidem, vulgò S. *Ians-steen* in VVasia prope Hulstum: à quo stirpē trahit Gandauensis Villanorum familia, quæ Isegemij & Middelburgi Comitatus hodie in Flandria possidet. Hugonis filia vnica *Maria* Gerardo Sottegemij Domino nupsit, & ex eo genuit *Hugonem* Castellanū Gandensem. Huius filia vnica *Isabella* Hugoni Domino de Antoin prope Tornacum in manum conuenit. *Villain al. de Gant.*

Hugonis Antoniani & Isabellæ Sottegemiæ filia & heres ISABELLA, Castellana Gandensis, Domina de Antoin & Sottegem, primùm nupsit Henrico à Louanio, pòst Alfonso de la Cerda, ex Regum Castellę & Legionis familia oriundo; sed ex neutro prolem genuit. Tertiò nupsit Ioanni de Meleun: quæ familia, præter Principatum de Espinoy, hodieque Castellaniam Gandensem possidet. Isabellæ epitaphiū exstat in Antoniensi Canonicorum templo: *Cy gist Isabeau Dame d'Antoin, d'Espinoy, de Sottenghien, & Chastellaine de Gand, iadis femme & espouse à Henry de Louuain, apres à Monsieur Alphons d'Espagne, & apres à Monsieur Iean Viscomte de Meleun, Chambelā de France, Seigneur de Blangis: laquelle Dame trespassa le iour S. Nicolas en hyuer l'an* 1354.

CAPVT CXXXII.

Theodericus Rufus, vir potens, Furnense S. Nicolai in Flandria monasterium an. 1120. *fundat, approbante Carolo Bono Flandriæ Comite.*

EGo Karolus, Dei gratia Flandrensium Comes, sexaginta mensuras terræ, quas à me Theodericus Rufus, filius Folpoldi, iure feodi tenuerat, coram optimatibus & principibus meis, publicè mihi ab ipso redditas, ecclesiæ Furnensi S. Nicolai, ab omni exactione liberas, perpetuoque iure possidendas concessi, concessasque manu propria donaui. Testes,

Arnoldus Præpositus VVatinensis, Fromoldus Præp. Furnensis,
Froulfus Castellanus Bergensis, Balduinus de Colona,
VValterus de Locra, Simon Rufus, Landbertus de Rinigellis,
Bernoldus Sprit, Arnoldus de Henis, Riquardus de Sintonis,
Bouo & VVicman de Crochten, Hugo Albus de Biran,
Reinlofus de Tetighem, VValterus de VVambeca,
Florentius Castellanus Furnensis, Eustachius filius Badelogæ,
Eueroldus de Lincele, Hacher de Babampol,
Arnoldus de Stasla, Reinerus de Stasla,
Eggefridus Forauot, Reingerus Graua ex Ipra.

Ioannes Teruanensis Episcopus possessiones dictæ Abbatiæ S. Nicolai Furnensis confirmat an. 1120.

Ioannes, Dei gratia Morinorum Episcopus, dilecto filio suo Nicolao, quem ecclesiæ S. Nicolai de *Buttenburch* Abbatem Canonicorum ordinauimus, cæteriscque fratribus eiusdem ecclesiæ. Cùm ecclesiam de Buttenburch in manibus nostris liberè teneremus, eamdem ecclesiam cum tertio manipulo, & cum duabus appendiciis, capellis sancti videlicet Dionysij & *Paruisi*, cum omnibus pertinentiis, ad opus Canonicorum, secundùm regulã B. Augustini ibidem Deo famulantium, liberam

liberam ab omni exactione manere concessimus. Possessiones etiam, quas inpræsentiarum possidere videtur, eidem ecclesiæ confirmamus, scilicet LX. mensuras terræ, quas Theodericus, filius Folpoldi, iure feodi tenuerat, quasque Flandriæ Comiti Carolo ab ipso redditas, ipse quoque Comes præfatæ ecclesiæ liberas manu propria donauit: viginti quoque & quinque mensuras, quas Hadaloga & Eustachius filius eius S. Nicolao dederunt, & quinque mensuras, quas Præpositus Arnoldus & cæteri fratres VVatinienſis ecclesiæ, X. etiam mensuras terræ, quas Rodulphus Hecra dederunt. Actum est hoc Furnis anno millesimo centesimo vicesimo, Indictione XIII. XII. Kalendas Iulij, 1120.
sub testimonio idoneorum testium, Helberti & VValteri Archidiaconorum, Ernuldi VVatinienſis, VVilhelmi Iprensis, Hugonis Euersamensis, Gerardi Loensis, Præpositorum, Alani Furnensis, Hugonis Casletensis, Decanorum.

Calixtus II. *Papa possessiones eiusdem Abbatiæ in tutelam suscipit an.* 1124.

Calixtus Episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis Nicolao Abbati & fratribus ecclesiæ S. Nicolai de *Buttenburch.* Dilecti in Christo filij, interuenientibus quoque venerabilis fratris nostri Ioannis Morinensis Episcopi precibus, petitiones vestras clementer admittimus, & vitæ canonicæ ordine, quem secundùm B. Augustini regulam in vestra ecclesia professi estis, auctoritate Sedis Apostolicæ confirmantes, monasterium vestrum, cum omnibus appenditiis suis, in patrocinium B. Petri nostramque protectionem suscipimus. Datum Laterani, per manum Aimerici, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi Cardinalis & Cancellarij, VIII. Kalendas Decembris, Indictione III. anno millesimo centesimo vicesimo quarto, pontificatus autem domini Ca- 1124.
lixti II. Papæ anno VI.

Milo

Milo Morinensis Episcopus eidem cœnobio Furnensi concedit immunitatis priuilegium, an. 1135.

Ego Milo Morinorum Episcopus dilectis in Christo filijs, fratribus vniuersis, in monasterio S. Nicolai de *Butenburch* canonicam vitam professis. Dilecti in Christo filij, vobis ac successoribus vestris ecclesiam B. Nicolai, cum tertio manipulo, & cum duabus appenditiis, capellis sancti videlicet Dionysij & *Paruise*, cum omnibus pertinentiis, ad exemplar prædecessoris nostri Ioannis Morinorum Episcopi, ab omni exactione immunem manere concedimus. Actum est hoc anno
1135. millesimo centesimo tricesimo quinto, Indictione XIII. coram his testibus, Philippo Archidiacono, Henrico Abbate de Lisches, Gozelino Decano, Gerbodone Cantore, & Roberto de Abbatis-Villa.

CAPVT CXXXIII

Iura monasterij Blandinensis confirmantur à Carolo Bono Flandriæ Comite, an. 1120.

CArolus Dei gratia Comes Flandriæ, & filius Regis Daciæ, vniuersis ecclesiæ filiis. Cùm diuina Prouidentia, in cuius manu sunt omnium potestates & iura regnorum, post decessum inclyti Comitis Balduini, nepotis mei, in principatum Flandriæ me sublimasset, venerabilis & dilectus Arnoldus Abbas S. Petri....

Signum Caroli Comitis, S. Sigeri Castellani, S. Balduini de Alost.

1120. Actum Gandaui anno Domini millesimo centesimo vicesimo, anno principatus nostri primo.

Idem

Idem Carolus Comes prædia Abbatiæ S. VVinnoci Bergensis confirmat, an. 1121.

Ego Carolus Flandrensis Comes illam libertatem, quam Balduinus Comes quondã ecclesiæ B. VVinnoci donauit, & quidquid ego postmodum eidem ecclesiæ contuli, precibus Hermetis Abbatis, & fratrum id ipsum postulantium annuens, iteratò concedo, & præsentis priuilegij munimine confirmo. Concedo præterea dictæ ecclesiæ totam decimam de Ghiuelda, totam de Sourcota, totam de Oxhem, totam de Coudekerca, totam de Dunkerka, totam de Sintonis, totam de Mardic, totam de Spicris, totam de Erembaldi capella, totam de VVarheem, totam de Ipra, totam de VVormhout, & duas partes totius decimæ de Oudingesela, duas partes de Vohtingesele, duas de Vilsingesele, duas de Schocas, duas de Crochten, duas de Stenis, duas de Bieren, duas de Tetingeem, duas de Kilheem, duas de Houtkerca, duas de Snellegenkercke. Hæc acta sunt apud Casletum, anno millesimo centesimo vicesimo primo. Huic donationi testes interfuerunt, 1121.
Thomardus Castellanus de Borburgh, VValterus filius eius, Froulfus Castellanus Bergensis, VValterus de Locris, Isaac de Formisela, Florentius Castellanus, Simon Rufus.

Burchardus Cameracensis Episcopus benefacit Canonicis Aquisgranensis ecclesiæ B. Mariæ, an. 1122.

Burchardus Dei gratia Cameracensis Episcopus. Notum sit omnibus Christi fidelibus, qualiter interuentu Henrici IV. Romanorum Imperatoris, altaria in parochia Cameracensi sita, in villis Filfurt, Rench & Kuiuei, ad præbendam Canonicorum Aquensium pertinentia, in perpetuum libera à Persona permanere concessi. Actum anno M.C.XXII. Indictione XV. præsulatus mei anno VII. 1122.
pag. 34.
Ego VVerembaldus Cancellarius scripsi & subscripsi.

Campi veteris monasterium, ord. Cistertiensis, prope Rhenobercam diœcesis Colonienſis opidum, an. 1122. *fundatur ac dotatur à Frederico A. Colonienſi.*

Fredericus Dei gratia Archiepiſcopus ſanctæ Colonienſis eccleſiæ.. Accito fratre *Arnulpho*, viro religioſo, qui quondã noſtræ matris vbere lactatus in virilis iam animi robur euaſerat, contemptoque mundi flore Morimundenſi eccleſiæ præerat, inter cetera vt aliquos de grege ſibi credito, ſuæque profeſſionis monachos ad nos transferret, petiuimus & impetrauimus. Quos adductos in loco ſolitario, qui *Campus* vulgò dicitur, collocauimus: quibus etiam ſuiſque ſucceſſoribus B. Benedicti regulam pari ordine, id eſt, ſecundùm inſtituta Ciſtertienſium, ſeruantibus, locum prædictum tam à curia noſtra in *Berke*, ad quam pertinere videbatur, quàm incolis eiuſdem loci abſolutũ, cum omni decimatione & vtilitate conceſſimus & tradidimus.

Camp.

Euſtathius III. *Comes Bolonienſis, Godefridi Bullonij frater, terram Merckenſem, qua ad S. Bertini monaſterium pertinet, ab omni exactione liberam facit,* ANNO 1122.

Ego Euſtathius, Dei gratia Bononienſis Comes, notum facio quibuſlibet, ad ſalutẽ animæ meæ, nec non patris mei Comitis Euſtathij, matriſque meæ Idę Comitiſſæ, & fratrum meorum Godefridi Ieroſolymitani Regis, atque Baldevvini, qui ei in regno ſucceſſit, terram, quam beatus Bertinus infra miniſterium de *Merck* poſſidet, à Comitatu & omnimoda conſuetudine, nec non ab omni exactione liberam feciſſe. Huius autem libertatis conceſſio facta eſt à me Euſtathio apud Capellam, poſt reditum meum ab Ieroſolymis anno xx. Dominicæ autem incarnationis milleſimo centeſimo xxii. Indictione xv. regnante Ludouico Rege in Francia, nec non Danenſe Karolo Marchionatum adminiſtrante in Flandria; præſente Ioanne Morinorum Epiſcopo, & aliis teſtibus.

pag. 201.

1122.

S. Euſta-

S. Eustathij Comitis, S. Ioannis Episcopi Morinorum,
S. Lamberti Ab. S. Bertini, S. Balduini Abbatis S. VVolmari,
S. Rainaldi Ab. Andernensis, S. Mangerij Abbatis de Capella,
S. Alulfi Cancellarij, S. Rodulfi filij Comitis Eustathij,
S. Eustathij Vicecomitis, S. Balduini Conestabilis.

Ioannes Morinensis Episcopus prædia monasterio Andrensi à Balduino Comite Gisnensi, eiusq. filiis donata corroborat, an. 1122.

Ego Ioannes, Dei gratia Teruanensium Episcopus, notum fieri volo, Balduinum piæ memoriæ Comitem Gisnensem, vxoremque eius Athelam, quoddam cœnobium monachorum, in loco *Andernes* dicto, in honore S. Saluatoris sanctæque Rotrudis construxisse, annuente Rodberto seniore Flandrensi Comite, filiisque eius Rodberto atque Philippo. Quod quia tam sua quàm aliorum munificentia augmentari voluit, nos postulationi Rainaldi secundi Abbatis eiusdem cœnobij assensum præbentes, cuncta quæ eidem cœnobio, tam à prædecessore nostro Gerardo, quàm à nobis vel à supradicto Comite Balduino, filiisque eius Manasse, Fulcone, Hugone, VVidone, aliisque fidelibus data vel danda sunt, eiusdem ecclesiæ Abbatibus & monachis perpetuò possidenda corroboramus. Actum Taruennæ anno M. C. XXII. regnante in Francia Ludouico Philippi Regis filio, in Flandria verò principante Karolo; his testibus: pag. 219. 1122.

Gocelino Decano Teruanensi, Guncelino Decano S. Audomari,
Meingero Abbate de Capella, Ingelberto Abbate S. Ioannis.

CAPVT CXXXIV.

Anſelmo Abbate & Chronographo Gemblacenſi procurante, in Monte S. Guiberti baſilica ædificatur, & locus ille priuilegiis donatur à God. Barbato Brabantiæ Duce, an. 1123.

GOdefridus gratia Dei Comes Louanienſis, Dux Lotharienſis, omnibus veritatis amicis. Sit notum vobis, quia diebus meis & Anſelmi Gemblacenſis Abbatis, iuxta villam quæ *Belrius* dicitur, erat locus, qui nunc Mons S. Guiberti cognominatur. Mons quidem incultus, ſed munitioni aptus, prædium Gemblacenſis eccleſiæ erat, & eccleſia, quæ in eo fuerat, iam multo tempore deſtructa erat. Abbas & monachi timentes, ne iniuſtus peruaſor locum inuaderet, & munitione ædificata vicinos, & maximè familiam eccleſiæ affligeret, habito mecum conſilio, feria quarta Paſchæ, feretrum S. Guiberti cum reliquiis illuc deportauerunt, & Deo cooperante, & per B. Guibertum infirmis multam ſanitatum gratiam largiente, eccleſiam, vt cernitur hodie, ædificauerunt, multo ſumptu & labore. Cumque multi illuc conuenirent, & ad habitandum ſibi domos conſtruerent, iterum habito conſilio cum ſupradicto Abbate & familia eccleſiæ, decreui vt locus ille cum opido Gemblacenſi ius legale & conſuetudinarium in omnibus haberet. Quamuis autem ego, ſicut & anteceſſores mei, per manum Imperatoris ſim conſtitutus Aduocatus Gemblacenſis cœnobij, tamen vt omnimodò eſſet rata mea conſtitutio, adhibita eſt etiam Leodicenſis Epiſcopi confirmatio. Actum anno milleſimo
1123. centeſimo viceſimo tertio, Indictione prima, Epacta viceſima ſecunda, domino Alberone primo huius nominis Leodicenſium Epiſcopo.

Carolus

Carolus Bonus, Flandriæ Comes, prædia monasterij Loensis, in diœcesi Iprensi, confirmat an. 1123.

Ego Carolus, nepos Rotberti Comitis, filij Rotberti Marchionis cognomento Frisonis, quidquid Philippus cum fratre suo Rotberto Flandrensium Comite, Loensi ecclesiæ S. Petri contulit, non solùm *pag.* 237. benè gesta laudaui, verùm etiam pro posse meo ampliaui. Ad hujus ergò doni confirmationem nepotem meum Wilhelmum, Philippi filium, inuito. Etiam sciant omnes, quia ambo concedimus, & sigillorum nostrorum impressione munimus, coram subtitulatis testibus;

Ioanne Morinorum Pontifice, Hilfrido Iprensi Præposito,
Adam Formiselensi Præposito, Odgero Audomarensi Præposito,
Hugone Casletensi Decano, Daniele de Tenremonde,
Wilhelmo de Boulara, Waltero de Tornaco,
Waltero filio Alardi, Gerardo Camerario,
Riguardo Nudo de Walnes, Tietbaldo Iprensi Castellano,
Soero & Fromoldo fratre eius, de Ipra,
Isaac Formiselensi, Waltero de Locra,
Lamberto de Rinenghelles, Widone de Steinfort,
Albrico de Wathevva, Goiffrido de Casleto, Volcrano de Lãperneſſa,
Riquardo Pal de Furnes, & Stephano filio eius.

Actum est hoc anno millesimo centesimo vicesimo tertio, Indictione prima, temporibus domini Calixti II. Papæ, Radulfi Remensis Archiepiscopi, Ioannis Morinorum Pontificis, ac Gerardi Loensis ecclesiæ S. Petri quinti Præpositi, regnante Ludouico Francorum Rege, & procurante Flandriam Karolo Marchione. 1123.

Henniacensis ecclesia, quæ est hodie Canonicorum regularium Abbatia, in diœcesi Atrebatensi, à sæculari potestate liberatur, an. 1123. per Carolum Bonum Flandriæ Comitem.

Ego Karolus, Dei gratia Flandrensium Comes, notifico omnibus quòd Balduinus Dapifer meus, & Balduinus filius Lethardi, & vxor eius Gerberga, concessione Arnulphi de Arda, ecclesiam S. Martini
Hennin. de Henniaco, quæ hactenus sub eorũ potestate quasi ancilla lugebat, diuino instinctu inspirati, ab omni sæculari potestate liberam fecerunt, eamque Deo & S. Martino, ac Stephano eiusdem ecclesiæ Abbati, eiusque successoribus, ibidem Deo secundùm regulam B. Augustini & instituta ecclesiæ S. Nicolai de Aridagamantia victuris, disponendam & ordinandam liberè reddiderunt. Huius confirmationis testes sunt. Robertus Aduocatus, Guillermus filius eius, Guillermus nepos præfati Comitis. Hæc charta data est apud Atrebatum à præfato
1123. Comite, III. Idus Decembris, anno M. C. XXIII.

CAPVT CXXXV.

Canonici Antuerpienses S. Norberto, ord. Præmonstratensis fundatori, S. Michaëlis ecclesiam an. 1124. donant, & migrant ad basilicam S. Mariæ, quæ nunc est cathedralis.

EGo Hildolphus, Præpositus S. Michaëlis in Antwerpia, tam futuris quàm præsentibus in perpetuum. Qualiter prædicta ecclesia nostra ad vsus Canonicorum Præmonstratensis ordinis transierit, & qua de caussa assensus Capituli nostri eis datus fuerit, præsentis scripti attestatione notificamus. Cùm in diebus nostris quidam *Tanchelinus* nomine in partibus nostris aduenisset, & venenoso sermone à fide & à Sacramentis Ecclesiæ plurimos auertisset, hac de caussa vt illa hæresis, quæ prouinciam nostram occupauerat, funditus exstingueretur, consilio

filio domini Burchardi Episcopi & totius populi, & assensu Capituli nostri, dominum NORBERTVM, virum nostris temporibus spectabilis religionis, accersiri curauimus, eique ac suis fratribus regulam B. Augustini seruantibus, suamque institutionem exequentibus, supradictam ecclesiam, cum capellis in eius cœmeterio fundatis, & tribus curtilibus & iugero terræ, eidem cœmeterio adiacentibus, cum quattuor præbendis, per manus memorati Episcopi tradidimus; dignè perpendentes, quòd eorum saginaremur orationibus & bonis spiritualibus, si eos sustentaremus beneficiis temporalibus. Nos verò priùs numero duodecim, numerũ nostrum in octo terminauimus præbendis, & cum his & Præposituræ nostræ integritate ad ecclesiam B. Mariæ in eadem villa transtulimus. Ceteras verò quattuor præbendas, per omnia eis consimiliter participantes, proprio nostro arbitrio dedimus. Excepto quòd alodia & mancipia, quæ vsque ad hæc tempora ecclesia illa possederat, in nostros singulariter vsus segregauimus. Vt autem hæc rata & inconuulsa permaneant, sigilli nostri impressione, & testium subscriptione, qui interfuerunt & hoc donum dederunt, annotari curauimus. *S. Norbertus.*

Ego Hildolphus Præpositus S. Mariæ, Anselmus Canonicus,
Bernardus Canonicus, Giselbertus Boreas,
Raduardus Canonicus, Ouo Canonicus,
Raduardus scriptor, Rogerius Canonicus,
Hildeuuinus Parochianus.

Actum autem est hoc anno Verbi incarnati millesimo centesimo vicesimo quarto, Indictione secunda, epacta tertia. 1124.

Burchardus Cameracensis Episcopus ecclesiam Antuerpiensem libertate donat, & approbat Canonicorum migrationem ex templo S. Michaëlis ad basilicam S. Mariæ, an. 1124.

Burchardus Cameracensium Episcopus tam futuris quàm præsentibus in perpetuum. Antwerpensem ecclesiam qualiter ad vsus XII. Canonicorum libertate donauimus, & postmodum ad altius per diuinam inspirationem sublimauimus, præsentis paginæ attestatione notifi-

notificamus. Sanè prioris fundationis & libertatis priuilegium huiusmodi est. Ecclesiis quibus præsumus in posterum prouidentes, petitione domini Godefridi Lotharingiæ Ducis, ecclesiam S. Michaëlis, quæ est Antwerpiæ, hactenus vnius personæ inuestitione, & parochialis presbyteri seruitio contentam, cum appendiciis suis, capella scilicet S. VValburgis, quæ est in eodem burgo, & capella de *Linlo*, & *Berendrecht*, & *Ortheren*, & omnibus quæ infra ambitum præfatæ parochiæ continentur, ad vsus Canonicorum, in eadem seruientium, manumittimus. Eo quidem tenore, vt Præpositus cum XII. Canonicis ibidem in præsenti statuatur. Nos verò decernimus, vt à Canonicis Præpositus canonicè electus, nobisque seu successoribus nostris præsentatus, curam Canonicorum de manu nostra suscipiat, & nobis, more Præpositorum præfatæ Cameracensis ecclesiæ, debitam obedientiam impendat.

Lillo. *Orderen.*

Vt autem libertate à nobis tradita Canonici inibi substitui possent, præfatus Dux duas partes manipulorum decimæ, quæ ad Antvverpiã & eius ambitum pertinent, quas à prædecessore suo illustris memoriæ GODEFRIDO Duce, & postea Ierosolymitano Rege, S. Michaëlis ecclesiæ traditas minùs iustè subtraxerat, eidem ecclesiæ recognouit & concessit, & vt nostri decreti auctoritate firmarentur, impetrauit. Euoluto autem non multo tempore clerici præfatæ ecclesiæ S. Michaëlis, perpendentes quòd eos, quorum sustentarentur spiritualibus, saginare deberent carnalibus (nam eos hæresiarchæ *Tankelini* venenosus sermo infecerat) ad se fratrem NORBERTVM, virum nostris temporibus spectabilis religionis, accersiri curauerunt, eiúque ac suis fratribus regulam B. Augustini seruantibus, suamque institutionem exequentibus, per nostras manus ecclesiam supradictam, quam à nobis susceperant, cum capellis in eius cœmeterio fundatis, & tribus curtilibus & iugero terræ, eidem cœmeterio adiacentibus, contradiderunt. Ipsi verò priùs numero duodecim, numerum suum in octo terminarunt, & se cum octo præbendis, & Præposituræ suæ integritate, ad ecclesiam B. Mariæ transtulerunt. Reliquas verò quattuor præbendas, per omnia suis consimiliter participantes, sub nostræ auctoritatis confirmatione tradiderunt: excepto quòd alodia & mancipia, quæ vsque ad hæc tempora ecclesia illa possederat, in suos vsus singulariter segregauerunt. Vtramque igitur ecclesiam integra & parili libertate

God. Bullonius.

S. Norbertus.

donã-

donamus: pro commemoratione verò suæ libertatis, vtraque ecclesia persoluet Cameracensi Præsuli aureum nummũ Antvverpiensis monetæ & ponderis, singulis annis in festo S. Lucæ.

S. Erlebaldi Præpositi, S. Ioannis Archid. S. Radulfi Archid.
S. Anselmi Archidiaconi, S. Anselmi Præpositi,
S. Widonis, S. Roberti, S. Gerardi Capellani,
S. Oilardi Decani, SS. Hugonis, Heriberti, Canonicorum.

Actum est hoc anno millesimo centesimo vicesimo quarto, Indictione 11. epacta 111. præsulatus domini Burchardi 1x. 1124.

Ego Werimbaldus Cancellarius scripsi & recensui.

Godefridus Barbatus, Loth. Brabantiæq; Dux & Marchio Antuerpiensis, decimas à Godefrido Bullonio, prædecessore suo, Antuerpiensi Canonicorum collegio datas, & post ablatas, eidem collegio restituit an. 1124.

Godefridus, Dei gratia Lotharingiæ Dux & Marchio, B. Tribuno, & omnibus Antwerpiensibus, tam maioribus quàm minoribus, gratiam & amicitiam suam. Decimam duorum manipulorum ecclesiæ archangeli Michaëlis, quam dominus & prædecessor meus beatæ memoriæ Dux GODEFRIDVS & postea Rex Ierosolymitanorum ab Imperatore liberè in feudo tenuit, hortatu fidelium virorum, tam clericorum quàm laicorum, præcipuè instinctu diuini amoris, præfatæ ecclesiæ, ad vsus Canonicorum inibi seruientiũ, contulit. Quod etiam multis ex vobis notum est. Quo defuncto, cùm Dux HENRICVS Ducatum obtineret, quorumdam susurronum oblatratu, eamdem decimam ab ecclesia iniustè surripuit. Cùm verò diuina miseratione Ducatui præessem, & hanc in potestate mea inuenissem, quibusdam amicis meis habendam tradidi. Sed cùm multis & creberrimis Canonicorum querimoniis concuterer, tandem consilio accepto, ecclesiæ recognoui & concessi, Deo & vobis sic existimans satisfacere. Precor igitur vos tam homines quàm amicos meos, B. Tribunum, & fratres eius, O. filium, Titdon, Wildbodon, & ceteros quosque amicos meos, quatenus ecclesiæ, contra malefactores suos, iustitiam conseruetis, & eam tam in decima, quàm in alodio, in seruis & ancillis, & ad omnem Canonicorum querimoniam, mei causſa, fideliter iuuetis. Valete. *God. Bulonius.* *Henricus Limburg. pag. 260.*

VValterus de Trudeneris, vir nobilis, monasterio S. Laurentij Leodicensis dat prædium suum Auernense, in Comitatu Steppensi: quam donationem suis litteris confirmat Albero Leodicensis Episcopus an. 1124.

Ego Albero, gratia Dei Leodiensis Episcopus, notum facio præsentibus & futuris, quia VValterus de Trudeneris, liber homo, prædium quod habebat in minori Auernas in Comitatu de Steps, tradidit ad altare B. Laurentij cum omnibus appenditiis suis. Aduocatiam verò ipsius prædij liberam reliquit in manu Leodiensis Episcopi, vt ei soli de omni iniustitia reclamet ecclesia S. Laurentij, & vt nunquam eamdem Aduocatiam in beneficium det alicui. Nam in pretium redemptionis animæ suæ ipsum alodium Deo & S. Laurentio obtulit, & ideo Leodiensem Episcopum Aduocatum ibi esse voluit, qui specialis pastor erat ipsius VValteri, tamquam liberi hominis, sicut & ceterorum liberorum hominum principatus proprij. Testes fuerunt Archidiaconi omnes, Andreas Præpositus, Henricus Decanus, & alij multi ex clero S. Lamberti. De nobilibus viris,

Godefredus Comes Namucensis, Arnulfus Comes Lossensis,
Gisbertus Co. de Duras, Lambertus Co. de Monte acuto,
VVigerus Aduocatus, VVillelmus de Lossez,
Godeschalcus de Mereleuers, frater eiusdem VValteri, & alij multi de familia ecclesiæ,
Theodericus de Ponte, VVidericus de Prato, Auelinus,
Lambertus de Hoyo, & Arnulphus frater eius,
Albertus de Villier, & Theodericus frater eius.

1124. Actum Leodij anno millesimo centesimo vicesimo quarto, Indictione 1. regnante Henrico V. anno regni eius XVII.

CAPVT

CAPVT CXXXVI.

Godefridus Barbatus, Lotharingiæ Brabantiæq; Dux & Comes Louanienſis, fundat Fliderbecanam Benedictinorum Abbatiam, prope Louanium, an. 1125.

EGo Godefridus, Dei ordinatione Dux & Marchio Lotharingiæ, atque Comes Louaniæ, omnibus fidelibus cæleſtes mercari diuitias. Locum quemdam Fliderbeca appellatum, ab omni poteſtate tam mea quàm eccleſiæ Louanienſis liberum, B. Petro Haffligemienſis eccleſiæ cum omnibus pertinentiis ſuis liberè tradidi; vt Abbas Haffligemienſis cellam ibi exſtrueret, & monachos poneret, qui die noctuque pro mea meorumque ſalute Deo ſupplicarent. Vt autem firma concordia inter clericos & monachos inuiolabiliter perſeueret, decretum eſt ne altera pars quidquam, quod iuris ſit alterius partis, ſibi vſurpet. Aduocatus verò loci erit, quicumque Louaniæ Comes fuerit; qui Aduocatum alium pro ſe numquam conſtituet, nec de Aduocatia illa aliud beneficium exiget aut recipiet, niſi deuotas à fratribus orationes, & æternam à Chriſto remunerationem. Præterea omnem vſum tam in ſiluis, quàm in paſcuis & aquis, fratribus libenter annui, & vt à teloneo, & omni huiuſmodi exactione, in omni loco mei iuris, perpetuò ſint liberi. *Vlirbeke.*

S. Menzonis Decani, S. Richeſonis Scholaſtici, S. Euerardi,
S. Ioannis & Henrici de Mierbeke, S. Henrici de Landen,
S. VVilhelmi de Becheuoort, S. Arnulfi de Oppendorp.

Actum eſt hoc Louaniæ anno milleſimo centeſimo viceſimo quinto, Indictione III. 1125.

Balduinus Craſſus, Comes Aloſtanus, eiuſq; frater Iuanus, dotant Affligemienſe monaſterium, an. 1125.

Ego Balduinus de Aloſt, & frater meus Iuuan, notum fieri volumus, quòd reddidimus eccleſiam de Herenbaldeghem in manus Epiſcopi, ad opus eccleſiæ Affligemenſi. Dedimus etiam eidem eccleſiæ Affligemenſi duo curtilia in Herenbaldeghem, ac duos manſos terræ, qui iacent ante portam ipſius: qui manſi quoniam feodum erant Lothevvini de Herenbaldeghem, filij Liuini, mutauimus vnà cum curtilibus erga illum cum libero alodio culturæ noſtræ. Reddidimus præterea molendina de Herenbaldeghem, quæ mater noſtra pro anima patris noſtri ſæpefatæ eccleſiæ contulerat. Inſuper alodium noſtrum in Teſtrepa, quod necdum alicui in feodum aſſignaueramus, eidem eccleſiæ contulimus. Vt autem hæc noſtra traditio rata perpetualiter permaneat, hanc chartam inde conſcriptam ſigilli noſtri impreſſione fecimus confirmari, ſubſcriptis etiam teſtibus, quorum hæc ſunt nomina:

VVillelmus de Vorſelar, Goſelinus de Ordengem, Folcardus de Aſca,
Albertus de Herenbaldenghem, Arnulfus Kerkeſcem,
Rudolfus de Nielle, filius Fromini, Anſelmus de Blaresfelde,
Aſcelinus Amman de Bruxella, & filius ſuus Henricus,
Arnulfus ac Ingelbertus de Breda, Henricus Vulpes,
VVillelmus de Aloſt Dapifer, Oldeius & frater ſuus Luardus, Gandenſes.

1125. Acta ſunt hæc anno M. C. XXV.

Arnulfus

Arnulfus Comes Arſchotanus, cùm Ioannem filium ſuum in monaſterio Affligemienſi collocaſſet, vicum Buggenhoudt eidem monaſterio an. 1125. *donauit; adſentientibus filiis ſuis Godefrido & Arnulfo,*

Ego Godefridus, Dei gratia Dux Lotharingiæ & Marchio, omnibus Chriſti fidelibus. Quoniam auctore Deo Haffligemenſem eccleſiam tam à me quàm à fratre meo Comite HENRICO fundatam ſcio, *pag.* 222. quieti in ipſa eccleſia Deo famulantium modis omnibus prouidere debeo. Vnde notum eſſe volo tam futuris quàm præſentibus, qualiter Arnulfus Comes de *Aderſchot*, cum duobus filiis ſuis, Godefrido & Arnulfo, in curia mea Louaniæ venit, & ad id, quod acturus erat, magnam hominum meorum multitudinem, liberorum, ſeruorum conuocauit. Præfatus igitur Comes Arnulfus quidquid apud *Buckenhoult* habebat in terris, ſiluis, aquis & paſcuis, cum omni decima & vtilitate, ad opus Haffligemenſis eccleſię, in qua Ioannem filium ſuum iam monachum fecerat, adſentientibus & ſimul dantibus filiis, mihi liberaliter in manu dedit, coram hominibus & Baronibus meis, qui præſentes erant. Teſtes,

Arnulfus de Grimbergis, Gerardus frater eius,
Filij Comitis Arnulfi, Godefridus & Arnulfus,
Worvvinus de Heuerle, & Reinerus filius eius,
Sigerus de Wauera, Henricus de Bierbais,
Henricus Loppoum, Henricus de Aſca, Euſtathius de Tieſch,
Arnulfus Dapifer, Arnulfus de Fitorch, Franco Caſtellanus,
Franco de Scluſa, Alardus de Balterzem.

Acta ſunt hæc anno milleſimo centeſimo viceſimo quinto, Indictione III. Epacta XIV. regnante Lothario Romanorum Imperatore. 1125.

S. Foillani cœnobium an. 1125. incohatur, prope Rodium Hannoniæ opidum, Burchardo Cameracensi Episcopo dotante: quod cœnobium Præmonstratenses hodie possident.

Burchardus, permissione diuina Episcopus Cameracensis, dono ad
Reux. augmentum cultus diuini in sacello de *Senophe*, sito in loco martyrij S. Foillani, altaria de Strepy, Sereffle, Espinon, Mignan, de Crois, Warlers, Derkenne & Trunere, vt ex ijs viuere possint fratres, è Fossensi ecclesia sumpti. Et si contingat locum hunc ad Abbatialem dignitatem euehi, volo vt Abbas canonicè electus pastorale pedum deferat ad Capitulum ecclesiæ Fossensis, & soluat quotannis eidem Capitulo denarium aureum vnum, aut denarios argenteos XII. Datum in
1125. *Senophe*, anno millesimo centesimo vicesimo quinto.

Carolus Bonus Flandriæ Comes prædia, monasterio Andrensi à Balduino Gisnensi Comite & aliis concessa, approbat circa an. 1125.

Ego Karolus, Dei miseratione Flandrensiũ Comes, ecclesiæ S. Saluatoris, à Gisnensium Comite Balduino, eiusque coniuge Athela, in loco Andernes dicto, ad vtilitatem monachorum ædificatæ, nostræ tuitionis munimentum adhibemus, & vniuersa quæ tam à supradicto Comite, quàm à successore eius Manasse, seu eorum Baronibus, seu quibuslibet fidelibus, eidem loco data vel danda sunt, vnà cum vxore mea, libera perpetuò eiusdẽ cœnobij monachis possidenda concedimus. Et quoniam annuentibus prædecessoribus meis, Rodberto scilicet seniore, filiisque eius Rodberto atque Philippo, ædificatum, & postea à Balduino nepote meo idem monasterium honorificatum est, ideo concedimus, vt qui in toto Comitatu Flandrensi aliquid pro eleëmosyna offerre ibidem voluerit, absque cuiuslibet contradictione id tribuat.

CAPVT

CAPVT CXXXVII.

Oda Niuellenſis Abbatiſſa benefacit eidem eccleſiæ anno 1126.

EGo Oda Niuellenſis Abbatiſſa rebus eccleſiæ, quas minùs cauta prædeceſſorum circumſpectio turbauerat vel neglexerat, neceſſarium duxi fideliter conſulere.

Congregatio Liniacenſem eccleſiam, à multis Abbatiſſis ad meum vſque tempus quoquo modo poſſeſſam, frequenter in præſentia Cæſaris, frequentiùs in Leodienſi audientia proclamatam repetebat. Ad huius ſui iuris comprobationem, Henrici quarti Imperatoris decretale præceptum, de ſuarum rerum diſtinctione in eccleſia habitum exhibebant, à prædeceſſoribus tamen neſcio qua intentione occultatum. Super his omnibus fideli vſa conſilio, præfatam eccleſiam Congregationi vt verè ſuam recognoui & reddidi; eo videlicet tenore, vt eiuſdem eccleſiæ vniuerſi reditus, in meo anniuerſario, fratrum & ſororum commodis abſolutè famulentur. Quod vt inconcuſſum defendatur, ſigillo domini Alberonis Leodienſis Epiſcopi imprimi impetrauimus. Actum eſt 11. Kalendas Martij, anno incarnationis Domini milleſimo centeſimo vigeſimo ſexto, Indictione quarta, regnante domino Lothario tertio; teſtibus fratribus ſanctæ Leodienſis eccleſiæ, domino Andrea Præpoſito, Alexandro, Iohanne, Steppone, Elberto Archidiaconis, Arnulfo, Reimbaldo, Anſelmo Præpoſitis, noſtræ autem congregationis Hermanno Præpoſito, Rothardo Decano, Gozolone, Ansfrido, presbyteris, Machtilde Præpoſita, Beatrice Decana, Ementruda Magiſtra. 1126.

VVarne-

VVarneſtonenſem Canonicorum S. Petri eccleſiam (quæ nunc eſt Abbatia regularium in diœceſi Iprenſi) Athelidis ſeu Adelidis, Peronæ & VVarneſtonij Domina, eiuſq; frater Odo, an. 1126. dotant, maiorum ſuorum exemplo.

Ego Athelidis, Peronenſium & Garneſtonenſium Domina, ea quæ prædeceſſores mei eccleſiæ S. Petri de Garneſton, ad vſus Canonicorũ Deo & B. Petro ibidem ſeruientium, contulerunt, inſuper & ea, quæ ego & frater meus Odo præfatæ eccleſiæ largiti ſumus, liberè tenenda
VVaeſten. in perpetuum concedo; duas partes decimæ totius villæ de *Garneſton*, XL. ſolidos de teloneo, maheriam præfatæ villæ, & terram Almari, & ceteras poſſeſſiones eccleſiæ, familiã quoque Beſcelæ, & ipſam Beſcelam, quam præfatus frater meus Odo eidẽ eccleſiæ dederat. Similiter in perpetuum concedo Gerbodonem filium ipſius Beſcelæ, Mathildẽ ſororem eius, filium ipſius Mathildis Andreã, & filiam eius Iulianam, Heliſabeth, Suſannam, Ogiuam quoque filiam ipſius Beſcelæ, & filios & filias eius, Galterum, Alardum, Willelmum, Mathildem & filiam eius Ogiuam, Agnetem, Anxiliam, Hellemiridem, filios quoque Gerbodonis & filias, Remigium, Melianam, Heillevvidim, Immam. Hæc autem familia, & ex ea deſcendentes, in Paſſione Apoſtolorum Petri & Pauli, duo nummos Canonicis perſoluent, & quando nuptias contrahent, duodecim nummos, ſimiliter & in morte duodecim. Hæc autẽ omnia vt firma permaneant, ſigilli noſtri impreſſione ſignamus, & his teſtibus corroboramus.

Sigerus Canonicus eiuſdem loci, Odo ſacerdos & Canonicus S. Leodegarij, Alardus de Garneſton, Odo Cameracenſis, Galterus Scheidel, Anſellus, Hugo filius Richeri, Robertus Præpoſitus, Iſaac, Haimericus & filius eius Gerardus, & complures alij: præterea tota
1126. familia dominæ Athelidis. Actum eſt autem anno milleſimo centeſimo viceſimo ſexto.

S. Medar-

S. Medardi olim, nunc S. Nicolai de pratis, Abbatia Canonicorum regularium Tornaci instituitur à Simone Episcopo, anno 1126.

Simon, Dei gratia Tornacensis ecclesiæ humilis minister, omnibus piæ religionis amatoribus. Sanè S. Medardi ecclesiam, sitam in suburbio Tornacensi, Canonici S. Mariæ ex antiquo iure de canonica possessione tenebant. Quam ex eorum petitione liberam facientes, eisdem à nobis exigentibus, in ea canonicæ vitæ Abbatem & regularis disciplinæ personas, ad seruiendum Deo sub regula S. Augustini, constituimus. Te igitur, frater venerabilis Ogere, eidem ecclesiæ Abbatem præficientes, locum ipsum liberum, & quæcumque tuis siue successorum tuorum temporibus eidem loco iustè poterunt prouenire, episcopali sanctione firmamus. Actum Tornaci in Capitulo S. Marię anno millesimo centesimo vicesimo sexto, Indictione IV. regnante Rege Ludouico, episcopante domino Simone, Karolo Flandrensium marchiam tenente. 1126.

S. domini Simonis Episcopi, S. Henrici Decani,
S. Roberti Archidiaconi, S. Theodorici Præpositi,
S. Gisleberti, S. Arnulfi, Abbatũ. Ego Hugo Cancellarius scripsi.

CAPVT CXXXVIII.

Burchardus Cameracensis Episcopus Bruxellenses Canonicos dotat an. 1127. & 1129.

BVrchardus, Dei gratia, Cameracensis Episcopus altare de Ietrebecca, quod est dimidia ecclesia, saluis nostris & ministrorum nostrorum debitis, ecclesiæ, quæ est Bruxellæ in honore Dei genitricis & sanctæ Gudilæ, liberum assignamus: sic tamen vt Hospitalitiũ pauperum, quod in honore B. Mariæ & duodecim Apostolorum memoria ædificatum eidem ecclesiæ proximum est, reditus præfati altaris, omni exactione semota, solutis singulis annis in Natiuitate S. Ma- *Etterbeke.*

riæ XII. Bruxellensis monetæ denariis à præfata S. Gudilæ ecclesia, in perpetuum possideat.

1127. Actum anno millesimo centesimo vigesimo septimo, Indictione quarta, præsulatus domini Burchardi XI. Ego Guerimbaldus Cancellarius scripsi & recognoui.

VVezembeke. BVRCHARDVS, diuina miseratione, Cameracensis Episcopus altare de VVezembecca, omni parte liberum, ecclesiæ Michaëlis & S. Gudilæ Bruxellensis, ad refectionem pauperum in Hospitalitio S. Nicolai, quod eidem ecclesiæ adiacet, conuenientium, ita concedimus, quatenus annis singulis ecclesiæ B. Michaëlis de prædicto altari & à Prouisore præfati Hospitalis, in Natiuitate S. Mariæ, censum quatuordecim denariorum æternaliter obtineat. Fructus verò sæpè fati altaris, qui post census & debitorum obsoniorum persolutionem superfuerint, in prænominato Hospitali pauperum solatio, absque defraudatione, modis omnibus suppeditent.

1129. Actum anno millesimo centesimo vicesimo nono, Indictione VII.
*ob. 1130. præsulatus domini *Burchardi XIII.
Ego Guerimbaldus Cancellarius scripsi & recognoui.

Rainaldus Remensis Archiepiscopus castri Bullonensis beneficium cedit Alberoni Leodicensi Episcopo, an. 1127.

Notum sit omnibus, quid & quomodo de beneficio Remensis ecclesiæ, quod ad castellum, quod *Bullion* dicitur, pertinet, cum Alberone Leodiensi Episcopo statuimus. Ego Rainaldus, ecclesiæ Remensis indignus minister, beneficium quod Remensis ecclesiæ ab antiquo esse dignoscitur, quod etiam ad Bullionẽ pertinere nulli dubium est, Alberoni Leodiensiũ Episcopo & successoribus suis, conditione supposita, cõtradidi. Si ob aliquorum infestationem Remensi ecclesiæ ingruerit necessitas, Leodiensis Episcopus equitatum trecentorum militum singulis annis mihi vel meo ducet successori, si quadraginta dies antè præmonitus fuit. Hunc autem equitatum dominus Leodiensis suis expensis ducet vsque Mosonium: quò postquam peruenerit, Remensis ei, cum suis omnibus, & in progressu & in morando, & in reuertendo vsque Mosonium, victus necessaria prouidebit. Quia verò Leodiensis

Leodiensis Episcopus, aliorum more casatorum hominum, nobis facere non potuit hominium, octo de suis, quattuor videlicet de Castellanis de Bullon, Galterum scilicet de Bullon, Iugonem de Mirevvalt, Manassem de Hierge, Iugonem filium Lamberti, & quattuor de aliis casatis suis, Cuigerum Aduocatum, Galterum Castellanum de Hoio, Rainbaldum de Iupperi, Lambertum de Tienbeche, à quibus hominium suscepimus, nobis produxit.

Signum Odonis Abbatis S. Remigij,
S. Ioranni Abbatis S. Nicasij. S. Vrsionis Abb. S. Dionysij,
S. Ioffridi Decani. S. Leonis Cantoris,
De laicis: S. Henrici Casterhone, S. Blihardi de Hercreio,
S. Nicolai de Burgo, S. Radulphi de Radulphi curte,
S. Haimonis Castellani de Alto monte,
S. Balduini Dapiferi, S. Alberici Materanni.
De Leodiensibus: S. Alexandri Archidiaconi, S. Dodonis Archid.
S. Arnulfi Præpositi, S. Wilelmi Præpositi, S. Heinrici.
De laicis: S. Lamberti Comitis. S. Guidrici de VValecurte,
S. Guigeri Aduocati. S. Gualteri Huiensis.
S. Cuidrici Dapiferi. S. Lamberti. S. Arnulphi. S. Balduini.

Actum Remis anno millesimo centesimo vicesimo septimo, Indictione v. regnante Lodouico Francorum Rege anno quinto, Archiepiscopatus domini Rainaldi anno tertio. Fulcradus Cancellarius recognouit, scripsit & subscripsit. 1127.

NOTATIO.

MANASSES de Hierge:] cuius stemma fusè Guil. Tyrius lib. 12. De bello sacro cap. 1. explicat: de quo vide & infrà ad an. 1140.

Stemma Comitum Rethelensium, & Dominorum de Hierge in agro Leodicensi.



CAPVT CXXXIX.

Insulensis Canonicorum S. Petri ecclesiæ hospites seu vasallos ad subsidia pecuniaria in necessitate eidem præstanda teneri, declarant Barones terræ an. 1128.

EGo Ioannes, Dei gratia Morinensis Episcopus... Cùm Insulani cle- *pag.* 188.
rici, summa ecclesiæ suæ necessitate constricti, ab hospitibus ecclesiæ, more aliorum dominorum, auxilium postulassent, illi Comitem Flandriæ Guillelmum Normannum adierunt, & vt ipse clericis ne exigerent, & hospitibus ne clericis quidquam darent, prohiberet, effecerunt. Vnde clerici antiquam ecclesiæ suæ libertatem hac insolentia imminui posse formidantes, Francorum Regem Ludouicum & Remorum Archiepiscopum Raimundum, priuilegia Romanæ Ecclesiæ & auctoritatis regiæ secum deferentes, expetierunt: & vt hanc iniuriam ab ecclesia depellerent, implorarunt. Qui considerato priuilegiorum tenore, factum Comitis detestati, ei vt ab hoc iniusto grauamine desisteret scripserunt. Vnde die statuta cùm & nos, litteris Archiepiscopi inuitati, præsentes essemus, causla in vtriusque partis præsentia in medium deducta, communi Baronum terræ iudicio diffinitum est, clericos illos idem potestatis ius super hospites suos, quod alij Principes terræ super suos, habere. Comes itaque ratione & iudicio publicè conuictus ius ecclesiæ recognouit. Actum Insulæ, in conspectu ecclesiæ S. Petri, anno millesimo centesimo vicesimo octauo, 1128.
Indictione sexta, coram his testibus, Roberto Tornacensi Archidiacono & Præposito, Absalone S. Amandi Abbate, Roberto Betuniensi, Ingelberto de Pitingem, Galtero Tornacensi, Balduino Dapifero, Razone Pincerna, Rogero Islensi Castellano, Ostone de Falchemberga, Gilleberto Bergensi Castellano, & multis aliis. *pag.* 161.

Rainoldus Archiepiſcopus Remenſis poſſeſsiones Abbatiæ Henniacenſis enumerat ac confirmat, an. 1129.

Rainoldus Remenſis Archiepiſcopus dilecto filio Hugoni Henniacenſis eccleſiæ Abbati, & eius fratribus, in eadem S. Martini eccleſia canonicam vitam profeſſis. Vniuerſa ad eccleſiam veſtram pertinentia tam vobis quàm ſucceſſoribus veſtris in perpetuum confirmamus; altare videlicet S. Martini, cum altaribus Roeuillæ, Aſciouillæ, Billy, Montenſni, Borceoli,& curam animarum omnium hominum Henniaci manentium, prælationiſque & prædicationis officium. Confir-
Hennin mamus etiam eccleſiæ veſtræ viuarium Balduini, Lethardi filij, de
Lietard. Henniaco, quod eidem adiacet villæ, & curtilionē Radulphi de Bertricurte. Præſentis autem priuilegij decreto ſtatuimus, vt vos & ſucceſſores veſtri religiosè & abſque proprietate, ſecundùm regulam B. Auguſtini Epiſcopi,& inſtituta S.Nicolai de Aridagamantia,Domino
1129. in perpetuum ſeruiatis. Datum Remis, anno M. C. XXIX. Indictione VII.

Simon Tornacenſis ac Nouiomenſis Epiſcopus dotat an. 1130. *Aldeburgenſem Benedictinorum Abbatiam, in diœceſi olim Tornacenſi, nunc Burgenſi ſitam.*

Simon Dei gratia Tornacenſium & Nouiomenſiū Epiſcopus.Cùm comperiſſem monaſterium SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, quod ſi-
Oudenbourg. tum eſt in opido Aldenborg, rerum copia numquam ſuffultum, & proinde monachos, ibidem Domino deſeruientes, anguſtiis plerumque teneri; ſumpto conſilio Archidiaconi noſtri Roberti,& aliorum clericorum, donauimus eidem monaſterio Aldenborgenſi & Abbati *Hariulfo*, ac fratribus ſibi commiſſis, eccleſiam S. Mariæ in eodem opido ſitam, cum totius Aldenborgenſis parochiæ integritate, ſub Perſonatu tenendam. Perſona ibidem conſtituta *Cononi* nobili viro (cuius conceſſione & petitione hanc ipſam eccleſiam Abbati præfato & mo-

& monachis eius contradimus) seu successoribus eius nouem libras denariorum annuatim persoluat.

S. Simonis Episcopi, S. Roberti Tornacensis Archidiaconi,
S. Ranardi Nouiomensis Abbatis regularium Canonicorum,
S. Sigerij Nouiomensis Canonici, S. Hugonis Cancellarij de Rogia,
S. VValteri Buticularij, qui me Brugis mœrentem & dolentem, pro nece Comitis Karoli, in ecclesia S. Saluatoris adiit, & vt hanc ecclesiam fratribus ecclesiæ S. Petri condonarem, expostulauit.
S. Cononis, fratris ac successoris præfati VValteri, qui iterum me Brugis in hospitio meo, quod erat domus Folperti Kinkaler, cõuenit, & vt prædictam ecclesiam cum personatu condonarem S. Petri Abbati, rogitauit. Actum Brugis XI. Kalendas Aprilis, anno millesimo centesimo tricesimo, Indictione VIII. 1130.

S. Bartholomæi Abbatia Quercetana, quæ est Canonicorum regularium in vrbe Brugensi, dotatur à Theoderico Alsatio, Flandriæ Comite, an. 1130.

Ego Theodericus, Dei gratia Dux & Comes Flandriæ, quidquid hereditatis vel redituum, iuris vel Aduocationis in *Echolt* habeo, quod iacet Brugis in Rogia viuario meo, ecclesiæ Dei quæ inibi fundata est, & Dei seruis, in eadem ecclesia Deo & S. Mariæ, & S. Bartholomæo Apostolo & S. VVillibrordo seruientibus, petente monacho eiusdem loci fratre Folcramno, liberè possidendum in perpetuum trado. Insuper & quattuor pisas caseorum de eleemosynis mensæ meæ eis concedo, & corã idoneis testibus sigilli mei impressione corroboro. Testes, Rodgerus Brugensis Præpositus, Fromoldus Notarius, Geruasius Castellanus, VValterus Clomlyn, Frooldus de Ruislem, Heio de Tulpan, Balduinus frater eius & magnus Præco, Hancmarus de Stratan, VValterus clericus, Rodolfus magister & Brugensis Canonicus. Data Brugis anno millesimo centesimo tricesimo. 1130. *Eechout.*

CAPVT

CAPVT CXL.

Manasses Comes Gisnensis donationem prædij, ab Arnulfo Ardensi factam monachis Andrensibus, approbat an. 1130.

NOtum sit omnibus, quòd ego Manasses Comes Gisnensis concessi donum illud, quod fecit Arnulfus de Arda Andernensi ecclesiæ de Comitatu de Bocretes, de terra quæ fuit Guarini de Feldnes, & quòd idem Arnulfus datum illud, me audiente, recognouit & confirmauit: quod testantur subscripti homines, Ernoldus de Gant, Eustathius de Bauelingahem, Balduinus frater eius, Radulfus de Douera, Arnulfus de Hammes, Hugo Maluoisin, Balduinus de Liskes, Philippus de Monte Gardin Balduinus filius Maluoisin, Hugo Delbroch, Sigerus de Gant, Eustathius Vauasor, Balduinus Ostiarius Comitis, Otfridus de Gisnes, & filij eius, Manasses, Goffridus, Alelmus, Balduinus auunculus eius, Walterus minister Comitis, Gunfridus Pincerna, & alij multi.

Idem Manasses Comes Gisnensis, cum vxore sua Emma, & filia Rosa, confirmat possessiones cœnobij Andrensis.

Ego Manasses Dei gratia Gisnensium Comes, ad petitionem domini Gisleberti primi Abbatis Andernensis cœnobij, cuncta quæ eidē ecclesiæ S. Saluatoris, tam à me quàm ab antecessoribus meis, vel Baronibus, seu quibuslibet personis data, vel in futurū danda sunt, eiusdem loci Abbatibus vel monachis, vnà cum vxore mea Emma, & filia Rosa, concedimus possidenda; terram de Attingahem cum hospitibus liberam & Comitatum & boscum; terram in villa Bissingahem, terram apud Altinges; apud Morlingahem terram cum Comitatu.

Henricus

Henricus de Campanies monasterium Andrense dotat, anno 1130.

Nouerint omnes, quia Henricus de Campanies, pro anima Eustachij sororij sui, in secundo die depositionis suæ, terram in *Hottingehem* iacentem, vnà cum Mathilde vxore sua, & Henrico filio suo, super altare S. Saluatoris & S. Rotrudis Andernensi ecclesiæ donauit. Testes sunt, Manasses Gisnensium Comes, Emma Comitissa, Henricus Castellanus de Brochborc, Liuildis mater sua, Mathildis, Adaliza, sorores suæ, Elembertus cognomento Paganus Vicecomes de Marcnes, Eustachius de Baualingahē, Balduinus de Liskes, Philippus de Muntgardin, Lucas nepos eius, Iordanus, Balduinus Paladig, Bernoldus de Brudburc, Walterus filius Fredeboldi, Eustachius de Greth, Elembertus Panitor, Folquinus Longus, Baulfus de Douara, Willielmus, Ledbertus, Cono de Funtaina.

Notatia de Comitibus Gisnensibus.

Isti sunt Comites Gisnensis terræ: quorū primus Baldevvinus fundauit ecclesiam Andrensem, anno Dominicæ incarnationis millesimo octogesimo quarto. 1084.
Manasses & Emma fundauerunt templum S. Leonardi anno Domini millesimo centesimo secundo. 1102.

Pluribus ex annis sic fantur scripta Ioannis.
Qui fuerint quondam Comites, in carmina fundam,
Gisnensis terræ, fortes in tempore guerræ.
1.2.3. Primus *Sifridus*, *Ardulphus* & inde *Rodulphus*,
4.5. *Eustathius*, *Baldeuinus* fundator honesti
6. Andrensis templi. *Manasses* & Emma,
Hi duo struxerunt templum sancti Leonardi.
7.8. *Albricus*, *Baldeuinus*, qui præfuit Ardæ:
Hi fuerant Comites non re, sed nomine tantùm.
9. Inclytus *Arnoldus*, de Ganda qui veniebat,
Hic priùs in terra, quæ nunc sunt arma, gerebat.
10. Filius illius *Baldeuinus* generosus,

Hunc sequitur probitate pari, nimis ingeniosus.
11. Nobilis *Arnoldus*, mitissimus atque benignus,
Posteà processit, cælesti munere dignus.
12. Huic *Baldeuinus* successit, pacis amator,
Consilij speculum, probus in terra moderator.
13. Egregius iuuenis *Arnoldus* nomine dictus
Imperat hinc terræ: valeat, viuat benedictus,
Terdecimusque Comes exstat, sit iustus ad omnes.

Et infrà.

Hîc *Baldeuinus* Comes inclytus intumulatur,
Sub quo Gisnia florida patria pacificatur:
Cuius subsidio Cæsar, Rex, Dux hilaratur,
Andria protegitur. Super æthera suscipiatur;
Annus millenus ducentenus quadragenus
Quartus, cum Christo, stat in eius funere plenus.
Infortunatus *Arnoldus* posteà natus,
Vndique vexatus, & ab omni parte grauatus.
Hinc *Balduinus*, facto patris, sine terra,
Vixit: & inde pius *Ioannes*.

Sic legitur ad calcem ms. Chronici Andrensis, quod Guilielmus illius loci Abbas scripsit.

Gisnenses


Rodulfus Ardulfi F. Sifridi N. Co. Gisnensis, duxit Rosellam F. Hugonis Co. S. Pauli.
Eustathius Co. Gisn.
Berta.
Balduinus Co. Gisn. d. Adelam, mon. Andrense 1084. fundat. p. 219.
Manasses m. 1097. 1130. Co. Gisn. dux.
Emmam.
Hugo Arch.
Fulco Co. de Baruth.
Guido.
Gisla ux. Wenemari Castellani Gandensis.
Aleidis.
Robertus ob. ante patrem.
Sibylla, al. Rosa, uxor Henrici Cast. Borburgensis, ob. sine lib.
Armulfus de Gant Co. Gisn. d. Mathildē, dotat Claromariscum 1145. ob. 1169.
Sigerus Cast. Gand.
Beatrix Cō Gisn. ux. Alberici Apri, 2.
Balduini do. Ardæ, s. lib. ob.
Balduinus Co. Gisn. Christianam Ardæ heredē, dotat Claromariscū 1174. ob. 1205.
Guilielmus.
Balduinus.
Arnulfus Co. Gisn. 1198. dux. Beatricem Castellanam Borburgensem, ob. 1220
Balduinus Co. Gisn. ob. 1244.
Anna.
Arnulfus Co. Gisn. d. Aleidem F. Engueranni do. de Coucy.
AEgidius.
Balduinus clericus.
Sigerus.
Godefridus.
Guilielmus.

SIFRIDVS Danus Gisnas monasterio S. Bertini abstulit, & castellum ibi ædificauit: vt Ioannes Iperius in ms. Chronico Bertiniano tradit Ex Elstrude, Arnulfi Magni Flandriæ Comitis filia, genuit Arnulfum, aliàs Ardulphum. Ardulphus ex Mathilde, Ernuldi Comitis Bolonienſis, ſuprà pag. 201. laudati, filia ſuſtulit Rodulphum.

Rodulphus ex Roſella Hugonis Comitis S. Pauli filia Euſtathium, Euſtathius Bâlduinum Andrenſis monaſterij conditorem, Balduinus Manaſſem & Giſlâ Wenemaro Caſtellano Gandenſi nuptam genuit; vt Lambertus Ardenſis presbyter in ſuo Chronico ms. commemorat.

Manaſſes, & vxor eius Emma, Giſnenſe monialium S. Leonardi cœnobium an. 1102. fundarunt, quod inde poſteà Borburgum aiunt fuiſſe tranſlatum. Donationes noſtras Belg. lib. 1. cap. 53. conſule.

CAPVT CXLI.

Theodericus Alſatius, Flandriæ Comes, eiuſq; vxor Suanehilda, prædia Loënſi monaſterio à prædeceſſoribus ſuis conceſſa firmant, an. 1130.

EGo Theodericus, Dei gratia Comes Flandriæ, cum vxore mea Suanehilda, confirmando priuilegia prædeceſſorũ meorum Rotberti & Karoli, poſſeſſiones quas S. Petro de *Lo* dederunt, Comitatum etiam, ſtallum, totiuſque opidi teloneum, expeditionẽ, & quod Teutonicè dicitur *Balguart*, vel quidquid ſæcularis iuris ſuper terram ac manſionarios eiuſdem S. Petri habuerunt, conceſſi Canonicorum ibidem Domino ſeruientium vſibus profutura in perpetuũ. Huius doni collationem ſigilli mei impreſſione munio, coram ſubtitulatis teſtibus; Ivvaino de Truncinis, Daniele de Tenremonde, VVillelmo de Boulara, Waltero de Tornaco, Willelmo filio Philippi Comitis, Waltero filio Alardi, Gerardo Camerario, Willelmo Caſtellano de S. Audomaro, Iſaac Formoſelenſi, Henrico Broburgenſi, Lamberto de Rinenghelles, Anſelmo & Baldevvino fratre ſuo, Volcrano de Lã-
1130. perniſſa. Actum eſt hoc anno milleſimo centeſimo triceſimo, Indictione VIII. regnante Ludouico Francorum Rege, & præſidente Gerardo V. Præpoſito memoratæ eccleſiæ.

Idem

Idem facit Philippus Alsatius, Theoderici filius, Flandriæ & Veromandiæ Comes, an. 1181.

Ego Philippus Dei gratia Flandriæ & Viromandiæ Comes, confirmando priuilegia prædecessorum meorũ, Roberti, Karoli & Theoderici patris mei, possessiones quas S. Petro de *Lo* dederunt, Comitatum etiam, stallum & totius opidi teloneum libenti animo concessi, Canonicorum ibidem Deo seruientium vsibus profutura in perpetuũ, coram subtitulatis testibus, Gerardo de Mecinis, Anselmo Præposito de Euersam, VValtero de Lo, VValtero Camerario de Ipra, Riquardo Blauoet de Furnis, & aliis multis. Actum est hoc anno millesimo centesimo octogesimo primo. 1181.

Lotharius III. *Cæsar, Richilde coniuge sua & Conrado Comite Lutzeburgensi, suprà pag.* 214. *laudato, petentibus, an.* 1131. *dilatat viam naualem in alueo Suræ fluminis, eamq; concedit Abbati Epternacensi.*

Lotharius III. Dei gratia Romanorum Rex... Cùm venissemus Epternacum, implorandi gratiâ S. Clementis VVillibrordi patrocinia, notum factum est nobis, antecessorem nostrum Imp. Henricum concessisse Epternacensi Abbati suisque fratribus, libera potestate vti nauium cursu & recursu per alueum fluminis quod dicitur Sura, iudiciario iure Principum Imperiali annotatum dominationi; sed rectorum incuria frequenter impeditum. Quod nos ægrè ferentes, volumus renouare, & sigilli nostri impressione confirmare. Et quia experti sumus rei veritatem à maioribus natu Treuericæ sedis, rogatu coniugis nostræ Richildæ Reginæ, & Episcopi Megingoti de Merseburg, & Comitis Conradi, qui præest eidem Abbatiæ, mittimus nuntios nostros ad terminandam & dilatandam marcam, seu naualem viam in alueo supradicti fluminis xx. pedum latitudinis, hoc est, Gerardum de castello Rutich, & cum eo maiores de Abbatia, nec non Lodevvigum *Reuss.*

Primorem Treuerorum. Huic negotio interfuere Episcopi, Stephanus Metensis, Henricus Tullensis, Megingotus Merseburgensis; Abbates, Gerardus S. Maximini de suburbio Treuerensi, Lantfridus Prumiensis, VVieboldus Stabulensis. Ex laicis, VVilhelmus Palatinus Co-
pag. 214. mes, Conradus Comes de Lucelenburg, Comes Otto de Rincke, fraterque suus de Salmes Hermannus Comes, Comes Reinoldus de Montzum, Gerlacus Comes, fraterque suus Imecho, Comes Meinhardus de Spanheim, Bernhardus de Huonstaden, Adolphus de Saphenberg. Ex Ministerialibus Treuerensibus, Ludovvigus palatij Custos, item Ludovvigus, Henricus & ceteri plures. Tietmarus, ad vicē Adelberti Archicancellarij, recognouit. Datum IX. Kalend. Maij,
1131. anno incarnationis Domini M.C.XXXI. Indictione IX. anno regni Lotharij III. Romanorum Regis VI. Actum Treueris.

Parcum seu viuarium ferarum, prope Louanium, à Godefrido Barbato, Loth. Brabantiæq; Duce, in Abbatiam ord. Præmonstratensis anno 1131. *conuertitur.*

Alexander, gratia Dei sanctæ Leodiensis ecclesiæ Episcopus, notum facit tam præsentibus quàm futuris, quòd Godefridus Dux Lotharingiæ, idem & Marchio & Comes, siluulam in Australi parte Louanij si-
Perck. tam, quam fossa & vallo clausam ferali lustro deputauerat, Deo inspirante in vsus meliores volens conuertere, annuentibus filiis suis Godefrido & Henrico, fratri Gualtero, Abbati ecclesiæ beati Martini de suburbio Laudunensis ciuitatis, ad fundandum & ædificandū ibidem ecclesiam in honore B. Mariæ, donauit. Et postea nube discordiæ, inter ipsum Episcopū & Ducem antè habitæ, in beatæ pacis serenitatem conuersa, Episcopus prædictum locum in conspectu plurimorum, qui pro reformanda pace conuenerant, liberum fecit, ad petitionem Ducis prædicti, liberauitque prædictus Episcopus prædictum locum ab
1131. omni parochiali iure. Datum Leodij anno M.C.XXXI.

Idem

Idem Godefridus Dux Littam alodium monasterio S. Remigij Remensis restituit.

Ego Godefridus Dux Lotharingiæ, & filij mei Godefridus atque Henricus, notum facimus vniuersis, nos alodium beati Remigij Francorum Apostoli, quod Litta dicitur, diu tenuisse. Tandem verò pœnitentia ducti iam dictum alodium, cum omnibus ad ipsum pertinentibus, Deo & beato Remigio atque Abbati reddidimus. Insuper in præsentia Conradi Imp. illud abdicauimus, statuentes quòd amodò nunquam per nos sæpè dictum monasterium de ipsius alodij rebus aliquod damnum patietur, sed ex integro eidem maneant sua omnia, sicut dedit Gerberga Francorum Regina. Huius rei ex parte ecclesiæ testes fuerunt, Oddo Abbas, VValterus Abbas S. Martini, Simon Abbas de Parco, Iocelinus Prior. *Litto.* *pag. 116.*

Dudinsartense prædium ab eodem Godefrido Duce, eiusq; filio Godefrido, datur monachis Gemblacensibus, an. 1131.

Notum sit omnibus, Ducem Godefridum seniorem, eiusque filium æquiuocum Godefridum iuniorem, tradidisse Deo & S. Petro quoddam prædium *Dudinsart* dictum, in eremo iuxta metas parochiales de Brania, cum dominio. Testes, Godefridus Comes Namucensis, eiusque filius Henricus, Henricus minor frater ipsius Ducis, VVillelmus Aduocatus de Namuco, eiusque frater Ancelmus, Erfelo de Caluomonte, Gerardus de VVanga & filius eius Henricus, Henricus de Bierbais, Secherus de VVaura, Gothonius de Louanio, Franco de Bruxella, & alij multi. Actum in Gemblours anno millesimo centesimo tricesimo primo, Lothario regnante, Alexandro Leodicensi Episcopo, Anselmo Abbate locum nostrum tenente, Gregorio Papa Sedē Romanam gubernante, Godefrido Duce Aduocato nostro, secundas partes eius adiuuante Sechero Bernardi. 1131.

CAPVT

CAPVT CXLII.

Innocentius II. *Papa eccleſiam maioris Xenodochij, quod S. Ioannis dicitur, in vrbe Bruxellenſi, an.* 1131. *conſecrat.*

1131. ANno ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo triceſimo primo, Idibus Octobris, regnante Lodouico ſeniore in Francia, dominus Papa Innocentius eccleſiam iſtam dedicat, in honore B. Mariæ virginis, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & B. Stephani protomartyris, & beatorum confeſſorum pariterque Pontificum Medardi & Gildardi. Quo facto, huius dedicationis diem tot annis agi ſolennem à populo celebri feſtiuitate inſtituit, quot & peccatorum veniam ſe adepturos, & Domini gratiam promerituros incunctanter ſe à Sede Apoſtolica, ex auctoritate B. Petri, ſcirent, qui ad hunc diē ſingulis annis conuenire, hunc ſolenniter peragere, hunc diem cum ſpirituali iucunditate, cum cordis puritate & animi pia deuotione, ex iuſſu & auctoritate Apoſtolica celebrarent. Exterarum autem regionum plebes ne peractæ benedictionis, & tantæ gratiæ & tanti muneris haberentur expertes, trium menſium tempus dominus Papa indicit, vt locum veniæ, donum gratiæ in hac domo orationis perciperet quicumque huc hoc tempore, cum deuoti cordis ſacrificio, aduenirent, & pœnitentiæ munus Deo ſatisfaciens offerret, & condigna ſatisfactione à præteritis reſipiſceret. Huic autem dedicationi interfuerunt, Hugo Rotomagenſis Archiepiſcopus, Oſtienſis Epiſcopus, Matthæus Albanenſis Epiſcopus, Albertus Virdunenſis Epiſcopus, Gaufridus Catalaunenſis Epiſcopus, Aluiſus Atrebatenſis Epiſcopus.

Alexander

Alexander Episcopus Leodicensis, Innocentij II. *Papæ mandato, an.* 1131. *è terra eleuat corpus S. Gerardi Abbatis Bronienſis, & illius monaſterij prædia recenſet.*

Accenſo in terris ſuper candelabrũ caritatis igniculo, multi renuntiauerunt & ſuis & ſæculo. Quorum de numero Deus ſanctiſſimi patris noſtri GERARDI nobis argumento multiplici declarauit gratiam, cuius ego Alexander, Dei gratia Leodicenſis Epiſcopus, diuina reuelatione monitus, nec non mandatis domini Papæ Innocentij (qui & Gregorius) delegatus, hac in die recolo ſacroſancti corporis attollentiam. Notum ſit igitur omnibus, quòd cùm ſuper hoc adfuiſſemus Bronij, plures ibi nobiliores adfuerunt: inter quos maximè *Godefridus* Namuci Comes, ad honorem Dei ſanctiq́ue ſui militis Gerardi feſtinus acceſſit, & profeſſus eſt liberam & abſolutam fundi & fundatoris poſſeſſionem, in quam de iure nullam habet, vel vmquam habuit exactionem. Hæc ſunt igitur quæ legitimè poſſidet eccleſia, in quibus Abbas eiuſdem habet omnia iura, iudiciariaſq́ue poteſtates, in villa Bronij & in S. Laurentio, & in parte quam habet in Boſſieres, in Maiſons, in parte quam habet in Libinas, in Lauiis, in Montinio, in Fen deſerta, in Soceis, in Waſlin, in Merderech, in parte quam habet in Hermeton, in Bohordes & Boherdeles, in Manſionile, in Hailliras, in Romereiras, in Mannilia. In his locis & vicis poſſidet eccleſia bannum & iuſtitiam, impetum & burinam, ictum & ſanguinem, reperturam, fora, telonea. Vicecomitatum tam liberè poſſidet, ſicuti fundator ipſius loci nobili proſapia exortus B. Gerardus, cuius corpus hodie in Mauſoleũ recondidimus, ante conuerſionem ſuam poſſederat, à ſolo Deo & prædeceſſoribus. Nec ſit qui præſumat iniicere manus in ſeruos & ancillas & facultates eccleſiæ, vel in homines cohabitantes in omni ipſius poſſeſſione. Vicecomitatum & ceteras obſecutrices dignitates Abbas, cùm voluerit, erogare poterit.

Vt hæc igitur valeant in æternum, tam noſtri quàm Comitis Godefridi Namucenſis impreſſione ſigilli fecimus confirmari, cum ſubſcriptione nobilium virorum clericorum & laicorum, qui rei celebratæ teſtes adfuerunt. Ioannes Archidiaconus & S. Crucis Præpoſitus,

Hermannus Archidiaconus & Niuellensis Præpositus, Arnulfus Comes Lossensis, Ebalus de Florinis, Gualterus de Barz. De familia beati Lamberti, Theodericus de Ponten, Wedericus de Prato, Lambertus & Arnulphus de Hoio, Albricus de Vileir, & alij multi.

Ex parte Comitis, Henricus filius eius cognouit & probauit, Ingobrandus de Ham & Ingobrandus filius eius, Rigoldus de VVange, Theodericus de Fengiet, Gualterus filius eius, Libertus de Bossieris, Manasses adolescens de Hirge & alij quàm plures. Actũ Bronij anno 1131. millesimo centesimo tricesimo primo, Indictione IX. Concurrẽte III. Epacta XX. imperante Lothario, anno regni eius sexto, Episcopatus nostri tertio.

Amalricus seu Amulricus de Landast, Amalrici filius, & vxor eius Ermentrudis, cum filiis suis, varia prædia monachis S. Amandi restituunt circa annum 1131.

Ego VValterus indignus minister S. Amandi notũ fieri volo, quòd dominus *Bouo* senior Abbas eiusdem ecclesiæ, pro quadam, quam habuit, necessitate coronam argenteam ante Crucifixum pendentem, & tabulam argenteam altaris S. Cyrici, cum anaglifo opere ciborij, quo repositæ erant reliquiæ pretiosi martyris, cum aliis pignoribus, contra voluntatem monachorum distraxit, quæ omnia dominus *VVericus* Abbas fabricari fecit expensis Susannæ Reginæ, quæ propter nimiam, quam habebat erga nostram ecclesiam, deuotionem, post obitum ma- *pag.* 180. riti sui Arnulphi Marchionis Flandriæ, in aula Regum Franciæ ante monasterium mansit, multaque beneficia cum variis ornamentis ecclesiæ nostræ contulit. Et vt ipse dominus Bouo Abbas aliquos haberet fautores contra monachos sibi resistentes, quosdam de sæcularibus potentibus sibi asciuit: quorum vni scilicet Amulrico de Landast centum solidos denariorũ se singulis annis daturũ, calumniantibus etiam monachis, spondendo pepigit. Ipsis itaque indignè ferentibus, thesaurum ecclesiæ Abbatem destruxisse, & ad magnum detrimentum ecclesiæ contra eos centum illos solidos laicali potentiæ singulis annis pepigisse, pars senioris consilij ad tempus cessit ei, & Barisiacum & Altiacum cum VVarniaco, inuito Abbate, obtinuit. Nec multò pòst ipse

Abbas

Abbas morbo cancri in facie grauiter vexari cœpit; quo & tandem incurabili morbo serpente defunctus est. Cui cùm dominus *Hugo* Abbas succeſſiſſet, illos centum ſolidos cum monachis ſuis multoties calumniatus est: tamen nullo placito illos ab Amulrico de Landast extorquere potuit, ſed ipſe & filius ſuus Amulricus in vita ſua, nolentibus monachis, violenter tenuerunt.

Ad hoc malum acceſſit aliud. Sanè poſt obitum præſcripti Hugonis, cùm ſucceſſiſſet Abbas *Bouo* iunior, & ipſe ſimiliter pro quadam cauſſa à Rabodo de Ruma inquietaretur, pro tuitione ſuæ partis, fratribus nō aſſentientibus, conceſſit & addidit Amulrico, filio Amulrici, quoddam alnetum, videlicet Breliolum, & terram cenſualem: quam terram tenebat Radulphus & Ghenebaldus, reddentes ſingulis annis nouem ſolidos & quattuor denarios. Poſt hoc autem non multum tempus tranſiit, & quod violentia prauorum hominum eccleſiæ noſtræ ſurripuit, diuina miſeratio reſtituit. Defuncto enim ſecundo Bouone Abbate, cùm ego, licet indignus, in miniſterium eccleſiæ S. Amandi ſucceſſiſſem, *Amulricus*, filius Amulrici, fractus diutina infirmitate, tandem ad extrema ſe perductum ſenſit; me & aliquos de fratribus apud Landaſtum euocauit, ſe peccatorem & reum contra Dominum, & maximè contra eccleſiā S. Amandi eſſe recognouit, meoque hortatu, & admonitu amicorū meorum & ſuorum, centum illos ſolidos, patri ſuo antea non legitimè conceſſos, cum præſcripto alneto, & terra cenſuali, ſibi ſimiliter non legitimè conceſſis, eccleſiæ noſtræ, præſentibus vxore & filiis, reddidit, & à ſuo, filiorum etiam iure, ipſis aſſentientibus, in perpetuum abdicauit. Deinde vnctionem benedicti olei à nobis accepit, ſeque corpore & anima nobis & eccleſiæ noſtræ commendauit. *Landas.*

Diuiſis autem ſingulis filiorum ſuorum poſſeſſionibus ſuis, tandem nos humiliter deprecatus est, vt *Gerardo* filio ſuo, qui deſipuerat & impotens erat, miſereremur, & pro amore Dei & ſui gratia, quamdiu viueret, aliquid eleëmoſynæ ab eccleſia noſtra impertiremur. Nos itaque tanti viri precibus compatientes, Gerardo filio ſuo quadraginta ſolidos denariorum ſingulis annis, in vita ſua, nos daturos pro eleëmoſyna conceſſimus. Deinde cùm vitam finiſſet, & ſequenti die cùm corpus eius ad eleëmoſynam noſtram eſſet delatum, antequam ſepulturæ traderetur, vxor eius Ermentrudis, filij eius Amulricus, Stephanus,

Gerardus, Rogerus, Robertus, Hugo, omnia quę ipſe Amulricus, ſicut præmiſſum eſt, eccleſiæ noſtræ reddiderat, & ipſi in præſentia religioſorum & laicorum, ceſpite & ramo ſuper altare poſitis, reddiderunt, & à ſuo ſuorumque poſterorum iure in perpetuum abdicauerunt.

Signum Walteri Abbatis. S.Fulquini Prioris,
S.Alardi, S.Aluuoldi, S.Alberti, S.Heremfridi,
SS.Hugonis, Fulquonis, Roberti, Theoderici,
S.Egerici, S.Amulrici, S.Ermentrudis vxoris Amulrici,
SS.filiorum eius, Amulrici, Stephani, Rogeri, Hugonis, Roberti.
S.Gerulphi de Senghin, S.Gerardi de Douen,
S.Amulrici Gerbalt, S.Norbandi de Nameng,
S.Lietberti de Samion, S.Gileberti de Ramilgies,
S.Rodulphi Claret, S.Hermanni Præpoſiti.

NOTATIONES.

LANDASTVM] vulgò *Landas*, vicus haut procul à Duaco ſitus: à quo nobilis ac vetuſta familia Landaſtenſis cognomentum induit. De qua vide plura, ſi placet, lib.1.Don.Belg.cap.91.

Stephanus de Landaſt, Amalrici & Ermentrudæ filius, duxit filiam heredem Athelardi Domini de Heyne ſeu Eyne prope Aldenardam. Stephani filius Gerardus, cum vxore ſua Alborge, presbyterorum collegium Heynę conſtituit: qua defuncta Templariis ſe adiunxit. Gerardi filius Arnulphus de Landas, Dominus de Eynes, ex Mathilde genuit Gerardum, Arnulphum & Alidem. Vixit an. 1200. & 1222. vt ex tabulis lib. 2.Dipl.Belg.cap.94.recitatis conſtat.

Stemma familiæ Landastensi.

CAPVT CXLIII.

In Grimbergana ecclesia (quæ primò Canonicorum ord. S. Augustini, pòst monachorum fuit, à Gualtero Grimbergæ Domino fundata) S. Norbertus instituti Præmonstratẽsis Canonicos an. 1128. collocauit, petentibus Gerardo & Arnulpho, Gualteri filiis. Id Liethardus Episcopus Cameracensis an. 1132. probauit.

LIethardus Dei gratia Cameracensiũ Episcopus, tam futuris quàm præsentibus in perpetuum. Ecclesiam Grimbergensem, in honore S. Dei genitricis Mariæ & S. Petri Apostolorum principis.... sitam, exaltare & nobilitare decreuimus: & qualiter ad nos à prædecessoribus nostris emancipata peruenerit, subnotare censuimus. Cùm enim prefatam ecclesiam GVALTERVS quidam nobilis, quia in alodio suo sita erat, teneret, dominus * Odo prædecessor noster, petitione ipsius Gualteri & redditione, eamdem ecclesiam ab omni laica manu & exactione aliqua, & debitis obsonijs, ad vsum Canonicorum secundùm regulam B. Augustini viuentium, primò emancipauit. Succedentibus verò temporibus, cùm illi nihil profecissent, & penitus ecclesiam in nihilum redactam reliquissent, iterum petitione eiusdem prædicti Gualteri, monachorum ordinẽ sub eadem libertate ibidem imposuit. Sed & illi persecutiones malefactorum & paupertatẽ sustinere non valentes, iterum desolatam reliquerunt. Nouissimè verò defuncto Gualtero, heredes eius GERARDVS & ARNVLPHVS, quia patris & matris & parentum eorum ibidem ossa requiescebant, desolationem ecclesiæ non ferentes, petierunt à domino Norberto, viro spectabilis religionis, per legatum suum hominem quemdam Aluaricum nomine, vt suæ religionis fratres in prædictâ ecclesia poneret. Ipse verò tandem petitionibus eorum acquieuit, & fratres ibidem impositi, sub tutela Abbatis & fratrũ Præmonstratæ ecclesiæ, per aliquot tempus commorantes, & de die in diem in melius proficientes, à nobis & Abbatẽ * & præfatam libertatem innouari petierunt. Nos verò iustis eorum petitionibus annuimus: sic videlicet vt libera esset à seruitio, à ceterarũ consue-

*ob. 1113.

S. Norbertus.

consuetudine ecclesiarum, ab omni prorsus exactione Episcopi, Archidiaconi & Decani.

Bona etiam & possessiones, quas iustè prædicta ecclesia possidet, ad vsus Canonicorum regularium ibidem Deo seruientium, præsentis scripti pagina confirmamus: altare videlicet de Wamblinis cum appendiciis suis, Barckehem, Radelegim & Rameſdum, altare de Meyse cum appendiciis suis, Opehem & Rode, altare de Strombeke, & decem & octo mansos terræ. Ex quibus prædictus Gualterus sex dedit, Gerardus filius vnum, ALVERICVS tertius filius suus....Reinerus duos; & quod superest, antiquitus possedit ecclesia. Quæcumque præterea iustè adipisci poterit, firma & illibata illi conseruentur. *VVemmel.*

Signum mei ipsius Liethardi Episcopi, S. Ioannis, Theoderici, Alardi, Theoderici, Gerardi, Archidiaconorum. S. Erlebaldi Præpositi, Gildardi Decani, Rothberti Cantoris, Guidonis, Hugonis, Werimbaldi, Lantberti, Adam, Bartholomæi, Canonicorum. Actum est hoc Cameraci, anno incarnationis Domini millesimo centesimo tricesimo secundo, Indictione x. 1132.

Ego Werimbaldus Cancellarius scripsi & recognoui.

Lotharius III. *Imp. iura ac priuilegia ecclesiæ S. Seruatij Traiectensis ad Mosam an.* 1132. *confirmat.*

Ego Lotharius huius nominis Rex Romanorum tertius.....Notum sit omnibus, quòd secundùm priuilegia antecessorum nostrorũ, Traiectensi ecclesiæ B. Seruatij quamdã legem & iustitiam renouauimus, quam antea trecentis annis, & eò amplius, in quiete tenuerat, & eam adsensu Alexandri Leodiensis Episcopi confirmauimus, ad destruendam controuersiam, quam Præpositus & fratres de S. Maria Traiecti, in contradictione eiusdem legis, suscitauerant. Est autem ipsa lex & iustitia talis, quòd ecclesia parochiæ S. Seruatij sola in Traiectensi vrbe habet decimas & terminum: & omnes de quacunque regione ad manendum ibi constituxerint, præter familiam S. Mariæ sanctique Lamberti, ad iustitiam Regis pertinent, & in parochia S. Seruatij baptizari & sepeliri debent. Actum est hoc Aquisgrani, in Paschali curia, anno ab incarnatione Domini M.C.XXXII. Indictione x. regnante Lothario huius 1132.

huius nominis Rege tertio, Alexandro Episcopo Leodij existente. Huius rei testes fuerunt, Wilhelmus Prænestinus Episcopus Cardinalis, Matthæus Albanensis Episcopus Cardinalis, Ioannes de Crema presbyter Cardinalis, VVido diaconus Cardinalis, Albero Treuerensis Archiepiscopus, Stephanus Metensis Episcopus, Lietardus Cameracensis Episcopus. De Principibus, Dux VValeramus, Dux Simon, Comes Arnulphus de Los, Gosuinus de Falcomonte, Gerardus Hostade. De Fratribus ecclesiæ, Ioannes Decanus, VVillo Camerarius, VVinandus Custos, Henricus Cantor, Reinerus Scholasticus.

Milo Teruanensis Episcopus an. 1132. *confirmat donationes Andrensi monasterio factas ab Henrico Campanensi.*

Ego Milo Morinorum Episcopus notum fieri volo, quòd Henricus de Campanies, tempore Ioannis prædecessoris nostri, concesserat ecclesiæ Andernensi & hominibus ad eam pertinentibus omnem pasturam parochiæ Andernensis, perpetuò eadem pace possidendam, quam tempore Balduini, patris Manassis Gisnensium Comitis, possederant. Quas etiam concessiones præfatus Henricus, prima vice qua Andernes veni, coram nobis recognouit. Huius rei testes, Bernardus Abbas Claræ-Vallis, VValeramus Abbas Vrscampi, Hugo de Monte S. Eligij Abbas, Petrus Abbas Andernensis, Eustachius de Bauelingehem, Balduinus frater eius, Alelmus de Gisnes, VVillelmus de Funtaines, Eustachius Vauasor, Eustachius Galobie. Actum anno 1132. M. C. XXXII.

CAPVT

CAPVT CXLIV.

S. Bernardo Claræ-Vallis Abbate petente, Tungerloensis ecclesia à Cameracensi Episcopo libertate donatur, & Canonici regulares ord. Præmonstratensis in ea collocantur, an. 1133.

EGo * Burchardus Cameracensium Episcopus petitionem religiosorum virorũ, VValtmanni videlicet Antvverpiensium Abbatis, & Bernardi Clareuallensis, approbandam æstimaui, supplicantium vt ecclesiam de *Tongerlo* libertate donarem, quatenus in ea fratres Præmonstratensis ordinis, sub regula B. Augustini degentes, liberè & quietè Deo famulari valeant. Quam petitionem bonam iudicans, ideo que benignè exaudiens, prædictam ecclesiam beatæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ ab omni exactione debitisque obsoniis, ad sustentandos Canonicos in ea Deo sanctæque eius genitrici seruiẽtes, liberam facio. * *f. Liethardus.*

Signum mei ipsius * Burchardi Episcopi, S. Ioannis Archidiaconi, S. Theoderici Archidiaconi, S. Rudolphi Archidiaconi, S. Paruini Abbatis S. Sepulcri, S. VValteri Abbatis S. Auberti, S. Hugonis Decani, S. Eustathij Scholastici, S. VValtmanni Antvverpiensis, S. Bernardi Clareuallensis. Acta sunt hæc Cameraci anno Dominicæ incarnationis millesimo centesimo XXXIII: 1133. * *f. Liethardi.*

Alpeda nobilis matrona posteros suos an. 1133. *obstringit ad capitalem censum ecclesiæ Tungerloensi quotannis soluendum.*

Ego Henricus, Abbas B. Mariæ de Tungerlo, notum esse volo tam futuris quàm præsentibus, quòd Alpeda nobilis matrona præfatæ ecclesiæ B. Mariæ de Tungerlo se in perpetuum emancipauit, eâ videlicet conditione, vt omnes posteri eius qui de semine eius procrearentur, tam viri quàm feminæ, singulis annis pro capitali censu vnum denarium Antvverpiensis monetæ, in Natiuitate B. Mariæ, sæpe dictæ

ecclesiæ persoluere debeant, & sex in matrimonio contrahendo, & sex in obitu, eiusdem monetæ. Vt autem hæc rata permaneant, sigilli nostri impressione chartulam præsentem signari fecimus. Acta sunt
1133. hæc anno Dominicæ incarnationis millesimo centesimo tricesimo tertio.

Godefridus Barbatus, Loth. & Brab. Dux, an. 1133. *fundat Bigardiam maiorem, quæ est Abbatia nobilis monialium Benedictinarum prope Bruxellam.*

Godefridus, diuina miseratione Dux & Marchio Lotharingiæ, & Comes Louanij, omnibus tam præsentibus, quàm futuris in perpe-
Bygarden. S. VVinna. tuum. Locum quendam desertum, in meo alodio situm, qui Bigardis dicitur, ancillis Dei VVIVINÆ & EMWARÆ libera deuotione contradidi, vt quidquid in Deo seruientium merito accresceret, meæ & successorum meorum saluti proficeret. Et quia bonis initiis ipse cooperari solet, qui totius boni initium & perfectio est, cœpit idem locus & sororum numero & possessionum augmento succrescere: cuius ego congaudens profectui & prospiciens vtilitati, sororum ibi congregatarum voluntate, & petitione, locum ipsum, cum omnibus suis pertinentiis, cœnobio Haffligimensi subieci, & Abbati regendum commisi. Quæcumque verò vel ex meo alodio eis concessi, vel ab aliis acquisita, vt liber Aduocatus suscepi, Deo & sanctæ eius genitrici, ad vsum sororum libera donatione contrado, & vt in perpetuũ rata permaneant, præsentis priuilegij auctoritatem sigilli mei impressione & testium adstipulatione, confirmo. In quibus hæc nominatim designo alodia in Ausler, Helbeke, Berchem, Weue, Reusele, Beuerne. Testes autem, vbi locum præfatũ ancillis Dei tradidi, hi interfuerunt, Steppo de Brusella, & frater eius, VValterus Redescot, Lambertus de Craynhem, Sigerus de Anderlecht, Arnulfus de Asca, Franco Castellanus, Amalricus de Bigardis, Franco de Isca, & fratres eius Godefridus & Amalricus, VValterus de Ansilier, Amandus de Brusella.

Cum Abbate commissi fuerunt hi: Balduinus Decanus de Brusella, Onulphus presbyter, Ioannes de Anderlecht, Franco Castellanus, Ingelbertus de Atrio, Franco Kalo. Actum est autem anno Dominicæ

nicæ Incarnationis milleſimo centeſimo triceſimo tertio, Indictione XI.

Lotharius III. *Imp. decimas Santflitanas & Orderenſes, Canonicis Antuerpienſibus ab Henrico* V. *Imp. an.* 1119. *datas, confirmat an.* 1133.

Lotharius, diuina fauente clementia tertius Romanorum Imperator, notum eſſe volumus, qualiter nos, inſtinctu dilectæ coniugis noſtræ *Richinzæ, petitioni fidelis noſtri magiſtri Rathwardi acquieuimus, eccleſiamque S. Mariæ Dei genitricis, quæ eſt in burgo qui vocatur Antvverp, debita amplectentes veneratione, decimam omnem quæ continetur à terminis Zantfliten vſque * Olmeremuthen, ab anteceſſore noſtro Imp. Henrico quarto eccleſiæ S. Michaëlis in eodem burgo collatam, cum integritate Præpoſituræ & omnibus appenditiis ſuis, præfatæ eccleſiæ S. Mariæ aſſignamus, & præcipiendo iubemus, vt nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes dictam eccleſiam inquietare, diueſtire aut moleſtare præſumat. Huic autem confirmationi adhibuimus teſtes, Brunonem Colonienſem Archiepiſcopum, Epiſcopos, Andream Traiectenſem, VVerinherum Monaſterienſem, Alexandrum Leodienſem, Luihtardum Cameracenſem, Adelberonem Baſilienſem; Palatinos Comites Ottonem & Fridericum, Adelbertum Marchionem. Signum domni Lotharij III. Romanorum Imperatoris. Ego Berthulous, vice Voelberti, recognoui. Data anno incarnationis Domini M.C.XXXIII. Kal. Ianuarij, Indictione XI. anno regni Regis Lotharij IX. imperij II. Actum Aquiſgrani. 1133.

* *al.* Richildis.

* *Oorderē* *pag.* 303.

CAPVT CXLV.

Folcoldus Bernæ Dominus, eiusq; vxor Bessela, fundant Abbatiam Bernensem, ord. Præmonstratensis, prope Siluam-Ducis, an. 1134.

Vtrecht. Berne. ANdreas ecclesiæ Traiectensis Episcopus præsenti scripto præsentibus & posteris edicimus, quòd Folcoldus de Berna, vir liber & diues, sed & vxor eius Bessela, ad honorem Dei & beatæ Virginis Mariæ, Abbati Roberto de Insula eiusdem beatæ Mariæ Virginis, ipsam Bernam cum omnibus suis appertinentiis, *Maesmond* quoque cum omnibus suis attinentiis, nec non & *Erthepe*, quæ est in Tessandria cum omnibus suis attinentiis, sed & *Altsurge*, cum omnibus suis attinentiis, item *Mersberch* cum omnibus vsibus suis, quos in sæculo viuentes inibi obtinuerunt, per manus nostras tradiderunt. Et hæc quidem gesta sunt vnigeniti æterni anno incarnationis millesimo centesimo tricesimo quarto, Indictione XII. anno verò Lotharij decimo, Imperij secundo eiusdem, episcopatus autem mei septimo, præsentibus testibus subscriptis, Harberto maioris ecclesiæ Præposito, Luberto eiusdem ecclesiæ Decano, Hermano Præposito S. Bonifacij, Luberto Decano de S. Petro; Canonicis, Ottone, Ascellino, Alardo, Conrado Alberone, Chrysantho, Blitero Guilielmo; Liberis hominibus, Arnoldo iuuene Comite de Cliue, Gerundo de Asper, Guilelmo filio Comitis Guilelmi; Ministerialibus, Hereboldo, Rutherico, Giselberto, Alphardo Sculteto, Arnoldo Castellano.

Marie-vverdt.

1134.

Liethardus Episcopus Cameracensis dotat Canonicos Bruxellenses, an. 1134.

Mels-broeck. Littardus gratia Dei Cameracensis Episcopus altare quod est in *Meltburch*, omni personatu liberũ, tradidi Brucsellæ in oratorio S. Michaëlis Archangeli & glorioſæ virginis Gudilæ quiescentis ibidem, Canonicorum quatuordecim ibidem famulantium satisfaciens petitioni.

Hoc

Hoc autem actum est Brucsellæ anno millesimo centesimo trigesimo quarto, Indictione x. anno præsulatus domini Littardi tertio, Godefrido Duce fines Lotharingiæ obtinente, & Lothario imperante. 1134.

Ego Guerinbaldus Cancellarius subscripsi.

God. Barbatus Loth. & Brab. Dux monachis S. Sepulcri Cameracensis an. 1134. donat capellam B. Mariæ, muris opidi Bruxellensis tunc adiacentem, quæ nunc est parochialis ecclesia Capellensis in vrbe.

Ego Godefridus Lotharingiæ Dux alodium quoddã meum, Bruxellæ opido adiacens, & capellam in eo ad honorem Dominici Sepulcri, Dominiq́ue genitricis Mariæ constructam, cum omnibus suis appendiciis Paruino Abbati ac monachis S. Petri Cameracensis ecclesiæ in eleëmosynam dedi, in tantum videlicet liberè, vt nullus clericorum siue laicorum aut potentum illud violare præsumat, vel sui aliquid ex eo vindicare queat.

Signum Godefridi Ducis, SS. filiorum eius Godefridi & Henrici, quorum consensu hæc peregit. Signa Liberorum, Henrici de Birbeca, VVillermi & fratris eius Henrici de Dungleberga, Sigeri de VVauera, Rodulfi Leodiensis Canonici & Capellani, Franconis Castellani & Dapiferi de Bruxella, Franconis Pincernæ de Issa, Arnulfi Dapiferi de Louanio, Gozevvini Pincernæ, Alardi fratris sui, Amulrici militis, Fráconis Ministri de Bruxella, cuius labore & industria hæc suggesta sunt, Radulfi fratris eius, Gozevvini Ministri, Henrici Monetarij. Signa ceterorum fidelium meorum de mea curia. Signa quorumdam nobiliũ, VValteri Rodestoc & filiorũ eius, VValteri Anglici, Stephani Duri, Hugonis Rampart. Actum apud Issam mense Decembri, XIII. Kal. Ianuarij, anno Dominicæ incarnationis M. C. XXXIV. Indictione XIII. imperij verò domini Lotharij Regis anno IX. & IV. Liethardi Cameracensis Episcopi.

Nicolaus Episcopus Cameracensis donationem istam & alias confirmat 1138.

Nicolaus Cameracensis Episcopus tam futuris quàm præsentibus in perpetuum. Consilio clericorum nostrorum, venerabilis fratris nostri Paruini S. Sepulcri Abbatis, petitioni condescendimus, & altare de Tornepia, cum capella de *Ruschebroc*, eidem S. Sepulcri Cameracensis ecclesiæ liberè & sine persona concedimus. Quod verò illustris Lotharingiæ Dux, imò Bruxellæ & Louaniæ Comes inclytus Godefridus capellam B. Mariæ, Bruxellæ contiguam, præfato Abbati Paruino, suisque successoribus tradidit & priuilegio suo confirmauit, idem eisdem libertate ecclesiastica assignamus, & omnia quæ iam collata in agris, pratis, aquis, & in posterum conferenda sunt, cum duabus partibus decimæ de Hundesto, & tertia parte decimæ de *Roz*, eidem ecclesiæ confirmamus. Quod autem *Bauduinus* Decanus, & ceteri S. Gudilæ Canonici, monachorum ordinatione, presbyteri ibidem populo diuina celebraturi positionem sæpè fatæ ecclesiæ concesserunt, approbamus, & episcopali auctoritate confirmamus.

SS. Theodorici, Ioannis, Alardi, Theodorici, Archidiaconorũ.
S. Guidonis Præpositi, S. Gerardi Decani & Archidiaconi.
S. Alexandri Decani, S. VVerrici Abbatis Lescensis.
S. Algoti Abbatis, S. Mainardi Abbatis,
S. VValerici Abbatis S. Auberti.

1138. Actum anno millesimo centesimo tricesimo octauo, præsulatus domni Nicolai secundo.

Ego Gerinbaudus Cancellarius recensui.

CAPVT

CAPVT CXLVI.

Canonicorum Antuerpiensium migrationem ex templo S. Michaëlis ad basilicam S. Mariæ anno 1124. factam Liethardus Episcopus Camer. confirmat an. 1135.

LIetardus, diuina fauente clementia, Cameracensis Episcopus..... Ecclesiam B. Mariæ in burgo Antvverpiensi sitam, ab ecclesia S. Michaëlis in eodem burgo fundata, per prædecessorum nostrum Burchardum Episcopum, petentibus eiusdem ecclesiæ Præposito & fratribus, cum integritate Præpositurę & beneficiorum, videlicet prædiis seu mancipiis, quæ vsque ad hæc tempora ecclesia illa possederat, nec non cum omnibus appenditiis, capella scilicet S. VValburgis, quæ est in eodem burgo, & capella Ortheren, Berendrecht, Linlo, Zantflit, atquè omnibus, quæ infra ambitum præfatæ parochiæ continentur, decimis translatam, nos quoque, sicut prædictus prædecessor noster ordinauit, approbantes nostræ auctoritatis testimonio confirmamus. Petitione nec minùs Godefridi Lotharingiæ Ducis & Marchionis, duas partes manipulorum decimæ ad Antvverpiam & vniuersum eius parochiæ ambitum pertinentes, à prædecessore suo illustris memorię Godefrido Duce & postea Ierosolymitano Rege ecclesię S. Michaëlis traditas, quia minùs iustè ipse eas subtraxerat, eidem ecclesiæ recognouit, & per manum Henrici quarti Romanorum Imperatoris assignatas, prædecessoris quoque nostri priuilegio in translatâ S. Mariæ ecclesiam confirmatas, nec non Lotharij tertij Romanorum Imperatoris charta in eadem ecclesia corroboratas, nostri etiam decreti auctoritate munimus. Prædicti verò fratres dictæ ecclesiæ S. Mariæ, in quorum dispositione, cum dignitate & tenore prioris libertatis, tota Antvverpiensis pendebat & pendet parochia, transacto non multo tempore fratres, qui in ecclesia B. Michaëlis sub regula S. Augustini deseruiunt, vt commissum sibi onus humero mutuæ fraternitatis secum portarent, per dominum *Norbertum*, summæ religionis & eiusdem vitæ professionis virum, ad se vocauerunt, eique ecclesiam S. Michaëlis suprà dictam liberam contradentes, ad eam, in qua nunc Domino

mino seruiunt, Dei genitricis Mariæ ecclesiam, cum integritate Præposituræ & beneficiorum, vt præmissum est, transierunt. Actum an-
1135. no millesimo centesimo tricesimo quinto, Indictione vndecima, præsulatus domini Lietardi IV.

Ego Guerinboldus Cancellarius recognoui.

Arnulfus seu Arnoldus Comes Lossensis fundat Auerbodiensem Abbatiam, ord. Præmonstratensis, an. 1135.

Ego Arnoldus Dei gratiâ dictus Comes de Los, cum Ludouico fi-
Auerbodē. lio meo, ecclesiam S. Mariæ sanctiq́ue Ioannis Bapt. in Auerbodio nostro alodio fundauimus, & in ea Canonicos Præmonstratensis ordinis, sub regula B. Augustini degentes, collocauimus, quibus omnem terram cum nemoribus à terminis Endelberge vsque ad terminum, qui dicitur VVliepach, concessimus, & ecclesiam ipsam de Tessenderloe cum decimis & appendiciis largiti sumus. Hanc etiam donationē nostram à beatæ memoriæ Innocentio II. firmari fecimus. Acta sunt
1135. hæc anno millesimo centesimo tricesimo quinto.

Innocentius II. *Papa, Alexander Leodicensis, Stephanus Metensis & Philippus Colonienſis Episcopi dicto cœnobio benefaciunt.*

INNOCENTIVS Episcopus, seruus seruorū Dei... ecclesiam B. Mariæ sitam in Auerbodio, quam nobilis vir Arnulphus Comes, eiusque participes fundauerunt, sub protectione S. Petri suscipimus, & præsentis priuilegij pagina communimus. Datum Laterani, anno mille-
1139. simo centesimo tricesimo nono, pontificatus nostri anno decimo.

EGO ALEXANDER Dominici gregis in Episcopio Leodicensi humilis custos, notū facio quòd Arnulphus Comes de Los, assensu aliorum nobilium participum suorum, scilicet Arnulphi de Arcschot, Arnulphi de Diest, Cunonis de Repe, & Rodulphi Abbatis monasterij S. Trudonis, alodium, quod nominatur Auerbodium, ad honorem Christi dedit. Hoc autem in diebus nostris stabilitum est, me teste, me præsente,

præsente, temporibus Lotharij Imperatoris, Brunonis Archiepiscopi Colonienſis, Pagani Ducis Limburgenſis, & Godefridi Comitis Namucenſis.

STEPHANVS diuina miſeratione Metenſis Epiſcopus..... Terram quæ Auerbodium vocatur, vſque ad hæc tempora ſolis latronum & prædonum ſpurcitiis, rapinis ac homicidiis vacantem, in qua cum aliis viris nobilibus portionem aliquam eccleſia S. Trudonis habuit, conſenſu Rodulphi eiuſdem eccleſiæ Abbatis, eccleſiæ S. Ioannis Baptiſtæ, quæ inibi fundata eſt, liberè poſſidendam contradidimus. Huic noſtræ traditioni aſſenſum præbuerunt Aduocati eccleſiæ S. Trudonis, Waleranus Dux & Marchio Lotharingiæ, & Gisbertus de Durachio. Teſtes adhibiti, Bruno Colonienſis Archiepiſcopus, Albero Epiſcopus Leodicenſis, Comes Godefridus de Namuco, Arnoldus de Los, Lambertus de Monte acuto. Actum anno milleſimo centeſimo 1136.
triceſimo ſexto.

PHILIPPVS Dei gratiâ Colonienſis Archiepiſcopus dilectis in Chriſto fratribus, Stepponi Abbati, & toti conuentui in Auerbodio. Domum veſtram in Auerbodio, quam licet poſſeſſione tenuem, deuotione tamen inuenimus locupletem, in protectione noſtra ſuſcipimus. Nominatim autem ius patronatus eccleſiæ de Teſſenderlo, à Comite de Los vobis collatæ, ſimiliter jus eccleſiæ de Teſtolt, item quidquid pertinet ad curiam veſtram de Cheiſerburch, item beneficium quod contulit vobis * Gerardus Comes de Los in Teſſenderloe, *ob.1188.
præſentis ſcripti patrocinio confirmamus. Datum in Auerbodio, pontificatus noſtri anno decimo octauo.

Notatio de Comitibus Loſſenſibus in diœceſi Leodicenſi.

OTTO Comes Loſſenſis, vt quidam volunt, filios reliquit *Giſlebertum* Comitē Loſſenſem ſine liberis defunctum, & *Baldricum* Epiſcopū Leodicenſem, qui S. Iacobi monaſteriū in ea vrbe fundauit, & an. 1017. deceſſit. Poſt Giſlebertum ARNVLFVS Comitatum Loſſenſem tenuit, qui ex Leutgarde Flandrenſi, coniuge ſua, prolem non ſuſtulit, & an. 1014. moriens Comitatum Loſſenſem eccleſiæ Leodicenſi, hortante Baldrico Epiſcopo, cognato ſuo, legauit: vt Anſelmus rerum

Leodicensium scriptor cap. 59. & 62. commemorat. Arnulfi frater aut cognatus fuit *Hermannus*, Archidiaconus & Canonicus ecclesię S. Lamberti Leodicensis, qui in honorē SS. Petri & Pauli & S. Odulphi collegium septem Canonicorū in opido * Losſensi fundauit, & in medio choro ibidem conditus iacet. Nisi fallor, hunc ipsum Comitatum Losſensem seu Hasbaniensem an. 1040. suprà pag. 162. Henricus III. Niger Imp. Nithardo Leodicensi Episcopo donauit. Anno 1067. OTTO Comes Losſensis floruit, qui tabulas Stabulenses, suprà pag. 292. & 293. productas, signauit.

* *Borchloon.*

1. Anno 1086. ARNOLDVS siue Arnulfus vixit, qui dictum Comitatum in feudum ab Ecclesia Leodicensi acceptū tenuit: vt rerum Leodicensium scriptores tradunt. Idem cum fratre suo Theoderico an. 1101. Andennense diploma signauit; fitque eiusdem mentio in diplomate Laubiensi eiusdem anni, suprà pag. 274. & 275.

2. ARNOLDVS, Arnoldi siue Arnulfi filius, an. 1119. diploma Antuerpiense signauit, & an. 1135. Auerbodium, ord. Præmonstratensis Abbatiam, fundauit.

3. LVDOVICVS, Arnoldi filius, an. 1146. Antuerpiensi & an. 1165. Heinsbergensi diplomati subscripsit, & circa an. 1170. obiit, in Losſensis opidi Begginagio conditus. Ex Ermensinde, domina de Reneke, Gerardi & Heluidis de Castris filia, genuit Gerardum Comitem Losſensem, Lauretam Theobaldo Comiti Barrensi, Imaginam Godefrido III. Brab. Duci, & N. Alberto Comiti de *Muha*, nuptas.

4. GERARDVS Comes Losſensis cœnobium Herkenrodense monialibus Cistertiensibus ædificauit, an. 1170. contra Radulfum Episcopū Leodicensem bellum gessit, in Syria item militauit, & an. 1191. decessit. Duas habuit coniuges, Adelheidem Gelrensem & N. filiam Godefridi Brabantiæ Ducis. Genuit Ludouicum Comitem Losſensem, Henricum, Gerardum & Arnulfum.

5. LVDOVICVS Comes Losſensis an. 1201. duxit Adam Theoderici Hollandiæ Comitis filiam secundò genitā, & pro Comitatu Hollandiæ dui certauit, obiitque 1218. sine liberis. Idem an. 1202. Comitatū suum Losſensem S. Lamberto tradidit, eumque in feudum ab Hugone Episcopo Leodicensi accepit: vt Ioannes presbyter to. 2. cap. 22. rerum Leod. fusè narrat.

Arnoldus



ARNVLFVS Ludouici frater & heres genuit Arnulfum Comitem Losſenſem, qui duxit Ioannam filiam heredem Ludouici Comitis de Chiny, Domini de Agimont & Giuet. Ex ea nati, *Ioannes* Comes Losſenſis, *Ludouicus* Comes Chiniacenſis, Dominus de Agimont & Giuet, ſine liberis defunctus, *Arnulfus* Epiſcopus Catalaunenſis, N. filia primùm Domino Falcoburgenſi, pòſt Vornenſi apud Zelandos nupta, *Iuliana* vxor Walteri Domini de Kieurain & Ambliſe, & *Iſabella* vxor Thomæ de Coucy, Domini de Veruin. 6.

IOANNES Comes Losſenſis ex N. Comitis Iuliacenſis filia genuit *Arnulfum* Comitem Losſenſem & Chiniacenſem, *Theodericum* Heinsbergæ Dominum iure vxorio, & *Ioannem* Dominum de Agimont, in obſidione Brixienſi 1310. cæſum. 7.

ARNVLFVS an. 1296. Haſſeltenſe Auguſtinianorũ monaſteriũ dotauit. Ex Margarita coniuge genuit *Ludouicum* Comitem Losſenſem & Chiniacenſem, *Arnoldum*, & *Mariam* vxorem Godefridi Heinsbergę Domini. 8.

LVDOVICVS, Arnulfi filius, vtriuſque Comitatus heres, an. 1336. moriens 9.

moriens ex Ioanna de Blamont, aliàs Blankenberg, vnicam reliquit filiam *Margaritam*, Ioannis Lotharingiæ Ducis coniugem, quæ an. 1372. sine liberis decessit, in Aureæ Vallis monasterio condita.

10. Ludouico an. 1336. sine prole mascula defuncto, THEODERICVS Heinsbergæ Dominus, Godefridi & Mariæ filius, Comitatū Lossensem occupauit; vt Ioannes presbyter lib. 2. Hist. Leod. cap. 22. fusè narrat. Filios reliquit *Theodericum*, & *Ioannem* Heinsbergæ ac Dalembrouci Dominum, & N. vxorem Arnoldi Domini de Rummis prope Distemium.

11. THEODERICVS, fauente Adolfo Marcano Leodicensi Episcopo, cuius sororem duxerat, Comitatum Lossensem possedit. an. 1361. non relicta prole moriens (nam filius eius Godefridus anno præcedente sine liberis decesserat) heredem scripsit fratrē suum IOANNEM Heinsbergę Dominū, qui ius suum sororio suo Arnoldo Domino de Rummis vendidit. ARNOLDVS post varia prælia in ordinem redactus, demum Engelberto Marcano Leodicensi Episcopo Comitatum Lossensem, accepta ingenti pecuniæ summa, cessit; mansitque is deinceps penes Ecclesiam Leodicensem. Comitatum porrò Chiniacensem, post obitum Margaritæ Ludouici filiæ, Carolus IV. Imp. fratri suo Wenceslao Duci Luxeburgensi an. 1372. dedit, mansitque ab eo tempore vnitus cum Ducatu Luxeburgensi.

CAPVT CXLVII.

Innocentius II. *Papa anno* 1136. *confirmat immunitatem ecclesiæ Marsnensis, & substitutionem monachorum, loco Canonicorum.*

INnocentius Episcopus, seruus seruorum Dei, dilecto filio Oddoni, Abbati monasterij S. Remigij, eiusque successoribus in perpetuum. Dilecte in Domino fili, Oddo Abbas, tuis rationabilibus postulationibus clementer annuimus, atque libertatem ecclesiæ de * Marsna, ad monasterium beati Remigij pertinentis, ab Alexandro quondā Leodicensi Episcopo tibi concessam, & ab Hermanno eius Archidiacono & fratribus suis firmatam, præsentis scripti pagina roboramus, & futu-

*pag. 117.

ris

ris temporibus inconuulsam manere decernimus; vt videlicet tam in Præpositura quàm etiam in canoniis, decedentibus clericis, qui præfatæ ecclesiæ beneficia possident, iuxta dispositionem tuam & successorum tuorum, loco eorum monachi substituantur. Datum Pisis, per manum Aimerici sanctę Romanæ Ecclesiæ Cardinalis & Cancellarij, IX. Kalendas Decembris, Indictione XIV. anno millesimo centesimo tricesimo sexto, pontificatus verò domni Innocentij Papæ II. anno 1136. septimo.

Lotharius Imp. an. 1136. probat diuisionem prædiorum ecclesiæ Niuellensis in tres portiones.

Ego Lotharius, Dei miseratione Romanorum Imperator, satisfaciens petitioni Odæ Abbatissæ, insuper rogatui Hermanni Præpositi, Capellani nostri, precibusque tam clericorum quàm sanctimonialium S. Gertrudis Niuellensis ecclesię, eiusdemque ecclesię necessitati condescendens, quæ in confinio & in ingressu regni mei sita, crebra tyrannorum grassatione quassata, vtpote Francorum regno finitima, omnia à prædecessoribus nostris, Henrico III. Imp. eiusdemque filio Henrico Rege, eidem ecclesiæ concessa sigilli mei impressione corroboro. Præcipio insuper, vt diuisiones possessionum eiusdem ecclesiæ, sicut antiquitus constitutæ sunt à prædictis Regibus, ita distinctæ permaneant. Res autem eiusdem ecclesiæ in tres portiones sunt diuisæ, in Xenodochium, in beneficium Abbatissæ, in præbendas fratrũ & sanctimonialium LXXII.... pag. 170.

Ego Bethaldus, vice Ekhicardi Cancellarij, recognoui. Testes, Bruno Archiep. Colonienſis, Albero electus Leodicensis, Andreas Episcopus Traiectensis, Albero Metensis Episcopus, Otto Comes Palatinus, Albertus Marchio. Datum anno M. C. XXXVI. Indictione XIV. anno regni Regis Lotharij decimo, Imperij tertio. Actum Aquisgrani. 1136.

Theodericus Alsatius Flandriæ Comes, eiusq; coniux Suanahildis, varia prædia an. 1136. dant ecclesiæ Truncinienſi, quæ nunc est Abbatia ord. Præmonſtratenſis in vrbe Gandauenſi, ab Iuano Comite Alostano fundata.

Drongen. Ego Theodericus, Dei gratia Flandriæ Comes, ob remissionē peccatorum meorum & salutem animæ meæ,& coniugis meæ *Suanahildis* Comitissæ,locum quendam sacræ religioni congruum,in fundo Wasiæ situm inter siluam quæ dicitur Conegesfurst & villam Bardamara, nunc Salechem vulgò nominatum, S. Trinitati & Dei genitrici Mariæ, nec non S. Ioanni Euangelistæ liberum obtuli, in vsus fratrum regularium, secundùm regulam beati Augustini ibidem Deo seruientium. Contradidi etiam illum locum qui dicitur Hulsterloe, cum siluis & *Moer*, & pratis & pascuis, & cæteris appenditiis inter prædicta loca sitis, & vsque ad circumiacentes parochias porrectis. Hoc autem donum feci petitione domini IVVANI, eiusdem loci fundatoris,hominis mei, cuius hæc feoda fuerunt. Addidi etiam,ne quis Aduocatiam in his prædictis datis habeat, præter Comitem Flandriæ,vel eum qui dominium Wasiæ tenuerit à Comite. Quòd si & ipse prædictos fratres in aliquo temerè grauauerit,& admonitus corrigere neglexerit,ipsam Aduocatiam in perpetuo amittat. Denique vt hæc rata maneant, sigilli mei impressione & testium subscriptione confirmare præcepi.

Signum Rogeri Brugensis Præpositi, S.Roberti.....

Idem Theodericus Comes, & altera vxor eius Sibylla, Truncinienſem ecclesiam à sæculari iure liberant, an. 1138.

Ego Theodericus,Dei gratia Comes Flandriæ, vnà cum vxore mea *Sibylla*, filia Fulconis Regis Hierosolymitani, ecclesiā B.Mariæ Truncinienſis liberam concedentes,ab omni sæculari iure ac potestate,cum omnibus appenditiis suis, emancipamus.Et Oggero eiusdem ecclesiæ Præpo-

Præpoſito, nec non etiam Iuuano, illuſtri viro, præfatæ villæ poſt nos Domino & Aduocato, poſtulantibus, in manus domini Simonis Nouiomenſis ſeu Tornacenſis Epiſcopi, & Goſuini Abbatis de Ierlechē, quidquid noſtri iuris eſt, in perpetuum contradidi vſibus fratrum, ſecundùm regulā B. Auguſtini viuentium... Datum anno M.C.XXXVIII. 1138.

Iuanus Comes Aloſtanus, eiuſq; vxor Laureta ſeu Laurentia, Theoderici Alſatij Flandriæ Comitis filia, an. 1139. *dotant Truncinienſe cœnobium.*

Ego Iwanus de Gand notum facio tam futuris quàm præſentibus, quòd alodium meum in villa, quam *Burſt* vocant, ſeu quidquid iuris inibi erat, excepta mancipatione ſeruorum, ab omni noſtra vel laica poteſtate mancipatum, ad vſum fratrum Truncinienſis eccleſiæ, Præmonſtratenſem ordinem profitentium, Deo ſanctæque Mariæ quæ loco præfato præſidet, tradidi, vnà cum vxoris meæ *Laureta*, filiæ Theoderici Comitis, cui quæcumque noſtræ poſſeſſionis erant, in dotem dederam, conceſſione & petitione: & ipſum ſub præſentia & manu domini Goſuini, fratribus ſuis coram poſitis, ſuper ſacrū altare Truncinis manu propria obtuli. De feodo autem Comitis, quod Comes ipſe conceſſit, petiit pariterque donauit, videlicet totum pomœrium, cum quattuor manſionibus ei adiacentibus, quarum tres Auæ de Ornace, quarta verò cuiuſdam Willelmi militis mei fuerant, terram quoque Arnulphi Falconarij, terram quoque Gripponis, & terram quandam paludoſam, quam Melſuelt appellant, & hæc Truncinis: in Waſia verò Salichem, cum circumpoſita terra, & villula totaque palude & duabus etiam partibus decimæ, quæ me contingebant, Hulſt quoque & Hulſterloe, vſque ad adiacentes parochias, apud Velſeke incultam terram, quæ iacet iuxta Punbeke & iuxta Lokeren, curtim cum noua terra, inſuper autem decimationem molendinorū, per nunerum hebdomadarum, & omnium redituum meorum Torcungis, Truncinis, & in tota Waſia tam futurorum quàm præſentium: hæc, inquam, ego & prænominata vxor mea, Deo liberè & votiuè obtulimus: quæ præſentis paginæ ſcripto poſterorum notitiæ tranſmittenda curauimus.

Signum

Signum Rasonis de Gauera, S. Willelmi de Boulaer, S. Gerardi Constabularij de Niniue, S. Giselberti de Lidekercka, S. Goselini de Ordeghem, S. Stepponis, S. Balduini de Lethe, S. Oilardi, & fratris eius Theoderici de Niuela, S. Henrici patruelis eorumdem, S. Willelmi de Viua, S. Gerardi & fratris eius Hugonis, S. Geruasij, S. Hugonis de Affne. Actum Truncinis anno millesimo centesimo tricesimo
1139. nono, Indictione II. Epacta XVIII. Concurrente VI. X. Kalend. Octobris.

CAPVT CXLVIII.

Lotharius III. *Imp. Stabulensis Abbatiæ priuilegia confirmat, an.* 1137.

pag. 289. LOtharius, Dei gratia Romanorum Imperator, Wibaldo Stabulensi Abbati, suisque successoribus in perpetuum. Personam venerabilis Abbatis VVibaldi, qui eidem cœnobio præest, præcipuo amore ac familiaritate nostra dignam iudicamus, cuius fides circa stabilitatẽ Imperij nostri in hac Italica expeditione manifestè enituit, qui post multos labores & pericula, quæ pro nobis & nobiscum in administratione Imperij in Apulia pertulit, nobis redeuntibus in monasterium Cassinense, à fratribus eiusdẽ loci & vniuerso populo, violenta & admirabili prorsus electione, in Abbatẽ raptus, & ad firmitatem nostri Imperij remanens, nostram Celsitudinem petiit, vt Stabulense monasterium (cuius curam ipse non deposuerat) & res ad ipsum pertinentes nostro priuilegio imperiali munire & confirmare dignaremur. Cuius petitioni assensum præbentes, iam dictum Stabulense monasterium cum Malmundario & omnibus appendiciis, secundùm instituta Regum, Sigiberti, Dagoberti, Childerici & aliorum, nec non Imperatorum Caroli, Ludouici & trium Ottonum, Conradi quoque & Henricorum quinque, in nostram tutelam suscipimus. Castellum Longiæ cum toto montis corpore, & vtrisque vallibus & Comitatu, ad indominicatam Abbatis manum & potestatem & ordinationem, cum omnibus beneficiis & casatis qui ad custodiam castelli pertinent, spectare decernimus, nec in ipso castello, aut in possessionibus ad ipsum pertinentibus, aliquam habitationem vel potestatem Aduocatum habere per-

permittimus. Item concedimus, vt tam ipse quàm sui successores xx. marcas, aut xx. marcarum seruitium singulis annis, si Aquisgrani venerimus, nobis aut nostris successoribus persoluant. Et vt hoc ratum in omnia tempora maneat, hoc præceptum propria manu signauimus, & aurea bulla insigniri fecimus. Testes etiam qui affuerunt subterannotari fecimus.

Albero Treuirensis Archiep. Conradus Magdeburgensis Arch.
Mengoudus Merceburgensis Episc. Albero Basilienſis Episc.
Albero Leodiensis Episc. Andreas Traiectensis Episc.
Anselmus Halberstadensis Episc. Henricus Tullensis Episc.
Conradus Ab. Fuldensis, Henricus Dux Bau. & Marchio Tusc.
Conradus Marchio de VVittim, Manfredus Marchio,
Fredericus Marchio de Ancona, & frater eius VVarnerus,
Comes Landolfus Buccauitelli, Comes Poppo,
Comes Adulphus, & alij multi Barones Romani Imperij.

Ego Eckardus, vice Henrici Ratisbonensis Episcopi & Archicancellarij, recognoui. Ego Engelbertus monachus, vice Bertolfi Notarij, scripsi. Data anno millesimo centesimo tricesimo septimo, Indictione I. x Kal. Octobris, anno regni Regis Lotharij XIII. imperij V. Actum Aquini in Campania. 1137.

S. Foillani cœnobium, prope Rodium Hannoniæ opidum, auctoritate Nicolai Episc. Cameracensis firmatur, an. 1137.

Ego Nicolaus, Dei gratia Cameracensium Episcopus.... Laudamus & corroboramus piam deuotionem & benefactum prædecessoris nostri domini Burchardi, qui ob animæ suæ salutem, & beati martyris * Foillani meritum, petitioni ecclesiæ * Fossensis condescendens, quæ de emancipatione & honorificentia illius loci erat, in quo prædictus martyr passus fuerat, locum illum sacri sanguinis illius vnda respersum, & frequenti miraculorum luce perspicuum, vbi & capella in honorem illius sita erat, emancipauit; & tam ipsum, quàm altare de Strepy cum omnibus suis appendiciis, seu altare de Archenne prope Niuellam, item altare VVallers, & capellam Borle-Fontaine, beato martyri Foillano & ecclesiæ Fossensi, super sanctissimum ipsius corpus, quod ibidem ad hoc perficiendum, cum plurimis Sanctorum cor- *pag. 326 * in diœc. Leodicēsi.

poribus delatum erat, contradidit ad vsus fratrum qui in eodem loco, in silua quæ * Cherbonirensis dicitur, sub regulari habitu & ordine, Deo & B. martyri Foillano deseruirent. Statuit etiam vt singulis annis ecclesia illa Cherbonirensis ecclesiæ Fossensi, in dedicatione eiusdem, aureum nummum vel XII. nummos censualiter solueret: & si locus ille meritis B. Foillani & fratrum religione adeò multiplicaretur, vt loci facultas Abbatem exigeret, & conuentus ille Abbatem sibi eligeret, electumque Cameracum ad consecrandum perduceret; consecratus Fossas, ad accipiendum pastorale baculum ab altari beati martyris Foillani, & ad renouandas societates & confraternitates veniret, & eo defuncto prædictum baculũ Fossas super idem altare, inde iterum suo tempore à successore recipiendum, fraternitas remitteret. Hoc autem tam rationabile institutum, quod à præmemorato antecessore nostro factum est, vt inconuulsum permaneat, ego Nicolaus, Dei gratia eius successor & Cameracensiũ Episcopus, approbo. Actum anno 1137. millesimo centesimo tricesimo septimo.

*Carbonaria I. Cæsari.

CAPVT CXLIX.

Conradus II. *aliis* III. *Imp. Ostergoam & VVestergoã donat ecclesiæ cathedrali Vltraiectensi an.* 1138.

CONradus Rex Romanorũ III. notum esse volumus cunctis, qualiter Comitatum quendam Frisiæ, *Oostergouwe* & *VVestergouwe*, S. Martino ad ecclesiam Traiectensem, petitione venerabilis Andreæ eius sedis Episcopi, iustè resignauimus, quem iniustè eidem ecclesiæ ablatum comperimus. Dederat sanè prædictum Comitatum Traiectensi ecclesiæ Henricus IV. Imp. propter amorem Conradi eiusdem sedis Episcopi. Quod donum filius eius Henricus V. Imp. iterando renouauit. Nunc igitur quia aliquamdiu sub prædecessore nostro Lothario Imp. prædicta ecclesia suo iure & prædicto Comitatu caruit, vlteriùs eam suo iure carere nolumus. Testes,

Thiewinus S. Rufinæ Card. Episc. Apostolicæ Sedis Legatus,
Arnoldus Colonienſis Archiep. Albero Treuerensis Archiep.
Embrico VVirzeburgensis, Albero Leodicensis,

VVerne-

VVernerus Monasterienſis, Vdo Oſnaburgenſis,
Stephanus Metenſis, Nicolaus Cameracenſis Epiſcopus,
VValramus Dux, VVilhelmus Comes Palatinus,
Godefridus Comes Namucenſis, Henricus Comes de Zutphé,
Arnoldus Comes de Cliuo, Adolphus Comes de Saffenberch,
Adolphus Comes de Caſtro, Conrardus Comes de Bonna,
Arnoldus Comes de Loen, Conradus de Hagen,
Rothgerus de Duria, & alij quàm plures.

Data v. Idus Aprilis, Indictione I. anno Dominicæ incarnationis M.C.XXXVIII. regnante Conrado Rege Romanorum III. primo anno regni eius. Actum Coloniæ. Ego Arnoldus Cancellarius recognoui & recenſui, vice Archicancellarij Moguntini. 1138.

Idem Conradus Imp. prædium Harue ab Henrico III. *Aquiſgranenſi eccleſiæ collatum confirmat, an.* 1138.

Conradus diuina fauente clementia Romanorum Rex ſecundus notum facimus cunctis, qualiter prædium illud quod eſt in Harue, quod auus noſter Henricus III. Romanorum Imperator, ob interuentum filij ſui Henrici, ſanctæ Dei genitricis Mariæ eccleſiæ Aquiſgrani donauerat, deinde idem filius eius Henricus IV. Imp. ſua actoritate *pag.* 272. firmauerat, eidem eccleſiæ reſtituimus, & regia auctoritate noſtra roboramus cum omnibus appenditiis. Firmamus quoque prædictæ Aquenſis eccleſiæ tres Aduocatias, videlicet ſuper prædictum prædium *Harue*, & ſuper duo loca *Loncins* & *Mandreuelt*, quæ pertinent ad præfatam S. Mariæ eccleſiam Aquenſem. Teſtes, Gidvvinus S. Rufinæ Epiſcopus Cardinalis & Apoſtolicæ Sedis Legatus, Arnoldus Colonienſis, Albero Treuerenſis Archiepiſcopus, Embricho VVirzeburgenſis, Albero Leodicenſis, Andreas Traiectenſis, VVernerus Monaſterienſis, Vdo Oſenburgenſis, Rodulphus Halberſtatenſis Epiſcopus, VVilhelmus Comes Palatinus, VValramus Dux & filius eius Heinricus, Godefridus Namucenſis Comes, Arnoldus Comes de Cleue, Arnoldus Comes de Los. Data IV. Idus Aprilis, Indictione I. anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo trigeſimo octauo, regnante Conrado Romanorum Rege II. anno primo regni eius. Actum Coloniæ. 1138.

Xenodochium B. Mariæ & XII. Apostolorum, in vrbe Bruxellensi, à Rikelde matrona fundatum, tabulis publicis roboratur an. 1138.

Notum sit tam futuris quàm præsentibus, quòd matrona quædam Rikeldis locum quendam atrio S. Michaëlis sanctæque Gudilæ continuum, ad vsus pauperum, Alberto Bruxellensis ecclesiæ Parochiano atque Canonico tribuit, in quo ipse domum hospitalitatis, in honore S. Mariæ & duodecim Apostolorum, impensa rerum suarum, à principio fundauit. Cui adhuc consolatione temporalium carenti quidã fidelium diuinitùs inspirati manũ benignitatis extendunt, & partem patrimonij sui ad recreationem pauperum intulerunt, Fastradis curtem vnam, Frideburgis vnam, Euervvinus Canonicus bonarium culturæ, Hugo dimidium bonarium, Theodericus de Molla bonarium & dimidium, Oda, quæ dicebatur Rufa, dimidium bonarium, Elterus quartam partem bonarij, Euervvinus de Scarenbeca vnum bonarium prati, vnum culturæ, tres modios annonæ de molendino & partẽ decimæ in Haren. His se sic habentibus, & Alberto viam vniuersæ carnis ingresso, ego Folbertus, Christianæ religionis professorum minimus, tam ex præcepto Godefridi Ducis Lotharingiæ, quàm exhortatione Burchardi Episcopi, præfatam domum procurandam suscepi: cui sollicitudinem, prout potui, vigilantiùs impendi. Eidem Hospitali præfatus Episcopus reditus altaris, quod est in *Etterbeke*, ad vsus pauperum, assignauit. Testes & assensum præbentes filij Ducis, Godefridus & Henricus: testes, VValdericus, Godero, Arnoldus, Capellani, Leonius Franco Castellanus, Arnoldus Dapifer, Egelbertus de Bigardis, Gerardus Hurat, Giselinus... Franco Pincerna, Henricus de Spale, Euervvinus de Scarenbecca, Gosuinus Clabuc, Franco Conus, Egericus, Arnoldus de VVidescat, Gosvvinus, Balduinus & Meinardus, Scabini. Actum Bruxellæ anno millesimo centesimo tricesimo octaua. Ego Godefridus Dux Lotharingiæ recognoui, & sigilli mei appensione hæc inconuulsa manere volui.

1138.

VVar-

VVarneſtonenſis Canonicorum ſæcularium S. Petri eccleſia in regularem conuertitur an. 1138. à Milone Morinenſi Epiſcopo. Quam mutationem Theodericus Alſatius Flandriæ Comes, & Adelidis Peronæ ac VVarneſtonij Domina, approbant.

Ego Theodericus piæ poſtulationi domini Milonis Morinorum Epiſcopi de ordinanda eccleſia VVarneſtonenſi libens aſſenſum præbeo, & quidquid ibidē iuris habere viſus ſum, & ipſam eccleſiam, cum reditibus ſuis, in manum Epiſcopi liberè concedo: ita videlicet vt ibidem Abbas cum fratribus conſtituatur, ac iuxta ordinem & conſuetudines eccleſiæ B. Nicolai de Atidagmantia, ſacræ religionis cultus & habitus in perpetuum obſeruetur. Aſſenſum quoque dominæ Adelidis de Perona & clericorum ſæcularium, qui præfatæ eccleſiæ hactenus miniſtrarunt, ab hac noſtræ paginæ ſententia non diſcrepantem, ea qua præſum poteſtate, iure & auctoritate approbo atque confirmo; atque hoc ipſum, auctoritate Milonis Epiſcopi, confirmari volo. Actū eſt hoc anno M. C. XXXVIII. Adfuerunt autem, Aluiſus Atrebatenſis Epiſcopus, Philippus & Milo, Teruanenſis eccleſiæ Archidiaconi, Leonius Abbas eccleſiæ S. Bertini: laici verò, Giſlebertus Bergenſis, Anſelmus Iprenſis. pag. 328. 1138.

Idem Milo Epiſcopus confirmat poſſeſſiones eccleſiæ VVarneſtonenſis, an. 1142.

Ego Milo, Dei gratia Morinorum Epiſcopus, dilecto filio Gualtero Abbati de Guarneſton, ſuiſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum. Tuis, dilecte frater, Abbas de Guarneſton, ac fratrum tuorum deſideriis annuentes, quæcumque impræſentiarum canonicè poſſidetis, aut in futurum iuſtè adipiſci poteritis, vobis veſtriſque ſucceſſoribus, ſub regula B. Auguſtini Chriſto militantibus, perpetuò concedimus, & ſigilli noſtri impreſſione confirmamus. In quibus hæc propriis duximus notificanda vocabulis; quidquid iuris domina *Adhe-*

lidis & Canonici fæculares in eccleſia de Guarneſtõ poſſederunt, quod eadem Adhelidis & Comes Flandriæ Theodoricus in manu noſtra liberum reddiderunt, duas partes decimæ, tam minutæ quàm magnæ, præfatæ villæ, dimidietatem oblationum, & XL. ſolidos de teloneo, & totam Maheriam, manſiones Canonicorum omnino liberas, terram vltra Douiam, & terram de Leia quam Folcerus tenuit, terram in Broco quam Giraldus ad lumen eccleſiæ dedit, terram Tolpaldi quam ipſe & vxor eius, & filij & filiæ eius dederunt. Actum eſt hoc
1142. anno Domini milleſimo centeſimo quadrageſimo ſecundo, Indictione quinta, coram his teſtibus, Philippo & Milone Archidiaconis, Hermanno Decano, Galtero Cuſtode, Gerbodone Cantore, Nicolao, Balduino, Alelmo, Teruanenſis eccleſiæ Canonicis, Balduino de S. Vulmaro, Gilleberto de Blangi, Manaſſe VVatinienſi, Iſaac Formoſolenſi, Henrico de Liskes, Abbatibus, Balduino Bergenſi, Arnoldo Furnenſi, Ioanne Iprenſi Decanis, aliiſque multis.

CAPVT CLI.

Niniuenſem SS. Cornelij & Cypriani Abbatiam, ord. Præmonſtratenſis, à Gerardo Niniuenſium Domino, Amulrici Flandriæ Conſtabularij filio, fundatam Nicolaus Epiſc. Cameracenſis confirmat an. 1138.

Ninoue. EGo Nicolaus, Dei gratia Cameracenſis Epiſcopus, notũ facimus, quòd eccleſiæ de Niniue, quam cum altari, atrio atque appenditiis ſuis, prædeceſſor noſter Burchardus, Amulrici Conſtabularij Flãdrienſis petitione, liberam effecerat, quidquid in futurum canonicè poterit adipiſci, poſſidere gratanter annuimus. Porrò præfatæ fratres eccleſiæ, ſecundùm Apoſtolicam inſtitutionem atque tenorem Præmonſtrati ordinis degentes, ne deinceps requietionis ſuæ amœnitate priuentur, decernimus quædã beneficia priuilegio commendari, quæ nullatenus ab eccleſiaſtico iure conuenit alienari. Siquidem Gerardus, ſuprà memorati Amulrici filius, in omnibus aquis, quas ipſe liberè poſſidet, grata largitate fratribus piſcationem perpetualiter conceſſit.

cessit. Præterea ex beneficiis eiusdem Gerardi, piscatorias tendiculas quattuor, quas vulgò vieria nominamus, in flumine Teneræ hereditario iure possidebunt. Addidit etiam ideò Gerardus territorium de Windresdala, & adiacentia eius; & alodium de Roslaer, & septem libras in villa Testerep persoluendas. Nos verò sancimus, vt pro Gerardo, eiusdem ecclesiæ fundatore & constructore, in eadem ecclesia iugis memoria in orationibus habeatur. Actum anno millesimo centesimo tricesimo octauo, Indictione XV. præsulatus domini Nicolai 1138.
secundo. Ego Guerinboldus scripsi & recensui.

Theodericus Alsatius Flandriæ Comes Abbatiam Niniuensem an. 1142. in protectionem suscipit, petente fundatore Gerardo Niniuæ Domino.

Theodoricus Elsatiús, diuina dispensante prouidentia Flandrensium Comes, tam futuris quàm præsentibus in perpetuum. Petitioni domini Gerardi de Niniue, cognomento Constabularij, piè acquiescentes, Abbatiã de Niniue, sub nostro dominio & Flandrensi Aduocatia tuendam, de manu ipsius Gerardi suscepimus. Præfatus siquidem Gerardus temporibus nostris in suburbanis suis Abbatiam in honore sanctæ Dei genitricis Mariæ & sanctorum martyrum Cornelij & Cypriani instituit, ipsíque necessaria procurauit. Sed quoniã vir sapiens nobis & successoribus nostris sponte sua Aduocatiam Abbatiæ & possessionum eius, ore & manu & testimonio nostrorum suorumque hominum, commisit & dedit, Abbatiam quam liberam inuenimus, liberamque suscepimus, liberam deinceps fore decernimus.

Signum Otgeri Notarij, S. Ivvani de Gant,
S. VVilelmi de Boular, S. Michaëlis Constabularij,
S. Theoderici de Beuerne, S. Balduini de Wenteca,
S. Rogeri Tribuni de Curtraco, S. Balduini de Sichem,
S. Gerardi de Nethervvic, S. VValteri Faityr.

Actum anno millesimo centesimo quadragesimo secundo, Indi- 1142.
ctione quinta, Epacta XXII. Concurrente III.

NOTA-

NOTATIO.

Erat vir quidã nomine GERARDVS cognomento Conſtabularius, filius domini Amalrici Flandrenſis Conſtabularij, in Niniuenſi opido Aduocatus. Huic fuit vxor nomine GISLA, filia domini Ingelberti de Petenghem, de qua & duas filias genuit, *Machtildem* de Niniue, & *Ermengardem* de Wome. Erant autem in opido Niniuenſi duo Canonici celebris memoriæ viri, Balduinus VVala ſcilicet & Oiotus: nam tertio eorum collega defuncto, Aloudo nomine, eius adhuc præbenda vacabat; hiſque dictus dominus Gerardus, ob æternam ſuæ vxoris habendam memoriam, quartum ſuperaddere Canonicum diſponebat, decimam de Herlichoue eius præbendæ aſſignans, & eccleſiæ Niniuenſi in perpetuam eleemoſynam condonans. Horum autem Canonicorum præfatus Balduinus Wala, cum Dominis Niniuenſibus à iuuentute in caſtro conuerſatus, capellam procurabat; ad cuius præbendæ inſtaurationẽ olim eccleſiæ XXI. bonaria terræ apud Ehikem fuerant contradita. Huius viri verbis ſæpedictus Gerardus obtemperãter auſcultans, de ipſius & aliorum prudentum virorum conſilio, fratres Præmonſtratenſis ordinis cenſuit aduocandos. Miſſa itaque legatione ad eccleſiã Parcenſem, aduenit eiuſdem eccleſiæ Abbas Simon,
1137. & anno milleſimo centeſimo triceſimo ſeptimo prædicti fratres in feſto S. Martini aduenientes, benigniſſimè ſunt recepti, & omnibus, quæ erant eccleſiæ, in eorum vſus aſſignatis, dictus Gerardus ſeptem bonaria terræ apud Rubroc eis adiecit, & inſuper quintam garbam de omni terra, quam in parochia de Herlinchoue poſſunt acquirere.
1222. Anno 1222. vetus eccleſia parochialis de Niniue cœpit à fundamentis noua conſtrui, & collocatus eſt lapis primarius in fundamento, menſe Iunio, à domina *Agnete* de Grimbergis. Hactenus ex ms. Chronico Niniuenſi.

CAPVT

CAPVT CLI.

Lambertus Barbatus, aliàs Baldricus, Comes Louanienſis, collegium VII. *Canonicorũ Louanij in eccleſia S. Petri circa an.* 1040. *fundauit. Prebendam octauam God. Barbatus, Loth. & Brab. Dux, adiecit. Id conſtat ex diplomate an.* 1140. *dato à Godefrido* II. *Brab. Duce, God. Barbati filio.*

QVæ Deus & larga manus magni Ducis GODEFRIDI, fratris Henrici Comitis, qui Tornaci armis interiit, eccleſiæ S. Petri, quæ eſt in Louanio, noſtris contulerit temporibus, ſcripto commendari curauimus. Hæc autem erant, quæ vir illuſtris Louanienſi adiecit eccleſiæ, præter illa, quæ ad decorem domus Dei exteriùs reſpiciunt (de palliis enim loquor & cortinis, de cappis & caſulis, de dalmaticis & ſubdiaconorum tunicis) ſcilicet præbenda, de qua pendet molendinũ quod dicitur Wiſſecum, & viginti ſolidi, quos perſoluunt de *Binueſſe* manſuarij, & ſingulis diebus nummus vnus de teloneo Louanij: quam ſic pius pater etiam donabat eſſe liberam, vt nullus illam obtineret niſi ſacerdos, & quem clerus loci puriſſimè eligeret. Hoc verò facto, non multo acto tempore, vir præclarus benedictionem ſuper benedictionem paratus addere, eccleſiam, quæ eſt in *Rode*, in communem refectionem vniuerſæ congregationis deſtinauit; oblato altari S. Petro ab ipſo Duce, & ab eius filio, qui paterni honoris fuit heres, & patri æquiuocus. His adiectis, vt in anniuerſario domini Ducis fratres ſimul eſſent in caritate, & in anniuerſariis vxoris eiuſdem ducis dominæ IDÆ & matris eius ALEIDIS ſimilis agerẽtur lætitia. pag. 197.

Præter ſuprà dicta autem notum ſit omnibus, quòd omnes decimæ infrà alodium Louanienſe, tam minutæ quàm maiores, ſiue proueniant ex agris ſiue pratis, nec non de omnibus fructibus infra curtes Louanienſes creſcentibus, & etiam de pecoribus & alitibus, ad ſeptẽ præbendas eccleſiæ S. Petri in Louanio pertinent ſpecialiter. Quas ſeptem præbendas bonæ memoriæ * LAMBERTVS Comes cum Barba in eadem eccleſia conſtituit: & ad eaſdem ſeptem præbendas ſpectant omnes donationes eccleſiarum in Louanio, & donatio maioris * al. Baldricus pag. 225.

parochiæ & omnium altarium, & omnes oblationes, excepta portione Parochiani: & de his prædictis decimis diuisas habent decimas Custos & Parochianus. Ne autem per eleëmosynam proborum virorum accrescentes Canonici in prænominata ecclesia S. Petri in prædictis decimis & oblationibus atque donationibus aliquid iuris possent se dicere habere, & vt falsitati malignantium contra ecclesiam per veritatem huius scripti resistatur, hanc paginam testimonialem Dux Godefridus, filius Godefridi Ducis cum Barba, sigillo muniri & testes subscribi fecit. Hi autem interfuerunt testes, Reinerus Archidiaconus, Henricus Præpositus, Thegenbaldus, magister Stephanus, magister Godefridus, Onekinus Parochianus, clerici. Homines Ducis, Walterus Bertholt, Willelmus de Birbeka, Retzo de Tieldonck, Renerus de Heuerle, Arnoldus Dapifer, Ditferdus Dilenus Villicus
1140. Louanienſis, & alij plures. Actum est anno millesimo centesimo quadragesimo.

Henricus, God. Barbati Loth. Brabantiæq; Ducis filius, in Affligemiensi Benedictinorum cœnobio monachum induit, & varia prædia eidem cœnobio donat, an. 1140. aut 1141.

Notum fit omnibus tam præsentibus quàm futuris, quòd ego Henricus, filius Godefridi Ducis Lotharingiæ & Comitis Louanij, ob declinandas huius sæculi procellas, ad monasterium Affligemense, quasi portum salutis, confugi, vbi Deo & SS. Apostolis eius Petro & Paulo, sub præsentia domini Petri Abbatis & totius congregationis, adstantibus hominibus meis, meipsum in monachum offerens, allodiũ quod apud *Sichne* & *Rode* iuxta *VVerde* ex patre meo me liberè contingebat, & commune cum fratre meo Duce Godefrido, patris mei successore, possidebam, in aquis & pascuis, in campis & siluis, & in omnibus ad ius nostrũ pertinentibus, pro anima patris mei, & matris meæ, & *Claritia* sororis nostræ, & pro me ipso, & pro prædicto fratre meo Duce *Godefrido*, & sororibus meis *Aleide* Regina Angliæ, & *Ida* Comitissa, & pro omnibus parentibus & amicis in eleëmosyna tradidi.

Con-

Conradus II. *alius* III. *Imp. Stabulensi monasterio benefacit, an.* 1140.

Conradus II. Romanorum Rex notum facimus omnibus, qualiter Abbas Stabulensis ecclesię Wibaldus nostram præsentiam adiit, conquerens hoc sibi plurimũ nocere, quòd Ministeriales sui curtium suarum ministeria, id est, iudiciarias potestates & villicationes per feudum & hereditario iure vellent obtinere: vnde fiebat vt ordinatio Abbatis & Præpositorum inefficax esset, & coloni ecclesiæ ad inopiã redigerentur. Communi itaque Principum nostrorum & generalis curiæ nostræ, quæ Leodij celebrabatur, consilio, obtentu etiam eiusdem Abbatis Wibaldi, iudicari fecimus, quòd nullus Iudex qui vulgò Scultetus dicitur, nullus Villicus qui vulgariter Maior vocatur, ministerium suum diutiùs habere & retinere valeat, nisi quamdiu cum gratia Abbatis deseruire queat, sed quotiescumque iussus fuerit reddere, sine contradictione reddat, nec filius post obitum patris per hereditatem repetat... Et quoniam Aduocatorum violenta rapacitas vix coerceri potest, Stabulensi ecclesiæ concedimus & præcipimus, vt Aduocatus in curtibus eiusdem ecclesiæ, siue in Ministerialibus vel in tota familia nullam iustitiam, nullum placitum, nullum hospitium, nullam precariam, nullam prorsus exactionem vel seruitium habeat, sed omnis iustitia, omnes lites, omnes caussarum & placitorũ vtilitas ad Abbatem, & vbi ipse voluerit, pertineat. Si verò per se Abbas aut per suos aliquid corrigere non potuerit, ad inuitationem Abbatis Aduocatus sine mora vel contradictione veniat, & tertiam partem de ijs, quæ ex illa dumtaxat iustitia accreuerit, accipiat. Aduocatus expeditionem & arma pro summa & debiti sui beneficio nobis successoribusque nostris procuret; Abbate & Ministerialibus & tota familia, atque omnibus eiusdem ecclesiæ possessionibus super hoc liberis, & nullum nobis vel Aduocato supplementum præstantibus.

Hoc quoque quod prædecessor noster Imp. Lotharius III. de seruitio Stabulensis ecclesiæ diffiniuit, & per auream bullam confirmauit, nos immobiliter statuimus, vt nusquam locorum nisi Aquisgrani seruitium soluat: vbi post singulas messes, si illuc venerimus, viginti marcas

argenti, vel viginti marcarum seruitium exhibere debebit. Porrò in ipsis monasteriis, vel in villis ad monasterium pertinentibus triginta marcas aut triginta marcarum seruitium præstabit. Cùm autem seruiet Abbas, vnaquæque matrix ecclesia, quæ sui iuris & ordinationis est, soluet quinque solidos, & vnusquisque mansus duodecim denarios eius monetæ, quæ in Comitatu illo datur vbi possessiones sitæ sunt, nullis ecclesiis, nullis mansis pro aliquo pacto, aut beneficio aut vadimonio ab hac pensione immunibus. Non enim regni seruitium aliquo alienationis modo obligari vel retardari potest aut debet.

Castellū *Longiæ* cum opido, quod idem Abbas Wibaldus sub monte construxit, ad Abbatis manum & potestatem in perpetuum pertinere decernimus; ita videlicet vt Aduocatus nullam iustitiam vel potestatem siue mansionē illic habeat, nec liceat vlli Abbatum inde quidquam in beneficio vel concambio, vel præstaria vel pignore alicui mortaliū concedere. Terminos banni leugæ, sicut in antiquis priuilegiis continentur, rata possessione confirmamus; vt nullus Dux aut Marchio, nullus Comes aut Vicecomes in eis aliquam potestatem vel iustitiam siue iudicium exerceat; nulla persona, quæ ibidem habitet, alium quàm Abbatem dominum habeat, nec pro imparibus nuptiis aut pro sanguinis effusione, vel pro defuncta manu alij nisi Abbati respondeat. Et vt hoc ratum maneat, præceptum hoc conscribi & sigillo nostro insigniri præcepimus, manuque propria corroborauimus. Huic etiam nostræ confirmationi testes idoneos adhibuimus, quorum nomina hæc sunt: Adelbertus Mogūt. Arch. Albero Treuer. D. Ar. Apost. S. Legatus, Albero Leodiensis, Stephanus Metensis, Sigefridus Spirensis, Bucco Wormacensis, Embricho Wirceburgensis, Bernardus Paderburnensis, Vdo Osnaburgensis, Fredericus Sueuorum Dux & Alsatię, Adelbertus Dux Saxonię, Godefridus Dux Louanensis, Wilhelmus Comes Palatinus, Hermannus Marchio, Thibaldus Marchio de Norborch, Geuerardus Comes de Sulcebach, Henricus Comes Namucensis. Ego Arnoldus Cancellarius, vice Adelberti Moguntini Archiepiscopi & Archicancellarij, recognoui. Datum anno Dominicę
1140. incarnationis millesimo centesimo quadragesimo, Indictione III. regnante Conrado Romanorum Rege II. anno verò regni eius secundo. Data Wormaciæ v. Idus Februarij.

Manasses

Manasses Dominus de Hierge in agro Leodicensi, in Syriam profecturus, benefacit Bronienſi Abbatiæ, an. 1140.

Ego Albero, Dei gratia Leodienſis Epiſcopus, ratum duximus notificare tam futuris quàm præſentibus quaſdam conuentiones, quæ habitæ ſunt coram me inter Abbatem Bronienſem Ebroinum, & Manaſſem nobilem virum de *Hirge*. Sunt autem hæ: Cùm idem Manaſſes, reſoluiſſet ire Hieruſalem, venit in præſentiam noſtram, & quædam allodia ſua, quæ iacent in pago Hasbaniæ, ſcilicet *Miele* & *Muſin*, cum omni integritate ſua, cum eccleſia, cum ſeruis & ancillis, terris cultis & incultis, tradidit in manu noſtra, ad vſus Abbatis & fratrum Bro- *pag.* 94. nienſis eccleſiæ, Deo & S. Petro inibi deſeruientium, his conuentionibus interpoſitis:

Prædictus Abbas dedit eidem Manaſſi octoginta marchas; eo rationis modo, vt ſi in hac peregrinatione contigerit eum mori, aut reuerſus obierit abſque legitimo corporis ſui herede, hæc prædicta allodia iure hereditario Bronienſis eccleſia in perpetuum liberè poſſideat. Quòd ſi redierit, & prædicta allodia redimere voluerit, non plus quàm quadraginta marchas Bronienſi eccleſiæ reddet: ſic tamen, vt ſi vxorem duxerit, & legitimos corporis ſui heredes ex ea habuerit, tam ipſe quàm prædicti legitimi corporis ſui heredes in hac poſſeſſione ſibi ſuccedent. Si autem ex his prædictis ſuis legitimis heredibus quandoque ſine legitima corporis ſui ſucceſſione defecerint, prædicta Bronienſis eccleſia, per ipſam traditionem quam ego ſuſcepi, ſine aliqua exactione vel contradictione, recipiet poſſidenda in perpetuum.

Tradidit etiam allodium de *Neureleſie*, pro ſalute parentum ſuorum inibi quieſcentiũ, ita vt quamdiu vixerit, vel heredes legitimi ſui corporis iure ſuo poſſidebunt. Si autem omnes defecerint, Bronienſis eccleſia, ſicut Miele & Muſin, liberè poſſidebit: ita ſanè vt ſex monachi ibi Deo ſeruituri aggregentur; quibus monachis de reditibus ipſius allodij & de aliis ſufficientia victus & veſtitus procurabitur: reſidua verò in vſus fratrum Bronienſium cedent. Per huiuſmodi traditionẽ datis ſæpedictis allodiis, ius Aduocationis in manu noſtra poſuit. Obteſtor autem ego Albero, Dei gratia Leodicẽſis Epiſcopus, ſucceſſores

meos, vt pauperi ecclſiæ hanc traditionem retineant. Huius rei teſtes fuerunt, Archidiaconi, Ioannes, Reinerus, Elbertus, Renzo Decanus, Reimbaldus Præpoſitus S. Ioannis de inſula, Nicolaus Præpoſitus S. Dionyſij, Berengerus Foſſenſis Præpoſitus, Bruno de Duras. De liberis hominibus, Lambertus Comes, Euſtachius Aduocatus, Goſuinus de Falconis Monte, Theodericus de Herlaye, Theodericus de Argentel, & frater eius Wilelmus de Cennaco, Cono de Han, Godeſchalcus de Morelmeis, Ioannes de Leaz, & Berengarius frater eius, Godeſchalcus de Ruze, & alij multi. Actũ Leodij VI. Kalendas Mar-
1140. tij, anno ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo quadrageſimo, Indictione tertia, regnante Conrado Romanorum Rege ſecundo, anno regni eius ſecundo. Recognouit ſupradictam traditionem idem Manaſſes tertia Dominica Quadrageſimæ, quæ eodẽ anno occurrit VI. Idus Martij, in ſæpedicta Bromenſi eccleſia, geblas & ramos de ſingulis allodiis ſuper altare S. Petri, quod maius eſt in eadem eccleſia, ponens. Addidit & B. Petro, poſt obitum ſuum, dimidium piſcationis ſuę de *Han* in perpetuum, duobus diebus per ſingulas hebdomadas Quadrageſimæ, & ſexta feria per totius anni circulum; duos etiam modios ſalis ſingulis annis de conductu nauium in vſu monachorum de *Neureleis*. Huius teſtes fuerunt, Ioannes de Fen Canonicus S. Lamberti, Arnulphus Decanus, Godefridus de Areſcot, Theodericus de Fen, Eibertus de Boſires, & Ægidius filius eius, Wedericus P. & alij multi.

NOTATIONES.

MANASSES] Dominus de Hierge vel Hirge, in agro Leodicenſi, Herbrandi F. Manaſſis N. fuit regni Ieroſolymitani Comeſtabilis ſub Meleſinda Regina. Duxit N. viduam Domini de Ramath in Syria, & ex ea genuit *Henricum* Aduocatum Hasbaniæ & Caſtellanum Bullonienſem, & *Euſtachium*. HENRICVS duxit Iolentam, filiam Nicolai Domini de Ruminy in Thieraſcia, & an. 1212. deceſſit. Henrici filia & heres nupſit RASONI, qui iure vxorio fuit Aduocatus Hasbaniæ & Vexillifer eccleſiæ Leodicenſis. Vide ſuprà ad an. 1127. pag. 332.

LAMBERTVS Comes] de Monte Acutõ, Cononis ſeu Cunonis ſuprà pag. 260. laudati filius.

CAPVT

CAPVT CLII.

Nicolaus Ep. Cameracenſis, Iſaci Montenſis in Hannonia Caſtellani filius, Goſuini Caſtellani frater, an. 1141. dotat Abbatiam S. Ioannis in vrbe Valentianenſi recens inſtitutam.

NIcolaus diuina permiſſione Cameracenſium Epiſcopus tam futuris quàm præſentibus in perpetuum. Eccleſiam S. Ioannis Baptiſtæ Valentianis ſitam, ſub regula B. Auguſtini, modernis temporibus, Abbate & regularibus Canonicis ordinatam, amplificare decernentes, ſuſcepta venerabilis fratris noſtri Claremboldi, primi eiuſdem eccleſiæ Abbatis, petitione, altare de Semeriis, liberum & ſine perſona, præfatæ S. Ioannis eccleſiæ concedimus. Actum anno milleſimo centeſimo quadrageſimo primo, præſulatus domni Nicolai ſecundo. Ego Guerimboldus Cancellarius recenſui. *Valenciennes.* 1141.

Idem Nicolaus Epiſcopus Gerardi-montenſem Abbatiam dotat.

Nicolaus Dei gratia Cameracenſium Epiſcopus tam futuris quàm præſentibus in perpetuum. Venerabilis filij noſtri Geroldimontenſis eccleſiæ Abbatis Gerbodonis petitionibus acquieſcentes, tam ſibi quàm fratribus inibi ſeruientibus in ſubſidiũ altare de Berga, liberum ac ſine perſona, in perpetuum poſſidendum contradidimus. Confirmauimus etiam altaria, quæ eccleſiæ noſtræ Epiſcopus Gerardus ſecundus contulit, altare de Holthem cum appenditiis ſuis Hildregẽ & Idregem, altare de Ockegem, altare de Torincurth; altaria quæ Manaſſes eius ſucceſſor contulit, altare de Lergia, altare de Emeleuuordegem, altare de Goldegem cum appenditiis ſuis Impa & Ottegem, quod Odo Epiſcopus contradidit, quod etiam Burchardus tradidit altare de Aſplar, cũm appenditio ſuo Halu. Confirmamus etiam terras quas Rotbertus Flandrenſis Comes, procinctum eccleſiæ ſcilicet & duos dominicos manſos ſupra Teneram fluuiũ, cum prato ſuo, & ter-

& terras arabiles de monasterij fonte, cum pratis & siluis siue decimis dedit: terras etiam quas Stephanus dedit de Boular in Lergia, terras de Holtem, terras de Bacraham, terras de Scindelbecca, dimidium villæ de Spinegem, Morengem cum siluis & pratis, quartam partem villæ Torincurth cum siluis & pratis, terras quas eadem ecclesia à S. Waldetrude censualiter in Vlienberga & Morbecca tenet, terras de Guatzoniscurte cum siluis & pratis, terras de Wasterebba cum pratis, minutiasque terrarum quas vbi & vbi fideles contulerunt....

Aluisus Ep. Atrebatensis an. 1141. benefacit Abbatiæ Canonicorum regularium ord. Præmonstratensis, quæ Castellum Dei nuncupatur, prope Mortaniam, in diœcesi Atrebatensi.

Ego Aluisus, Dei miseratione Atrebatensis Episcopus, tam futuris quàm præsentibus in perpetuum. Nouerit tam præsens ætas quàm futura posteritas, quòd altare de Fraxnia carissimo fratri nostro Roberto, Abbati de * Castello Dei, à nobis traditum, & priuilegio nostro confirmatum, ipso cooperante & concedente, Canonicis Condatensibus sub annuo censu perpetuò tenendum concessimus: ea ratione, vt vnoquoque anno, pro eodem altari & pro *Audomez* prædicto Abbati & successoribus eius, in festiuitate S. Dionysij, triginta & vnum solidum persoluant. Idem autem Abbas ab eisdem Canonicis synodalia iura suscipiens, nobis & ministris nostris, quia Persona altaris est, annuatim persoluet, & idoneum presbyterum communi eorum consilio electum, populo Dei præficiendum, nobis præsentabit, qui de manu nostra curam suscipiat, & de conuersatione sua, sicut canonicum est, nobis respondeat. Vt autem hanc pactionis paginam stabilem manere faciamus, auctoritatis nostræ sigillũ apposuimus, & præsentium testium signa subscribi fecimus. Signum Lucæ Atrebatensis Archidiaconi. S. Hugonis Ostreuandiæ Archidiaconi. S. Petri Præpositi. S. Absalon Abbatis S. Amandi. S. Fulconis Hasnoniensis Abbatis. S. Guarini Abbatis de Casa Dei. S. Hugonis Abbatis de Monte S. Eligij. S. Balduini Abbatis de Maerc. Actum Atrebati anno millesimo centesimo quadragesimo primo. 1141.

*Chastean l'Abbaye.

Ex-

Excerptum ex Genealogia Comitũ Habsburgensium circa an. 1142. à monacho cœnobij Murensis in Heluetiis scripta, & Spirembergij 1618. edita.

Ista est genealogia nostrorum Principũ. Theodericus Dux Lotharingorum, & Chuono Comes de Rinfelden, fratres fuerunt. Horum soror fuit Itta Comitissa de Habspurg, reparatrix huius Murensis cœnobij. Genuit autem Theodericus Gerhardum Ducem. Ille verò genuit Gerhardum de Egisheim, patrem Vdalrici & Stephani. Chuono Comes de Rinfelden genuit Ruodolfum Regem, & ille genuit Agnetem, matrem Conradi Ducis.

NOTATIONES.

THEODERICVS Dux Lotharingorum] Mosellanorum secundus, Frederici I. Ducis filius, suprà pag. 252. laudatus.



GERARDVS de Alsatia, Frederici II. Lotharingię Mosellanæ Ducis frater, anno 1048. Adelberto in dicto Ducatu successit, & an. 1070. decessit: vt suprà pag. 253. docui. Ex Hadeuida, Alberti I. Comitis Namurcensis filia, genuit *Theodericum* II. Strenuum Loth. Mosellanæ & Alsatiæ Ducem, & *Gerardum* Comitem de Egisheim. Theodericus Strenuus, ex Gertrude Rob. Frisij Flandriæ Comitis F. sustulit *Simonem* I. Loth. Mosellanæ Ducem, *Theodericum* Alsatium Flandriæ Comitem, *Gerardum* Vadani montis Comitem, *Henricum* Episcopum Tullensem & Balduinũ. Anselmus porrò Gemblacensis in gestis an. 1128. & Andr. Marchianensis in suo ms. Chronico Theodericum Strenuum disertè vocant Alsatiæ Ducem.

GERARDVS] Comes de Egisheim genuit Vdalricum & Stephanum; de quibus fusè agit Andr. Quercetanus in sua Burgundia.

CHVONO] Theoderici Lotharingiæ Mosellanæ Ducis ordine secundi frater vterinus, Comes de Reinfeld, genuit *Rudolphum* Regem Romanorum contra Henricum IV. an. 1077. electum, & à God. Bullonio 1080. in prælio cæsum. Rudolphus Rex procreauit Agnetem, Conradi Ducis matrem, Humbertum, Vdalricum, Arnoldum & Rudolphum.

CAPVT CLIII.

Balduinus Ardensis toparcha Ardense Canonicorum sæcularium collegium, ab auo suo Arnulpho an. 1069. fundatum, vertit in Canonicorum regulariũ ord. Præmonstratensis Abbatiam, an. 1144.

VNiuersę Ecclesię filijs Balduinus Dei permissione heres & Dominus Ardeæ, ecclesiæque S. Audomari Ardensis dictus Præpositus, salutem in perpetuum. Cùm Præpositura Ardensis ecclesiæ nobis hereditario iure successerit habenda, hinc clericorum seu Canonicorum in eadem ecclesia seruientium considerantes negligentiam, hinc periculum & æternum animæ pensantes excidium (eò quòd Præpositura ecclesiastica dispensanda & manu laicali disponenda salutiferè nobis nullatenus accidere queat) quædam altiora super Ardensis ecclesiæ pag. 197.

cleſiæ ſtatu, altiore conſilio, deſtinauimus. Accepto itaque ſuper eiuſdem ordinatione eccleſiæ ſano conſilio à domino Milone Morinenſis eccleſiæ Epiſcopo, Ardenſi Capitulo annuente, conceſſimus & dedimus Abbati Theoderico & monachis S. Mariæ de Capella, in villa antiquo nomine Brugnam dicta degentibus, & eorum ſucceſſoribus omnia iura, omneſque dignitates, quæ in eccleſia S. Audomari Ardenſis nobis hereditario iure ſucceſſerunt, totamque eamdem eccleſiam, cum vniuerſis appenditiis perpetuo iure poſſidendis. Hoc addito, quòd mortuo vno iam dictæ eccleſiæ clerico ſeu Canonico, ſuccedet ei monachus, ſicque omnibus mortuis Canonicis, monachi ſuccedent in locum Canonicorum, & liberè obtinebunt eccleſiam. Huius rei teſtes ſunt, dominus Milo Morinenſis Epiſcopus, Præmonſtratenſis ordinis Canonicus, Philippus & Arnulfus Archidiaconi, Leo Abbas S. Bertini, Gufridus Abbas Andriæ, Henricus Abbas de Liskia, Balduinus, Mondulphus Decanus, Arnolphus Cantor, magiſter Richardus, Euſtachius & Robertus Canonici, totumque Ardenſis eccleſiæ Capitulum, Hugo & Bernardus de Wiſſo, de Bramis, presbyteri, Theodoricus Comes Flandriæ, & Philippus & Matthæus, filij eius, Arnulfus Giſnenſis Comes, & Balduinus filius eius, Arnulfus Markiſienſis Vicecomes, ſororius, Drogo Botech, Walo de Ardea, Arnulfus Gohel, qui eſt Caſtellanus Ardeæ, Elbodo de Norhout, & Paganus frater eius, Euſtathius & Balduinus de Balinghen, Balduinus Walameth. Facta eſt autem hæc tranſactio in eccleſia S. Audomari Ardenſis, & in plena ſynodo Teruanæ ſolenniter recitata & approbata, anno M. C. XLIV. 1144.

Arnulfus de Gandauo, Comes Giſnenſis, eiuſq; vxor Mathildis, & filius Balduinus, dotant Clari-mariſci in Arteſia Abbatiam, circa an. 1145.

Ego Arnulfus Dei gratia Giſnenſium Comes, & Mathildis Comi- *pag* 339.
tiſſa vxor mea, & Balduinus filius meus, Abbati Gunfrido de Claromareſch & fratribus ibidem Deo ſeruientibus, quidquid in villula, quæ dicitur Niuuerlede, ſiue in reditibus, ſiue in ſeruitiis, ſeu in terra, ſeu in aqua, denique totum Comitatum pertinentem ad Giſnenſe do-

minium, concessione & dono Theoderici Flandriarum Comitis, liberum & perpetuò habendum concessimus: tredecim quoque mensuras maresci, quas Hugo de Reche, & duodecim quas Lambertus de Eluelingehem de me tenebant, quas præfati milites eisdem fratribus dederunt. Huic autem donationi addidimus postea in manu Willelmi Abbatis de Claromaresch, vt quidquid à terra Willelmi Ridemerie & priuigni eius, ex vtraque parte de Reche & ad Gisnensem Comitatum pertinebat, liberè possideat: totam quoque terram & maresc cum Walcheri & filiorum eius, sicut terra Willelmi Ridemerie diuidit, quæ Willelmus de Seiltum *Mathildi de S. Audomaro*, vxori suæ, in vadium quadraginta marcarum à prædictis fratribus, Walcherus similiter & filius eius, accepto pretio viginti marcarum, ecclesiæ de Claromaresch, in præsentia mea & Baronum meorum donauerunt. Rogatu tamen ipsorum, precibusque Comitissæ Flandriæ, eamdem terram liberam à cunctis seruitiis præfatæ ecclesiæ concessimus. & domino Miloni Morinensium Episcopo, vt sub anathemate confirmet, mandauimus; primæ donationis testibus, Milone Archidiacono, Arnulfo Vicecomite de Markenes, Eustathio de Bauelinghem, Hugone filio eius, Reimundo de Tolh, Reimundo filio eius, Manasse de Tournehem, Manasse filio eius, Rainero Dapifero, Hugone de Reche Vicecomite, Lamberto de Heluelingehem.

Secundæ autem donationis testibus, Arnulfo præsbytero de Turnehem, Willelmo Canonico de Arda, Eustathio de Bauelingehem, Balduino fratre eius, Baldewino de Ermingehem, Eustathio de Lisches, Philippo de Montgardin, Baldewino fratre Henrici de Campaignes, Alelmo de Gisnes, Drogone de Sperleke, Lamberto de Heluelinghem, Willelmo Cade.

Milo Ep. Morinensis illud ipsum confirmat 1145.

Ego Milo Dei gratia Morinorum Episcopus..... Arnulfus Gisnensium Comes, in præsentia nostra & in synodo nostra plenaria, præsentibus Archidiaconis nostris Milone & Philippo, & Hermanno Decano, Herenbaldo, Walone, & aliis pluribus Canonicis nostris, præsentibus quoque Abbatibus, Leone de S. Bertino, & de Bergis, & de S. Vulmaro, & de Capella, fratribus de Claromaresch in perpetuam eleemo-

eleëmosynam concessisse se recognouit, quidquid in villula de Niuuerlede, quæ est sita super Reche, siue in terris, siue in aquis, siue in reditibus, siue in seruitiis habebat, totum quoque Comitatum, & quidquid ad dominium Gisnense ibidem pertinet. Actum millesimo centesimo quadragesimo quinto anno. 1145.

CAPVT CLIV.

Conradus II. *aliis* III. *Imp. possessiones Abbatiæ S. Gisleni in Hannonia an.* 1145. *confirmat.*

CVonradus diuina fauente clementia Romanorum Rex secundus. Omnium fidelium nouerit industria, qualiter vir venerabilis Egericus, Abbas monasterij S. Gisleni, Celsitudinem nostram adiens petiit, vt hoc idem monasterium à prædecessoribus, Dagoberto, Ottone III. Heinrico II. Cuonrado, itemque Heinrico III. Regibus & Imperatoribus constructum, sub nostræ defensionis patrocinio susciperemus, & res eidem monasterio pertinentes confirmaremus. Nos itaque interuentu & petitione carissimæ coniugis nostræ *Gertrudis* Reginæ, prædictam S. Gisleni cellam, ita prorsus ab omni iure liberam, quòd nulli, præter Creatorum suum Deum, seruire habeat, sub nostræ tuitionis patrocinio suscipimus, & omnes res ad eam pertinentes eidem monasterio renouamus & confirmamus. Testes, Harbertus Traiectensis, Anselmus Hauelbergensis Episcopus, Heinricus Comes de Gelra, Godefridus de Cuich, & frater eius Hermannus, VValterus de Louenhuse, Marquardus de Grumbach. Ego Arnoldus Cancellarius, vice Heinrici Archiepiscopi Moguntini & Archicancellarij, recognoui anno millesimo centesimo quadragesimo quinto, Indictione VIII. regnante Cuonrado Romanorum Rege secundo, anno regni eius VII. Data est apud Altinam. pag. 154.

Idem Conradus Imp. an. 1145. confirmat Marſnam, & alia prædia monachis S. Remigij Remenſis donata.

Conradus diuina fauente clementia Romanorum Rex ſecundus. Ne damnoſa quod actum eſt deleret obliuio, ſcripto memoriali commiſimus, qualiter dominus Odo Abbas S. Remigij Francorum Apoſtoli noſtram præſentiam apud Traiectum vlterius viſitauerit, & *pag.116. poſſeſſiones eccleſiæ ſuæ noſtro petierit priuilegio confirmari, *Marſnam videlicet cum omnibus appendiciis ſuis, Herta, Cluma, Litta, Angledura, Becca, præbendas quoque Marſnenſes in vſus monachorum, decedentibus clericis, tranſmutatas. Nos itaque religioſi viri petitionibus obtemperauimus, & tam poſſeſſiones ſupradictas, quàm *pag.394 præbendas in vſus * monaſticos conuerſas Regiæ Maieſtatis ſigillo corroborauimus. Hoc etiam latere poſteros nolumus, quòd ſingula eccleſiæ S. Remigij priuilegia in præfatis poſſeſſionibus nullum ſpecialiter Aduocatum determinant, niſi Regem Romanorum. Teſtes ſunt, Hartbertus Traiectenſis, Anſelmus Hauelburgenſis Epiſcopus, Cunradus frater noſter, Traiectenſis Præpoſitus, Henricus Comes de Gelre, Hermannus Comes de Cuick, & frater eius Comes Godefridus, Adelbertus Comes de Noruenich, Marquardus de Crumbach, VValterus de Louenhuſen, Libertus de Spileberch. Ego Arnoldus Cancellarius, vice Henrici Moguntini Archiepiſcopi & Archicancellarij, recognoui, anno M. C. XLV. Indictione VIII. regnante Cunrado Romanorum Rege II. anno regni eius octauo. Data eſt apud vlte- rius Traiectum.

1145. *Vtrecht.*

Idem Conradus Imp. ſuum erga eccleſiam Vltraiectenſem teſtatur adfectum, an. 1145.

Conradus diuina fauente clementia Rex Romanorum III. Nobis apud Traiectum reſidentibus fidelis noſter Hardbertus eiuſdem loci Epiſcopus, Conradus frater noſter Præpoſitus, Decanus & Capitulũ maioris eccleſiæ dictæ ciuitatis ad noſtram præſentiam venerunt, ſupplican-

plicantes.... Nos igitur attendentes, nos & anteceſſores noſtros Reges & Imperatores in dicta eccleſia, à fundatione eius, inter Canonicos primum locum obtinere, & ob dicti Hardberti Epiſcopi fidele ſeruitium & deuotionem frequentem, qua noſtrã Regalem excellentiam & coniugem noſtram *Gertrudim* Reginam, per aliquod tempus in ipſa ciuitate commorantem, honorauit.... Teſtes, Ancelmus Hauelburgenſis, Albero Leodicenſis, Wernerus Monaſterienſis, Nicolaus Cameracenſis, Vdo Oſſenburgenſis, Epiſcopi, VValranus Dux, VVilhelmus Comes Palatinus, Henricus Comes de Zutpheno, Arnoldus Comes de Cliuo, Adolphus Comes de Monte, Henricus Comes de Gelre, Conradus frater noſter Præpoſitus, Emo Præpoſitus S. Bonifacij, Conradus Tielenſis Præpoſitus, Lambertus S. Petri Præpoſitus, Godefridus de Renen, Alardus de Megene, Otto Præfectus Traiectenſis, Egbertus de Amſterlo, Bertoldus de Aldenſeel, Iacobus de Saterſloe. Ego Arnoldus Cancellarius, vice Henrici Moguntini Archiepiſcopi & Archicancellarij, recognoui, an. M.C.XLV. Indictione VIII. 1145.
XV. Kalendas Nouembris, regnante Conrado Romanorũ Rege tertio, anno regni eius octauo. Data apud Traiectum.

Eccleſiæ S. Ioannis in vrbe Valentianenſi, ſuprà pag. 286. laudatæ, iura & priuilegia explicantur à Nicolao Ep. Cameracenſi, anno 1145.

Nicolaus diuina miſeratione Cameracenſis Epiſcopus..... Controuerſiam inter eccleſiam S. Saluij & S. Ioannis Abbatiam diu habitam decidentes, eccleſiæ S. Saluij poſſeſſionis ſuæ iura, quæ in parochia S. Gaugerici hactenus tenuerat, auctoritatis noſtræ munimento aſſignamus. Quòd autem antiquitatis argumento, Comitem & ſeruientes ſuos, Miniſteriales quoque, Dapiferum ſcilicet, Pincernam, Piſtorem, Camerarios & Portarium, Cocum & culcitrarum Portitores, duodecim etiam PARES cum domeſticis & ſeruientibus, & Canonicos cum familia ſua, parochianos S. Ioannis fuiſſe collegimus, baptiſmum & ſepulturam, & cetera quæ parochianis ſuis neceſſaria ſunt, eccleſiæ S. Ioannis concedimus. Decretum eſt itaque, vt parochiani S. Gaugerici, tam in burgo quàm in caſtro Valentianenſi commanentes, in bap- *Valen-*
tiſmate, *tiennes.*

tisimate, sepultura, oblationibus, & ceteris quæ parochialia sunt, ab ecclesia S. Ioannis nullatenus susciplantur, sed ab ecclesia S. Gaugerici, sub tutela S. Saluij, irrefragabiliter possideantur. Actum anno mil-
1145. lesimo centesimo quadragesimo quinto, præsulatus domini Nicolai nono. Ego Guerimboldus Cancellarius recensui.

Notatio de XII. *Paribus Hannoniæ.*

DVODECIM PARES.] Vt regnum Galliæ, sic & Comitatus Hannoniæ à multis retrò sæculis Pares XII. habuit: vt ex diplomate iam producto & aliis liquet. Solent hi XII. Pares, vnà cum ipso Comite Hannoniæ, ius dicere & pro tribunali sedere: vt ex tabellis iam olim pictis, & aliis monumentis antiquis constat. Sic & hodie, si quando grauiores Parium aut aliorũ procerum causſæ in Curia Montensi tractentur, ad ius dicendum euocari solent, estque summa illorum auctoritas. Sunt autem hi PARES XII. Hannoniæ,

Dominus de Aueſnes, qui nunc est Princeps Chimacensis, ex familia de Ligne.
Dominus de Chimay, qui nunc est idem Princeps Chimacensis.
Dominus de Silly, qui nunc est Marchio de Trazegnies.
Dominus de Longeuille, qui nunc est Comes Egmondanus.
Dominus de Baudour, qui nunc est Dux Hauræus.
Dominus de Barbanzon, nunc Princeps Barbanzonius, ex familia de Ligne.
Dominus de Chieure, qui nunc est Dux Hauræus, Gallicè de Haurech, ex gente Croya.
Dominus de Lens, qui nunc est Comes Egmondanus.
Dominus de Reux, nunc Comes de Reux, ex gente Croya.
Dominus de Rebais, qui nunc est Comes Egmondanus.
Dominus de VValincourt, qui nunc est Princeps de Ligne.
Dominus de Queuy, aliàs Petit Keuy, qui nunc est Dux Arschotanus ex familia de Ligne.

Apud Cl. V. Io. Iacobum Chiffletium, Medicum camerarium Regium & Archiducalem, Bruxellæ exstat depicta vetus tabella, in qua repræsentatur Comes Hannoniæ (in medio sedens) cum suis XII. Paribus.

Paribus. Ad dextrum latus sedent Domini de *Auesnes, Silly, Bandour, Chieure, Reux & VValincourt*; ad sinistrum Domini de *Chimay, Longueville, Barbanzon, Lens, Rebaix & Queuy.*

CAPVT CLV.

Conradus & Fredericus I. *Impp. confirmant prædia & possessiones ecclesiæ Cameracensis, an.* 1146.

CONradus diuina fauente clementia Romanorum Rex secundus.. Nicolai Cameracensis Episcopi precibus annuentes, collata ecclesiæ suæ à prædecessoribus nostris priuilegia dignum duximus confirmare: vt quod præcedentium Imperatorum & Regum, Pippini, Caroli Magni, Lodouici, Arnulfi & Ottonis ecclesię Cameracensi dedit & confirmauit auctoritas, nostro roboraretur auxilio. Auctoritatis igitur nostræ præcepto iura & honorem Cameracensis ecclesiæ roborantes, subsignatas possessiones præfatæ sedi Cameracensi, ad vtilitatem præfati Episcopi, & successorum suorum, irrefragabiliter assignauimus, ciuitatem scilicet, quæ * Cameracus nuncupatur, cum iustitiis, districtibus, moneta, molendinis, aquis aquarumque decursibus, ecclesiis, villis, quæ hactenus Episcopalis possessionis extitisse cōstat. Abbatiam etiam S. Gaugerici, Comitatum totius terræ Cameracensis, Castellaniā quoque, casaturas & hominia, quæ de feodo Episcopi esse constat: ad hæc * Nouum castellum, cum iustitiis, districtibus, moneta, molendinis, aquis, casatis; forastum etiam, tendens in longitudine à Sanasionis monte vsque ad illum locum vbi duę Helpręcadunt in Sambram, in latitudine à villa quæ dicitur Barsis, & loco qui vocatur Gorgunes, ita vt Sambra decurrit, & duæ Helpræ vsque ad vlteriorem vlterioris Helpræ ripam. Porrò ad conseruandos honoris & regni nostri fines, præfato Episcopo & successoribus suis, interuentu coniugis nostræ *Gertrudis* Reginæ, concedimus, vt in nostra & successorum nostrorum manu & tuitione irrefragabiliter permaneant. Præterea nouam illam consuetudinem, quæ vulgò *Gauena* dicitur, quam solet Comes Flandrensis exigere, prædicto fideli nostro Nicolao Episcopo, ciuitati, ecclesiæ & territorio Cameracensi, ex regalis auctori-

Cambray.

Chasteau en Cambresy.

Gauena.

tatis beneficio, remittimus, ſtatuentes vt nullo in poſterum tempore liceat Flandrenſi vel cuilibet alij Comiti, ſæculariúe perſonæ, ad prædictam conſuetudinem manum mittere, vel eccleſiæ Cameracenſis pacem ſuperiniuſtis vexationibus fatigare. Huius rei teſtes ſunt, Arnulphus Colonienſis Archiepiſcopus, Henricus Leodienſis, VVernerus Monaſterienſis, Ortliebus Baſilienſis, Philippus Oſenbruggenſis, Albero Verdunenſis, Anſelmus Hauelenburgenſis Epiſcopus, VVibaldus Stabulenſis, Godefridus Prumienſis, Lambertus VVerdinenſis, Anno Andenſis Abbas, Heremannus Palatinus Comes de Rheno, Henricus de Lemburch, & frater eius Comes VValeramus de Arlon, Otto Comes de Rinecka & filius eius Otto, Loudeuicus Comes de Lon, Adolfus Comes de Monte, Hugo Comes de Dagesburch, Otto Comes de Rauensberch, Otto Comes de Duraz, Henricus Comes de Gelren, Hermannus Comes de Cuick, Rubertus Comes de Linſenburch, Albertus Comes de VVoruenich, VVilelmus Comes de Iuliaco, Henricus Comes de Katzenelenborg, Marquardus de Grumbach, Tibertus de Spilemberch. Ego Arnoldus Cancellarius, vice Henrici Moguntinenſis Archiepiſcopi & Archicancella-
1146. rij, recognoui, anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo quadrageſimo ſexto, Indictione octaua, III. Kalendas Ianuarij, regnante Cunrado Romanorũ Rege ſecundo, anno regni eius octauo. Data eſt Aquiſgrani in regio palatio.

FREDERICVS diuina fauente clementia Romanorum Rex...*vt ſup.* Teſtes, in quorum præſentia hæc acta ſunt, ſubnotari fecimus; quorũ nomina hæc ſunt, Arnoldus Colonienſis, Hillinus Treuerenſis Archiepiſcopus, Stephanus Metenſis, Conradus VVormatienſis, Henricus Leodicenſis, Philippus Oſenburgenſis Epiſcopus, VVibaldus Stabulenſis Abbas, Henricus Dux Saxoniæ, Matthęus Dux Lotharingiæ, Godefridus Dux Louaniæ, VVelpho Dux Spoleti, Marchio Tuſciæ, Rector Sardiniæ, Otto Palatinus de Vintelinesbach, Heremannus Palatinus de Rheno, Palatinus Hedericus de Sumẽborch, Theodericus Comes de Flandria, Henricus Comes de Namuco. Ego Arnoldus Cancellarius, vice Moguntinenſis Archiepiſcopi & Archicanceilarij, recognoui. Datum Treueris IV. Kalendas Ianuarij, anno Do-
1153. minicæ incarnationis milleſimo centeſimo quinquageſimo tertio, Indictione prima, regnante domino Frederico Romanorũ Rege, anno regni eius primo.

CAPVT

CAPVT CLVI.

Landense cœnobium, monachorum ord. Cistertiensis, à Theoderico Alsatio, Flandriæ Comite, primo lapide ab Insula Flandrorum emporio, an. 1147. *exstruitur, & à Philippo Theoderici filio dotatur, an.* 1176.

EGo Theodoricus, Dei gratia Flandriæ Comes, notum fieri volò tam præsentibus quàm futuris, quòd monachi de Clara-Valle emerunt, ad opus ecclesiæ S. Mariæ apud *Loz*, terram Bernardi de Annokin, quam ipse tenuit in feodo de Petro de Bargas, & idem Petrus eamdem terram tenuit de me. Signum Rogeri de Vafrin, & Petri de Maisnil, & Hugonis de Loz, & Derbaldi fratris eius, & Lamberti filij, & Ioannis Pulchri. Actum Insulis anno millesimo centesimo quadragesimo septimo, in vigilia Pentecostes, dum secunda vice pergerem ad sanctam Hierusalem. 1147.

Ego Theodericus, D.g. Flandriæ Comes, & Sibylla Comitissa, ecclesiæ & Abbatiæ de *Los*, Claræuallensis ordinis, terrã quã VValterus de Duremort de nobis tenuit, de Galtero verò Stephanus de Primeka, prece Stephani compulsi, sub censu duorũ solidorum in perpetuũ possidendam, & alias etiam terras, quas in præsenti possident, liberè possidendas annuimus. Præterea hoc dignitatis priuilegium conuentui prænominatæ ecclesiæ concessimus, vt de quocumque negotio cum eis & sæculari quolibet agatur, tantùm in præsentia personæ, quæ Flandriæ præerit, responsuri veniant. Quod sigilli nostri testimonio corroborauimus, & subscriptorum Baronum testimonio; Philippi filij nostri, R. Brugensis Præpositi, R. Brugensis Castellani, Roberti de Templo, Gisleberti Dapiferi, Rogeri de VVafrin, & Eustachij Camerarij. Actum est hoc anno M. C. LII. Datum per manum Capellani & Notarij. 1152.

Ego Philippus, Dei gratia Comes Flandriæ, notum facio omnibus, quòd libertatem & confirmationem, quam pater meus Theodoricus domno *Bernardo* Abbati, ac domui eius Clareuallensi in eleëmosynam

concessit, & in perpetuum contradidit, & ego simili modo concedo Abbatiæ & ecclesiæ de Loz, quæ de Claraualle exiit, quam pater meus Theodoricus & mater mea ædificaueruńt. Et ei maximè inter ceteras in perpetuum libertatem concedo, vt per totam terram meam, in eundo & redeundo, à telonio & passagio, & omni exactione omnimodis
1176. sit libera. Actum anno millesimo centesimo septuagesimo sexto.

Ego Philippus, Dei gratia Flandriarum Comes, concedo in allodium liberum & in possessionem perpetuam ecclesiæ B. Mariæ de Los & fratribus de Claravalle ibi commanentibus totam terram Petri de Bargis, quam in territorio de Anekin & de Bargis de meo feodo tene-
*Lille. bat: qui Petrus apud *Insulam coram me veniens terram prænominatam cum reditu, & quidquid de me tenebat, cum virga mihi liberam reddidit, liberis eius Ægidio & Theodorico præsentibus, qui & manus apposuerunt, & cum patre coram me vverpiuerunt. Aliam quoquè terram suam de feodo meo, quam de Simone de Neulin domino suo tenuerat in territorio de Bargis, eidem domino suo Simoni
" cum filiis prædictis reddidit & vverpiuit. Simon verò à Petro acceptam Hellino de *VVaurin* Dapifero domino suo reddidit, qui à Simone receptam mihi liberam donauit, promittens coram me terrā illam ecclesiæ prænominatæ acquituturum contra filios Roberti Ruffi, vel omnes ad quorum dominium feodus ille pertinebat. Ego autem à Dapifero acceptam in manus Abbatis & fratrum ecclesiæ de Los liberam contradidi. Postea ex meo præcepto eadem die, cùm Dapifer perrexisset apud Bargas cum hominibus meis, vxor Petri prædicti Maria, cum Gilla filia, præsente Petro cum filiis, terras & reditus & quidquid de meo feodo tenuerant, in manus Abbatis præfatæ ecclesiæ donauerunt & vverpiuerunt. Quæ omnia testibus subscriptis confirmari feci, Amalrico de Landast, Hellino Dapifero, Rogerio de Ruma, Gerardo de Landast, Henrico de Morseles, Petro de Meuuils, Hugone de Vlmo, Roberto de Siclinio, Arnulfo de Tumesuils, VValcherio de Leschin, Arnoldo de VVaurin, Rainero de Beurecas, Ioanne Petipasy, Henrico filio Gerardi, Frumaldō Boca, & Huberto filio eius.... Godino homine Dapiferi. Acta sunt hæc anno mille-
1171. simo centesimo septuagesimo primo.

Eugenius

Eugenius III. *Papa possessiones Abbatiæ Niniuensis an.* 1147. *itemq; Affligemiensis an.* 1148. *confirmat.*

Eugenius Episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis, Gerardo Abbati ecclesiæ S. Cornelij Niniuensis, eiusque fratribus canonicam vitam professis. Præfatam B. Cornelij ecclesiam, in qua diuino mancipati estis obsequio, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, statuentes vt quæcumque bona eadem ecclesia possidet, aut in futurum poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: totam decimam eius villæ cum appenditiis suis, *Herlichouen* cum tota decima, Lidekerkensem ecclesiam cum tota decima, & appenditiis suis, scilicet Lombeca & Strithem; partem decimæ apud *Menz*, curtem *Nethervvich* cum prato, piscatione in Tenera vbique, duo molendina cùm mansis iuxta ecclesiam Niniuensem, curtem *Rubroc*, siluam *Mentogh* à Gerardo Aduocato emptã, curtem *VVendencote*, alodium de *Rosilar* cum nemusculo Stonbecca, alodium quod dedit Herbrandus de Merbecca; terram quam dedit Castellanus Bruxellensis, assensu Guidonis & Gualteri de Hosdem apud Senesiam.

EVGENIVS Episcopus S.S.D. dilecto filio Godescalco Abbati Affligemensis monasterij, eiusque successoribus. Dilecte in Domino fili, B. Petri Affligemensis monasterium, cui præesse dignosceris, ad exemplar prædecessorum nostrorum sanctę memoriæ Paschalis & Calixti, Romanorum Pontificum, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus; statuentes vt quęcumque bona idem monasterium possidet, aut in futurũ poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; ecclesiam de Ascha, & quidquid Comes Henricus, consentiente fratre suo Godefrido, prefato monasterio de sui iuris alodio dignoscitur contulisse, ecclesiam S. Petri in Frasna, cellam & ecclesiam * S. Andreę prope Brugas, cellam & ecclesiam S. Marię in VVauria, cellam & ecclesiam S. Mariæ in * Bornhem, cellam S. Mariæ in * Vliederbecka, cum ecclesiis de Lindenaet & Villebrinca, ecclesiam in Genappa ex dono Comitissæ Idæ Bononiensis, alodium cum terris & siluis

pag. 222.
pag. 282.
pag. 306.
pag. 323.

in ipsa villa Genapia; terram quam præfatum monasterium habet sub annuo censu ab ecclesia Niuellensi, & Lenso & Anselo, monasteria
pag. 266. sanctimonialiũ in * Foresto & * Bigardis, ecclesias quoque de Eschen,
& 384. Hekelgem, Morselle, Wiese, Herdinghem, Erembodegem, Merchtene, Lenendecke, Meerbecka, Ossensele, Londersele, Lisele, Puersche, Baesrode, cum omnibus eorum pertinentiis, terras in Anglia ex
pag. 261. dono * Alcidis, relictæ Henrici Regis Anglorum, in Idersvverda & Westerneredona, in Vremdijck, Frondic & Pakenge beckarias..... dono Theoderici Comitis Flandrensium, & Clementiæ Comitissæ, vxoris Roberti Comitis, in Zellecka & Cobbegem & Getza alodia. Datum Remis per manum Guidonis, S. Romanæ Ecclesiæ diaconi Cardinalis & Cancellarij, III. Nonas Aprilis, Indictione XI.
1148. incarnationis Dominicæ anno M.C.XLVIII. pontificatus domini Eugenij III. Papæ IV.

CAPVT CLVII.

Milo Teruanensis Ep. benefacit monachis Andrensibus, an. 1150.

NOtum sit omnibus, quòd Guido de Odersele, pro anima patris sui Gaufridi, & Adheuuidis matris suæ, dedit ecclesiæ Andernensi, monachisque ibidem Deo seruientibus, capellam quamdam apud Odersele, in honore S. Trinitatis & sanctæ Dei genitricis fundatã. Dedit etiam eis in perpetuum omnia alodia sua. Quam donationem ego Milo, Dei gratia Morinorũ Episcopus, prædictæ ecclesiæ Andernensi confirmo: & quia prædictus Guido hanc donationem, vt ego eam ad opus supradictæ ecclesiæ episcopali auctoritate confirmarem, in manus meas reddidit, ego eam eidem ecclesiæ monachisque eiusdem loci, iure ecclesiastico, perpetuò possidendam statuo. Huius rei testes sunt, Philippus Archidiaconus, Guilielmus Decanus, Balduinus de Milham Canonicus Taruanensis, Manasses Cantor Boloniæ, Balduinus de Campanies, Hugo de Coleberc, Hugo Vitulus, Florentius de Floringeseles, Gaufridus nepos Hugonis Vituli, Gaufridus de Boches, Simon frater eius, Godefridus de Felnes, Frameritius de Ruberge.
1150. Actum anno millesimo centesimo quinquagesimo.

Gode-

Godefridus III. *Brab. Dux à Conrado* III. *Imp. constituitur Aduocatus Abbatiæ Tungerloensis, circa an.* 1150.

Notum esse volumus tam futuris quàm præsentibus, quòd ego Godefridus Dux Lotharingiæ, ad petitionem domini Henrici Abbatis de Tongerloo, fratrumque suorum, Aduocatiam illius loci à Romano- *pag.* 383.
rum Rege Conrado susceperim, omni exactione exclusa, & tali conditione supposita, vt nulli eam nec ego nec aliquis successorum meorum in feodum dare debeat; sed cuncta ibi Deo eiusque genitrici Mariæ collata, & in posterum conferenda, æqua defensione ac patrocinio tueri debeam, & omnem iniuriam propulsare. Huius rei testes sunt, Ludovvicus Comes de Lon, Arnoldus Comes de Arschot, Henricus Comes de Gelre, Otto Comes de Duraz, Leonius de Bruxella, Wilhelmus de Birbeka, Reinerus de Tildonck, Gerardus de Hildeberche, Henricus Sneparth, Reinerus de Heuerle, Goscelinus de Holthem, Arnoldus Dapifer, & frater eius Godefridus.

Folmarus Comes Metensis circa an. 1150. *fundat Bellum pratum, Abbatiam monachorum ord. Cistertiensis, prope Lunaris-villam, opidum Vosagiæ primarium.*

Ego Stephanus, Dei gratia Metensis Episcopus, manifesto generationi quæ nunc est, & futuræ, quòd Folmarus Comes Metensis con- *pag.* 254.
struxit Abbatiam monachorũ Cistertiensis ordinis in banno de *Mortasine*, quod vocatur Bellum pratum....

EGO FOLMARVS Comes de Castello, & Comitissa Mathildis, mater vxoris meæ, notum facimus, quòd N. dedit ecclesiæ Belli prati.... Datum anno millesimo centesimo sexagesimo primo. 1161.

NOTATIONES.

Hoc ipsum monasterium Belli prati Gerardus illo nomine secundus Comes Wadonis montis, Hugonis I. & Annæ Lotharingæ filius,

filius, an.1169. Hugo & Odo, Gerardi II. filij, an. 1186. Simon Dux Lotharingiæ an. 1179 & 1183. Ludouicus Comes de Salereina an.1185. Bruno Dominus de Roseriis eiusque filius Albericus an.1194. & Philippus Dominus de Gerbeuuillers an.1225. dotarunt.

pag.390. STEPHANVS Metensis Episcopus] Theoderici I. Comitis de Montbeliard, Monsson & Bar filius, an.1164. obijt, sepultus Metis in choro cathedrali. Donationes nostras Belg. lib. 1. cap. 82. consule.

CAPVT CLVIII.

Godefridus III. *Loth. inferioris & Brab. Dux cambium inter ecclesias S. Petri Affligemiensis & S. Iacobi Bruxellensis factum approbat, an.* 1151.

EGo Godefridus, Dei gratia Dux Lotharingiæ, tertius dignitatis huius ac nominis heres, tam præsentibus quàm futuris. Concambium, quod inter ecclesias S. Petri Affligemensis, sanctique Iacobi Bruxellensis, me præsente factum est, litteris mandari, sigillique mei impressione firmari volui. Quæ videlicet ecclesiæ duo allodia sibi inuicem contigua à progenitoribus meis in eleëmosynam susceperant; quæ propter culturæ oportunitatem & locorum viciniam, coram me & coram matre mea domina *Lutgarde*, sibi commutauerunt; inquam, quæque suum allodium, Affligemensis scilicet ecclesiæ fratres *Dechlepul*, Bruxellensis autem *Molenuelt* in manus dederunt, sibique manu & festuca alienauerunt. Ego igitur petitioni Onulfi Bruxellensis ecclesię presbyteri, fratrumque ipsius Geldulfi atque Hugonis, allodiũ quod Molenuelt dicitur, cum molendino ac totius vtilitatis emolumento, domno Godescalco Affligemensi Abbati, eiusque fratribus perpetuâ stabilitate tradidi, & ecclesiæ S. Iacobi aliud allodium Dechlepul dictum, & mansum terræ in Roch, simili conditione donaui. Actum
1151. est Brusselle supra castrum, anno millesimo centesimo quinquagesimo primo, Indictione XIV. coram his testibus; Huseboldo Capellano, Gerardo de Hildeberch, Francone de Slusa, Francone de Atrio, Alberto Leoiart, Hugone Bollee, Henrico Pædagogo.

Frede-

Fredericus I. *Imp. possessiones & priuilegia Stabulensis Abbatiæ confirmat, an.* 1152.

Fredericus diuina fauente clementia Romanorum Rex..... Quidquid ecclesia Stabulensis munificentia Regum aut Imperatorum largitione obtinuit, tam in fundis quàm ecclesiis, sicut hactenus possedit, siue illa quæ deinceps iustis modis obtinere potuerit, immobiliter ei confirmamus, & præcipuè villã *Tourinnes*, quam Godefridus Namurcensis Comes quondam inuaserat, sed à supradicto Abbate, in præsentia prædecessoris & patrui nostri Romanorum Regis Conradi, in curia Coloniæ celebrata, proclamatus, iudicio Principum & maximè Salicorum, in manus eiusdem Regis Conradi reddidit & refutauit, quam & ipse Rex in manu dicti Abbatis, per priuilegij sui paginã, ad vsus fratrum delegauit. Villam quoque *Vilippam* tempore Imperatoris Henrici initiste ablatam supradicto monasterio reddimus, villam etiam *Sprimont* cum ecclesia & decimationibus & terris ad ipsam ecclesiam pertinentibus, sicut Dux Fredericus ecclesiæ tradidit in perpetuum. Adiicientes hoc ad libertatem banni leugæ & opidi Stabulensis, vt nullus Dux aut Marchio, nullus Comes aut Vicecomes, nulla sæcularis vel ecclesiastica persona in omnibus locis, quæ intra terminos ipsius banni leugæ, aut in opido Stabulensi continentur, aliquam potestatem, iustitiam siue iudiciũ exerceat, nulla persona quæ ibidem habitet alium quàm Abbatem dominum habeat, nec pro imparibus nuptijs, aut pro sanguinis effusione, vel pro defuncta manu alij nisi Abbati respondeat. Percussuram quoque monetæ & teloneum, & publicas nundinas in opido Stabulensi, sicut à prædecessoribus nostris ita & à nostra munificentia & à successoribus nostris Regibus siue Imperatoribus lege in perpetuum valitura..... Et vt inconuulsum per omnia tempora maneat, præceptum hoc conscribi & sigillo nostro insigniri præcepimus, manuque propria corroborauimus. Huic etiam nostræ confirmationi testes adhibuimus, quorum nomina hæc sunt: pag. 289. pag. 291.

Arnoldus Colonien sis Archiep. Helinus Treuirensis Archiep.
Henricus Leodiensis Ep. Fredericus Monasteriensis Episc.
Otto Frisingensis Episc. Ortlenus Basilien sis Episc.

Henricus Constantiensis Episc. Albertus Marchio de Brandenborgh,
Henricus Dux Saxoniæ, Matthæus Dux* superioris Lotharingiæ,
Henricus Namurcensis Comes, Gosuinus de Falconis monte,
Henricus Comes de Limbourg, & frater eius Gerardus,
Conradus de Dalem, & alij quàm plures. Ego Arnoldus Cancellarius, vice Henrici Moguntini Archiepiscopi & Archicancellarij, recognoui.

* Nota, sup. pag. 251.

1152. Acta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo secundo, Indictione XV. regnante Frederico Romanorum Rege. Data Aquis-grani VII. Idus Martij.

Idem Fredericus I. *Imp. an.* 1152. *declarat quæ sint iura Aduocati ecclesiæ Marsnensis.*

Fredericus Dei gratia Romanorum Rex. Ad præcidendas occasiones dissensionum inter dominum G. de Henneberg, & confratres de ecclesia S. Remigij, qui in curia* Marnensi grauem iniuriam à prædicto G. se perpessos esse sæpiùs conquesti sunt, misimus nuntios nostros R. Decanum Aquensem, & A. Sculletum, & Macelinum Marscalcum nostrum, qui perquirerent, quid iuris dominus G. in curia Marnensi ex Aduocatia, quæ ad regnum pertinet, habere deberet, & veritatem rei scripti adtestatione nobis repræsentarent. Sicut igitur prædicti nuntij nostri veraci relatione cognouerunt, scripto præsentis paginæ ad communem notitiam deferebant. In curia Marnensi hæc sunt iura regni: in tribus generalibus placitis tertia pars omnium, quæ acciderint, domini Regis est, duæ verò reliquæ ad curiam pertinent. Alio autem tempore, si quid fortè emerserit, videlicet effusio sanguinis, vel latrocinium, prima quidem domini Regis est, altera verò curiæ, tertia autem Comitis erit. Prætereà in tribus singulis generalibus placitis, viginti solidos & vnum ex debito iure dominus Rex habebit, & modium tritici. Asserit prætereà sæpè dicta curia Marnensis, se nullum prorsus debere habere Aduocatum, nisi vel ipsum dominum Regem, vel eum quem ipse propria manu sibi substituerit. Hac veritate cognita

pag. 118.

gnita de curia Marnensi, præcipimus ne vltra præscriptum seruitium quisquam Aduocatus maius seruitium in posterum expostulare præsumat. Huius rei testes sunt, Arnoldus Colonienſis Archiepiscopus, Bernardus Paderburnenſis Episcopus, Arnoldus Cancellarius, Henricus Notarius, Dux Welpho, Marchio Albertus, Comes Vlricus de Lencenburg, Marcuardus. Acta sunt hæc anno millesimo centesimo quinquagesimo secundo, Indictione XIV. anno domini Regis Frede- 1152.
rici primo. Data Paderburnæ, per manus Arnoldi Cancellarij.

Henricus cognomento Cæcus, Comes Namurcenſis & Luxeburgenſis, Bronienſem S. Gerardi Abbatiam an. 1154. in protectionem ſuſcipit.

Ego Henricus, Dei gratia Comes Namuci & de Luzeleburch, omnibus veritatis amatoribus. Quia pium est & amicum Deo suam ecclesiam tueri, ego Henricus Bronienſem ecclesiam, cum vniuersis ad se spectantibus, in mea defensione susscipio, & sicut prædecessores mei dignoscuntur eam inuiolabiliter custodisse, sic & ego diligenter obseruabo. Aduocatiam siue nomen Aduocati non habeo in ecclesia, sicut nec antecessores mei habuerunt, sed ipsius defensor existo, pro suis orationibus, & mandato duorum Imperatorum. Data anno M.C.LIV. 1154.

NOTATIONES.

HENRICVS Cæcus Comes Namurcenſis, Conrado II. Comite Luxeburgenſi sine heredibus masculis defuncto, Comitatum istum ab Imperatore obtinuit, & post annum Christi 1188. senex admodū obiit, & ex Agnete Gelrensi reliquit vnicam filiam Ermensindā seu Hermesindem. Quam adhuc lactentem cùm Henrico Campaniæ seu Trecarum Comiti destinasset, Balduinus V. Hannoniæ Comes, ex Exmensinda Henrici Cæci sorore natus, arcem & Comitatū Namurcensem an. 1188. occupauit: vt in Auctario Aquicinctino, à me ad calcē Chronici Sigebertini edito, legitur. Mansit tamen Ermensinda heres & domina Comitatus Luxeburgensis, nupsitque primùm Theobaldo Comiti Barrensi sine liberis defuncto, post Waleramo Duci Limburgensi an. 1214.



Tres porrò Albertos ex ordine Comites Namurcenses fuisse constat ex Genealogia S. Arnulfi; vbi lacunam ex ms. codice sic exple: Carolus Dux genuit Ermengardem, Orthonem Ducem & Gerbergam, fratres & sorores. Horum Ermengardis (*nupta Alberto primo*) genuit Albertum Comitem (*secundum*) & filias duas Hadevvidam & Emmam de Los. Horum Albertus (*secundus*) genuit Albertum Comitem (*tertium.*) Albertus (*tertius*) genuit Fredericum Episcopum, Godefridum, Heinricum & Albertum, fratres. De sororibus, Hadevvida (*nupta Gerardo Duci Loth. Mosellanæ*) genuit Theodericum Ducem & Gerardum Comitem, fratres. Horum Theodericus genuit Simonem Ducem, Simon genuit Matthæum Ducem. Vide suprà pag. 254. & sequentibus.

GODE-

GODEFRIDVS, Alberti III. filius, Comes Namurcensis Abbatiam Floreffiensem, ord. Præmonstratensis tertiam, an. 1121. fundauit: vt fusè in Chronico Præmonstratensi docuimus. Godefridi filia *Flandrina* maritum habuit Dominum de Antoin & Espinoy. Alia eiusdem filia *Beatrix* nupsit Gualtero, aliàs Itherio Comiti Rethelensi, suprà pag. 332. laudato. Mathildis porrò prior Godefridi vxor, marito neglecto, adhæsit N. Domino de Coucy.

CAPVT CLIX.

Henricus, S. Leopoldi Marchionis Austriæ filius, à Frederico I. Imp. an. 1156. ex Marchione creatur Dux Austriæ.

FRidericus diuina fauente clementia Romanorum Imperator. Nouerit omnium fidelium posteritas, qualiter nos in generali nostra curia Ratisponæ in Natiuitate S. Mariæ virginis celebrata, controuersiam quæ inter patruum nostrum Heinricum Ducem Bauariæ & nepotem nostrum Heinricum Ducem Saxoniæ diu agitata fuit, super Ducatu Bauariæ & super Marchia à superiori parte fluminis Anasi, hoc modo terminauimus; quòd Dux Bauariæ resignauit nobis Ducatum Bauariæ & dictam Marchiam, quos tenebat. Qua resignatione facta; moxeumdem Ducatum Bauariæ in beneficiũ contulimus Duci Saxoniæ. Prædictus verò Dux Saxoniæ cessit & renuntiauit omni iuri & actioni, quas habebat ad dictam Marchiam cum omnibus suis iuribus & beneficiis. Ne autem in hoc facto honor & gloria patrui nostri aliquatenus minuatur, Vladislao Duce Bohemiæ sententiã promulgante, quam ceteri Principes approbabant, Marchionatum Austriæ & dictam Marchiam supra Anasum commutauimus in Ducatũ; eiusdemque Ducatum contulimus Heinrico prædicto patruo nostro, suæ vxori Theodoræ & liberis eorumdem. Et ob singularem fauorem, quo erga d. patruum nostrum Heinricum Austriæ Ducem, eius conthoralem Theodoram & eorum successores, nec non erga terram Austriæ, quæ clypeus & cor sacri Romani Imperij esse dignoscitur, afficimur, dictis coniugibus, eorum in Ducatu successoribus, nec non prætactæ terræ Austriæ subnotatas constitutiones, concessiones & indulta auctoritate

Imperiali donauimus & donamus. Primò quidem quòd Dux Austriæ non quibusuis subsidiis & seruitiis tenetur, nec esse debet obnoxius sacro Romano Imperio, nec cuiquam alteri, nisi ea de sui arbitrij libertate fecerit; eo excepto dumtaxat, quòd Imperio seruire tenebitur in Hungaria XII. viris armatis per mensem vnum sub expensis propriis; & in eius rei euidentiam vt Princeps Imperij agnoscatur. Nec pro conducendis feudis requirere seu accedere debet Imperium extra metas Austriæ; verùm in terra Austriæ sibi debentur sua feuda conferri per Imperium. Dux etiam Austriæ non tenetur aliquam curiam accedere edictam per Imperium, nisi vltrò de sua fecerit voluntate... Et si Dux Austriæ sine herede filio decesserit, idem Ducatus ad seniorem familiam, quam reliquerit, deuoluatur. Inter Duces Austriæ qui senior fuerit, dominium habeat dictæ terræ. Ad cuius etiam seniorem filium iure hereditario deuoluatur: ita tamen quòd ab eiusdem sanguinis stipite non recedat, nec Ducatus Austriæ vllo vnquam tempore diuisionis alicuius recipiat sectionem..., Dux Austriæ Principali indutus veste, superposito pileo Ducali, circumdato serto pinnito, baculum habens in manibus, equo insidens, & insuper more aliorũ Principum Imperij conducere ab Imperio feuda sua debet. Et vt hæc nostra Imperialis constitutio omni æuo firma permaneat, præsentes litteras scribi, & sigilli nostri impressione fecimus insigniri, adhibitis testibus, quorum nomina sunt hæc: Pilegrinus Patriarcha Aquileiensis, Eberhardus Archiep. Salisburgensis, Otho Frisingensis, Chunradus Batauensis, Eberhardus Babenbergensis, Hartmannus Brixinensis, Hartuuicus Ratisponensis & Tridentinus Episcopus: dominus Welfo, Dux Chunradus, frater Imp. Friderici I. Cæsaris, Palatinus Rheni Fridericus, filius Regis Chunradi, Heinricus Dux Charinthiæ, Marchio Engelbertus de Istria, Marchio Albertus de Baden, Marchio Deopaldus de Vochburch, Hermannus Palatinus Comes de Rheno, Otho Comes Palatinus, & frater eius Fridericus, de Schiern & Wittelspach, Eberhardus Comes de Sultzbach, Rudolfus Comes de Svveinshent, Albertus Comes Hallensis, Eberhardus Comes de Pinchausem, Comes de Putina, Comes de Peilstain. Ego Reinaldus Cancellarius, vice Arnoldi Moguntini Archiep. & Archicancellarij, recognoui; regnante Friderico I. Romanorum Imperatore. Datum Ratisponæ, XV. Kalend. Octobris, Indictione quarta, anno Dominicæ

nicæ incarnationis milleſimo centeſimo quinquageſimo ſexto, anno 1156. regni eius quarto, Imperij ſecundo.

Idem Fredericus I. Imp. poſſeſſiones eccleſiæ S. Mariæ Antuerpienſis, an. 1157. confirmat.

Fredericus diuina fauente clementia Romanorum Imperator. Nouerit omnium fidelium iuduſtria, qualiter Rainerus eccleſiæ S. Mariæ in Antuerpia Præpoſitus præſentiã Majeſtatis noſtræ adiit, porrigens nobis priuilegia proaui noſtri Henrici Romanorum Imperatoris quarti, & Imperatoris Lotharij tertij, & multùm ſupplicans Majeſtati noſtræ, per Cancellarium noſtrum Rainaldum, quatenus ea noſtris oraculis confirmare vellemus. Nos itaque... Teſtes, Godefridus Traiectenſis Epiſcopus, Albertus Aquenſis Præpoſitus, Henricus Comes de Gelra, Theodericus Comes Hollandiæ, filius eius Florentius, Theodericus Comes de Cleua, Godefridus de Kuch, & frater eius Hermannus, Goſvvinus de Heinesberch, Volricus de Hurtunghen, Walterus de Stapela, Harpernus de Randenrode. Ego Rainaldus Cancellarius, vice Arnoldi Moguntini Archiepiſcopi & Archicancellarij, recognoui. Datum in Nouiomagenſi palatio, III. Nonas Iunij, anno milleſimo centeſimo quinquageſimo ſeptimo, Indictione quinta, regnante Friderico Romanorum Imperatore, anno regni eius ſexto, Imperij ſecundo. 1157.

pag. 318.
pag. 303. & 385.

Gualterus Dominus Aueſnenſis benefacit monaſterio Latienſi in Hannonia, circa an. 1160.

Notum ſit tam præſentibus quàm futuris, quòd dominus Gualterus de Aueſnis Lætias veniens coram altari S. Lamberti duo molendina de *Eſtruen* in elecmoſynam eccleſię Lætienſi dedit. Ego igitur Nicolaus Cameracenſis Epiſcopus, huic operi bono fauens, illud ſigilli noſtri atteſtatione & munitione tamquam ratum & firmum corroboro.

Notatio

Notatio de Lætienſis eccleſiæ initiis ac progreſſu.

Leſſies. Lætienſis eccleſiæ initia circa annum 751. debentur Wigberto Comiti & Adæ vxori eius: quorum filia S. *Hiltrudis* virgo, tabulis Martyrologij Rom. 27. Septembris adſcripta, & an. 1006. è terra ab Erluino Cameracenſi Epiſcopo leuata, atque in loculo decenter poſita, ibidem quieſcit. Benedictinos porrò monachos, amotis clericis, in dicta
1095. Lætienſi eccleſia *Galcherus* Cameracenſis Epiſcopus anno C. 1095. pōtificatus ſui primo, collocauit: petente *Theoderico* Domino Aueſnenſi, & *Ada* eius coniuge. Galcheri ſucceſſores, in his Manaſſes anno 1103. Odo anno 1111. & 1112. id ratum eſſe voluerunt. Ceterùm monaſterij Lætienſis conditores habentur dictus Theodericus & vxor eius Ada
pag. 242. de Roucy, Hilduini Comitis Rocienſis filia: vt Hermannus monachus in Hiſtoria eccleſiæ Laudunenſis ante annos quingentos ſcripta teſtatur; ex qua A. Quercetanus in Genealogia familiæ Caſtellionenſis lib. 2. cap. 6. hæc recitat:

Hildvvinus Comes Rocienſis duxit Adeladē, germanam Manaſſæ Remorum Archiepiſcopi, ex qua genuit Ebalum Comitē de Roucy, & Andream Comitem de Rameru, ſeptemque filias. Harum vnam nomine *Felicem* duxit Sanctius Rex Aragonenſis, & ex ea genuit Hildefonſum Regem, qui Cæſarauguſtam & alias vrbes plurimas paganis abſtulit. Secundam (nomine Beatricem) duxit Rotholdus Comes Perticenſis. Tertia nomine Margareta nupſit Hugoni Comiti Claromontenſi, de qua genitus eſt Rainaldus Comes, qui ex Adelada Veromanduenſi Comitiſſa genuit Margaretam, coniugem Caroli Boni Flandrenſium Comitis. Quarta nomine *Ermentrudu* nupſit Theobaldo Comiti de Riſnel in Hiſpania. Quintam nomine *Adam* duxit Godefridus de Guiſia, & ex ea genuit Guidonem, patrem Burchardi. Defuncto autem Godefrido, eadem Ada accepit maritum Walterum de Ath. Quo mortuo accepit tertium maritum Theodoricum de Aueſnis, & cum eo exſtruxit cœnobium, quod dicitur de Leſſiis, in propria poſſeſſione ſua. Defunctoque eodem Theoderico, ipſa ſe ex toto contulit eidem cœnobio, vbi pluribus annis religiosè viuens defuncta & (*iuxta maritum*) ſepulta eſt. Sextam duxit Ernulfus Comes de

de Warem, qui genuit Othonem Comitem de Chisni, qui Otho genuit Aubertum, qui Aubertus genuit Aubertum Comitem, & Ernulfum Episcopum de Verdun. Septimam nomine *Adeladam* duxit nobilissimus Princeps in Burgundia nomine Falco de Vir vel de Serrata, de qua genuit Bartholomæum Episcopum Laudunensem, & Ermentrudem vxorem Henrici Comitis de Grandi-prato. Hactenus ex Hermanni ms. Historia Laudunensi.

FASTRADVS, Theoderici & Adæ Roucienſis filius, ex Richilde Walterum cognomento Pulchrum, Auesnarum & Lutosæ in Hannonia Dominum, & Euerardum Tornacensem, suprà pag. 207. memoratum, genuit.

Nicolaus Dominus Auesnensis duxit Mathildem F. Henrici Namurcensis, Comitis Rupensis in Arduenna.

Iacobus Dominus de Auesnes, Leuse, Condè, Landrecies & Trelon, ad bellum sacrum cum Brabantis & aliis Belgis profectus, Siluensem vrbem in Lusitania an. 1188. Mauris eripuit, & an. 1191. apud Assur contra Turcos fortissimè pugnans cecidit: vt Guil. Neubrigensis lib. 4. cap. 21 & Vitriacus cap. 98. & 99. narrant.

Ioannes Auesnensis, Ioannis filius, Burchardi & Margaritæ Constantinopolitanæ, Flandrorum & Hannonienſium Comitissæ, nepos, Hannoniæ Comes, Cartusiam Valentianensem in Hannonia an. 1288. fundauit.

Wedericus dominus de Aueſnes & Leuſe 1066. pag. 289.
Theodericus do. Aueſn. d. Adam de Roucy, Latinum monachos colloc. 1095. ob. ſ. lib.
Gerardus in Syria 1079. ſine liberis.
Ada, al. Ida, vx. Faſtradi de Oiſy, Aduocati Torn. 1088.
Goſuinus de Oiſy, 1112. 1117. do. Aueſn. & Aduoc. Torn. ſ. lib. ſupra pag. 300.
Faſtradus II. duxit Richildem.
VValterus Pulcher do. Aueſn. Aduoc. Torn. 1164. dux. Idam F. Euerardi domini Mortaniæ, Caſt. Tornacenſis.
Euerardus.
Theodericus II. do. Mortaniæ d. Alidem F. Balduini II. Co. Han. pag. 212.
Nicolaus do. Aueſn. dux.
Mathildem Namurzenſem 1180.
Goſuinus Aduoc. Torn. do. de Flamengeries.
Euerardus Ep. Torn. 1172.
Petronilla vx. Ioannis Aduocati Ciſonien. pag. 349.
Euer. Radulfus do. Mort. Caſt. Torn. 1155. Mortaniæ Abbatiã fundat, ob. 1180.
Iacobus do. Aueſn. d. Amelinam F. heredem Buchardi do. Guſiæ, ob. in Syria 1191.
VValterus II. do. Aueſn. d. Margaritam Co. bleſen.
Theobaldus ſine lib.
Maria vx. Hugonis Co. S. Pauli.
Buchardus adhæſit Margaritæ CP.
Ioannes ob. 1255.
Ioannes Co. Han.
Balduinus do. Bellimontis 1267.
Beatrix vx. Henrici Co. Luxeb.
Guido ob. 1219. ſ. lib.
Mathildis vx. Nicolai do. de Rumigny.
Ida vx. Guilielmi Caſt. Audom. 1186.
Guilielmus Caſt. Aud. 1186.
N. vx. N. de Popinelle.
VValterus.
Matthæus.
N. vx. Ingerranni Co. S. Pauli p. 413.
Egidius.

CAPVT CLX.

Niuellenſes Canonicæ alodium Louerolenſe concedunt monachis Altimontenſibus ſub annuo cenſu, an. 1158.

EGo Oda Abbatiſſa, totuſque Niuellenſis conuentus eccleſiæ, tam præſentibus quàm futuris. In pago Haynoenſi adiacet allodium *Louerele* nuncupatum, Altimontenſi monaſterio contiguũ: hoc allodium in ius perpetuum noſtra Niuellenſis poſſidebat eccleſia; ſed quia locus erat deſertus, rara vel nulla inde conſequebatur commoda. Altimontenſis igitur monaſterij fratres, aſpicientes hunc locum quamuis deſertum, ſibi tamen vicinum, ſuiſque vſibus neceſſarium & aptum, conuenerunt frequenter nos, expetentes à nobis ſibi concedi locum prædictum, vt illum excolerent, & exinde ſingulis annis noſtræ eccleſiæ cenſum aliquem determinatum perſoluerent. Tandem adquieſcentes conceſſimus prædictum allodium, altare etiam & eccleſiam, quæ & noſtri iuris erant; vt hæc omnia prædicti Altimontenſis monaſterij fratres à noſtra eccleſia cenſualiter & ſub tutela noſtræ tenerent eccleſiæ, pro allodio perſoluentes ſingulis annis, XVI. Kalendas Aprilis, ſex libras Valencenienſis monetæ. Huius rei teſtes ſunt ſubſcripti. Signum Eurardi Præpoſiti, S. Gerbergæ Præpoſitæ, Eurardi Decani, Egerici Cuſtodis, Segardi, Gerardi, presbyterorum, Goſuini, Nicolai, Stephani, diaconorum, Arnulphi, Gilleberti, Goſelini, ſubdiaconorum; Haſcetæ, Adelhedis, Gertrudis, Idæ, item Idæ, Bertæ, item Bertæ, Margaretæ, Methæ, Mathildis, item Gertrudis, Hacuindis, ſororum eccleſiæ; Radulphi Cameracenſis Archidiaconi, Igerici Abbatis S. Giſleni, Theoderici Condatenſis Decani. Actum eſt hoc ſolenniter in Niuellenſi Capitulo, anno milleſimo centeſimo quinquageſimo octauo, Indictione VI. Concurrente ſecunda, epacta.. Frederico Imperatore regnante, Godefrido Duce Louanienſi iuniore, Henrico Leodienſi Epiſcopo. 1158.

pag. 68.

pag. 66.

CLAREMBALDVS Dei gratia Abbas dictus Altimontis, & conuentus fratrum eiuſdem loci, cultoribus iuſtitiæ notitiam veritatis. Eſt allodium quoddam S. Gertrudis, *Louvele* dictum, Altimontenſi ter-

ritorio contiguum, quod quia situ erat à Niuellensi ecclesia remotum, minùs ei videbatur profuturum. Nos autem.... *vt suprà.*

Rogerus de Landast ecclesiæ Cisonienſis (cuius erat Aduocatus) iura coram Metropolitano recognoscit, an. 1159.

Ego Sampson diuina miseratione Remorum Archiepiscopus, Apostolicæ Sedis Legatus, vniuersis ecclesiæ filius. Memorialibus litteris
pag. 349. mandari decreuimus, quo pacto Rogerus de Landast, ecclesiæ Cisonienſis tunc temporis Aduocatus, iura eiusdem ecclesiæ in his quæ subscripta sunt coram nobis recognouerit, præsentibus venerabilibus fratribus nostris & Coëpiscopis, Balduino Nouiomensi, Godescalco Atrebatensi, Abbatibus etiam Martino S. Vedasti, Gossuino Aquicinctensi, Fulcone Hasnonienſi, Fulberto Aroasiensi, Balduino Maricolensi, Hemfrido Phalopinensi, clericis quoque & militibus quàm plurimis... Signum Balduini Nouiomensis Episcopi, Godescalci Atrebatensis Episcopi, Martini Abbatis S. Vedasti, & aliorum. Actum Remis
1159. anno milleſimo centeſimo quinquageſimo nono, Indictione octaua, epacta nona, regnante Ludouico Rege Francorum anno viceſimo secundo, Archiepiscopatus nostri decimo nono. Robertus Cancellarius recognouit & subscripsit.

Ingerrannus II. *Comes S. Pauli sponsam sibi obtinet N. filiam Nicolai Domini Aueſnenſis.*

Ego Theodoricus Flandrensis Comes, & Philippus filius meus, notum facimus tam præsentibus quàm futuris curiæ Flandrensis Baronibus negotium Ingerranni Comitis S. Pauli, & Nicolai de Aueſnis, in præsentia nostra consummatum... Ingeranno & Nicolao cum amicis & proximis suis apud *Fares* in nostro conspectu conuenientibus, Ingerrannus, consilio & cura Rogeri, Dapiferi Flandriarum, filiam Nicolai obtinuit in sponsam sibi: cui totum *Buscoy* & appenditia eius, & *Duisans* totum, & terram suam de *Imblingeen*, cum appenditiis eius, in dotem concessit. Ita quod dotem nominatam in manu mea & filij mei posuit: de qua filia Nicolai hominium nobis fecit, & eam de manu nostra

noſtra ſuſcepit. Ei quoque prædictæ dotali terra inueſtitæ homines eiuſdem terræ hominium pro debito fecerunt & fidelitatem iurauerunt, Ioannes de Buſcoy, Hugo filius Erinnæ, & omnes alij. Huic actioni adſtitimus, & quòd illibata permaneret, ego & filius meus plegiæ fuimus. Hoc ipſe Ingerrannus & frater eius Guido, fide & iuramento aſtricti, ſe obſeruaturos polliciti ſunt. Homines quoque Ingerranni fide & iuramento plegias ſe interpoſuerunt, videlicet Balduinus de Griuilla, Adam Kieret, Euſtatius d'Eſcaines, Euſtatius de Longnes. Præterea adfuerunt teſtes & plegiæ, Caſtellanus Inſulenſis, Caſtellanus Duacenſis, Ilbertus de Tarenti, Simon de Oiſy, Robertus Aduocatus Bethuniæ. Quadringenti ferè milites ſeriem rei expoſitæ viderunt & audierunt, & nullo contradicente vnanimitatis aſſenſum tribuerunt, & prætaxatæ veritati, ſi opus fuerit, teſtimonium perhibere poſſunt.

Notatio de Comitibus S. Pauli, ex familia Candentis auenæ, vulgò Candauene, *aliis Campi auenæ.*

ROGERIVS Comes S. Pauli circa an. 1038. collegium Canonicorum in opido S. Pauli apud Arteſios fundauit, & an. 1039. diploma Falempinenſe ſuprà pag. 160. & Winnocibergenſe an. 1067. pag. 194. ſignauit.

HVGO, Rogerij filius, ex Clementia (pòſt nupta Arnulfo Ardæ Domino) genuit Guidonem Comitè S. Pauli ſine liberis defunctum, & Hugonem II. Comitem.



HVGO II. Comes S. Pauli, cognomento Candens auena, *Candauene*, an. 1096. cum God. Bullonio in Syriam iuit. Duxit primò Elſendem, ſecundò Margaritam, Rainaldi Claromontani apud Bellouacos Comitis filiam, Caroli Boni Flandriæ Comitis viduam, quæ tertiò nupſit Balduino de Encre.

HVGO III. Ceruicampum, aliis Caricampum, *Chercamp*, Abbatiam monachorũ ord. Ciſtertienſis in diœceſi olim Morinẽſi, nunc Bolonienſi, circa an. 1137. fundauit. Idem alia duo inſuper monaſteria, *Orcamp* & *Clercamp*, condidit. Obijt 1142. in Ceruicampo ſepultus cum vxore.

HVGO IV. Comes S. Pauli expeditioni Conſtantinopolitanæ cum Balduino Flandriæ Comite an. 1204. interfuit: vt Gofridus de Villa-Harduini fusè narrat. Idem cum Philippo Alſatio Flandriæ Comite in Syria an. 1190. militauit.

CAPVT

CAPVT CLXI.

Godefridus III. *Loth. Brabantiæq; Dux Littam Remensi monasterio S. Remigij restituit, an.* 1060.

EGo Godefridus Dux Lotharingię, filius Godefridi iunioris Ducis, notum facio vniuersis, me alodium B. Remigij, Francorum Apostoli, quod Litta dicitur, duobus annis tenuisse. Tandem verò compunctus, nec non mandato domini Imperatoris coactus, & à Colonienſi Archiepiſcopo Rainaldo, & à Leodienſi Epiſcopo admonitus, iam dictum alodium Deo & B. Remigio prompta deuotione reddidi, & in præſentia Baronum meorum illud abdicaui; ſtatuens quòd nunquam ſæpedictum monaſterium de ipſius alodij rebus aliquod damnum patietur, ſed ex integro ei maneant omnia ſua, ſicut dedit Gerberga Francorum Regina. Huius rei ex parte eccleſiæ teſtes ſunt, Philippus Abbas de Parco, Simon Præpoſitus de Louanio, Riczo eiuſdē eccleſiæ Canonicus, Lambertus Canonicus eccleſiæ B. Petri in Leodio, Theodericus Præpoſitus de Marſna, Guillielmus Canonicus de Bruſella, Leo Prior eccleſiæ B. Remigij, Guillielmus Præpoſitus, Guillielmus Prior S. Thomæ, Warnerus monachus. Ex parte Ducis, liberi, Leonius de Pollar, Reinerus de Iacia, Antonius & Galterus de Mesbruecke, Gillebertus de Weſebeke, Anſelmus de.... Guillielmus filius Manerij de..... De familia, Gerardus de Huldeberghe, Henricus Magerhoke, Henricus de Salla, Arnoldus de Rode & filius eius Arnoldus, Engelbertus de Meneſelue, Waleramus de Leuuel. Actum eſt hoc anno milleſimo centeſimo ſexageſimo, Indictione VIII. 1160.

Theode-

Theodericus Alsatius, Flandriæ Comes, eiusq; filius Philippus, dotant Abbatiam S. Augustini, ord. Præmonstratensis, in agro Teruanensi, 1163.

EGo Theodericus, Dei gratia Flandrensium Comes, notum facio, me pro mea & parentum salute, sed & pro delendo quodam peccato, quod in combustione ecclesiæ S. Augustini filius meus Philippus commisit, in perpetuum censum, per singulos annos, decem libras Flandrensis monetæ eidem ecclesiæ, consilio eiusdem filij, nec non & Baronum meorum, in eleëmosynam dedisse. Præterea prædictam ecclesiam sub mea meorumque successorum protectione in perpetuum custodiendam suscepi; vt in ea commorantes quietè diuinis laudibus vacare valeant. Vt autem hæc nostra confœderatio rata in perpetuum maneat, eam placuit sigillo nostro munire, & testes idoneos annotare. Signum Roberti Præpositi Ariensis, Rogerij de Wauerin, Hugonis de Grengi, Christiani de Stracele, Boidini filij eius, Theobaldi de Turre, Walteri filij eius, Rogeri Præpositi de Hesdin, Bernardi fratris eius, Eustachij de Camerleng. Actum anno M.C.LXIII.

1163.

Theodericus, Comes & Princeps Alostanus, damna monasterio Affligemiensi illata reparat, an. 1164.

EGo Theodericus, Dei gratia Dominus & Princeps Alostensis opidi, notum fieri cupio tam præsentibus quàm futuris, ecclesiam Haffligemensem aliquamdiu aduersitatibus me inquietasse, prauorũ consilio damna plurima rebus intulisse, hominibus meis præfatam Dei domum iniustè conturbantibus, nec vt debui, restitisse, nec iniuriam pro potestate vindicasse. Cuius facti tandem pœnitens, pacem & indulgentiam reatus mei humiliter quæsiui ac impetraui, Haffligem cum hominibus meis veni, ductus in ecclesiam coram altari S. Petri satisfactionem feci, & omnem emendationẽ coram Deo & ministris eius promisi. Siluam meam, quæ Hokerda vocatur, in restitutionem damni & eleëmosynã liberaliter ecclesiæ contuli. Terram adiacentem, tam

fratrum

fratrum quàm aliorum circummanentium vsui delegaui. Hanc communi placito duo nobiles viri, Stephanus de Boular, & Herbertus de Dentregem, ad opus ecclesiæ in manus susceperunt, testes legitimæ donationis futuri. Siluam fratrum apud Ordengem, quam sæculari potentia vendi & succidi prohibui, omni voluntati eorum, potestati, vtilitati concessi. Testes, Walterus Abbas de Trunchinis, Gerardus Abbas de Niniue, Arnulfus Prior fratrum, Hugo cognomento Rampard, Frater Daniel de Suynarden, Stephanus de Boular, Herbertus de Dentrenchem, Gerardus de Sottengem, Sigerus de Huulet, Sigerus Castellanus & Willelmus frater eius, Henricus de Lede, & frater eius Ægidius, Albertus de Erenbaldengem, Gillebertus Notarius, Gillebertus de Ponte, Walterus de Impe, Wiricius de Dackenhem, Oliuerius de Mechlinis, Egericus de Hoboscb, Sigerus de Erebaldengem, Albaldus de Alost, & alij multi. Acta sunt hæc anno M.C.LXIV. 1164.
Epacta XXV. Concurrente III.

Philippus Alsatius Flandriæ Comes Bergensi monasterio S. VVinnoci benefacit 1165.

Ego Philippus, Dei gratia Comes Flandriæ, libertatẽ illam, quam Comes Carolus quondam ecclesiæ B. Winnoci tradidit & confirmauit, precibus Walteri Abbatis præfatæ ecclesiæ annuens, concessi iteratò, & sigilli mei impressione corroboraui. Ipsa itaque libertas hunc habet modũ. Abbas Hermes ecclesiæ Bergensis aduersus Froulfum querelam mouit; quam terminare volens seniores Castellaniæ præfatus Comes Carolus conuocauit, Folcrammum de Prato, Vlricum filium Ingelinæ, Bernoldum Spretum, Reingerum de Sintonis, Euerardum de Coudekerca, Theobaldum filium Dodonij. Hi ergò periuramentum commoniti, concorditer responderunt, totam illam terram, in cuius australi & occidentali parte monasterium S. Winnoci situm est, & antiquum burgum, & salinas in Sintonis, quas Grenas dicunt, habitantes in iis locis, & omnia quæ per manus Comitum S. Winnoco collata sunt, ita libera esse debere, vt soli Abbati de omnibus forisfactis & emendationibus respondeant: excepto raptu mulierum, & adustione domorũ, & si per Scabinos comprobari possint,

forum vel ecclesiam pugnando perturbasse. Hospites verò ecclesiæ hospitibus Comitis in omni lege & consuetudine ita pares esse dixerunt, vt nec in exercitum vadant, nisi per Abbatis nuntium moniti, quando Comitis hospites per nuntium eius moniti iuerint. Vnde & Abbas Rumoldus, quem quidam prefatorum virorum nouerant, Comiti Balduino & successoribus à singulis hospitibus ecclesiæ S. Winnoci sex denarios annuatim dari constituit: per quem videlicet censum ipsos tamquam suos Comes contra omnem molestiam & inquietudinem Castellani vel ministrorum eius tueri debeat & manutenere. Porrò denarij præscripti non Ministerialium scilicet Comitis esse proprij debeant: Ministeriales quippe ante tempus huius pactionis non pauciores vaccas, quàm postea, coquinæ Comitis præparabunt. Sicut ergò testimonio præfatorum virorum determinata sunt, in præsentia prænominati Caroli Comitis, ita ego Philippus, Dei gratia Flandriæ Comes, S. Winnoco perpetua libertate possidenda contrado, & huius donationis meæ paginam sigilli mei auctoritate confirmo. Acta
1165. sunt hæc anno millesimo centesimo sexagesimo quinto, apud S. Audomarum, in Natiuitate Domini, in curia solenni. Testes, Desiderius Præpositus de Insula, Haket Decanus de Brugis, Eustathius Camerarius, VValterus de Locris, VVillelmus Morrant, Segerus de Someringem, & Gerardus frater eius, Simon de Tetingem, Alanus de Ipra, Hugo de Stenis, Christianus de Mares.

NOTATIONES.

HOSPITES ecclesiæ S. VVinnoci,] hoc est, qui terras Abbatiæ S. VVinnoci Bergensis inhabitant aut colunt. Vide infrà ad an. 1183. & 1225. de hospitibus ecclesiæ S. Donatiani Brugensis.

MINISTERIALES.. coquinæ Comitis.] Ex his colligi datur, Ministeriales hereditarios Flandriæ, quos hodie Officiarios vocant, olim pro Comitis Flandriæ culina aliquot vaccas aut boues annis singulis aluisse. Ex his Ministerialibus fuerunt, Camerarius, Senescallus, Dapifer & Pincerna seu Buticularius.

CAPVT

CAPVT CLXII.

Philippus Alsatius, Flandriæ Comes, Abbatiæ Niniuensis Aduocatum circa an. 1165. se profitetur: & cœnobium Loense an. 1166. & 1177. dotat.

EGO Philippus, Dei gratia Flandrorum Comes, notum esse volo tam futuris quàm præsentibus, quòd ego ecclesiæ de Nineua Aduocatus & defensor sum; & eam protegere debeo ab omnibus ei iniuriam inferre volentibus. Præfatam verò ecclesiam in mea suscepi aduocatia & protectione coram his testibus; Theodorico de Alost, Eustachio Camerario, Roberto Ariensi Præposito, Balduino Iprensi Præposito, Hugone Abbate S. Petri, Sigero de Someringem, Bernardo de Someringem, VValtero fratre eius.

EGO PHILIPPVS, Dei gratia Comes Flandriæ, notum esse volo *pag 237.* tam futuris quàm præsentibus, quòd ecclesię B. Petri de *Lo* illam partę terræ, quæ vulgò dicitur *Mor*, quæ est inter Mor ecclesiæ S. Vedasti Euersamensis, & aquam illam quam vulgus nominat *Hanakin Leed*, totam in perpetuum liberè possidendam donauerim. Viam etiam illam, quæ circa clausirum ecclesię iacuit, per quam Greuelenses transire solebant, quam patermeus & ego obstrui fecimus, eidem ecclesiæ obtinendam concedo. Quod vt ratum sit, scripto commendare curaui, & sigilli mei impressione confirmaui coram his testibus; Desiderio Præposito Insulensi, Roberto Præposito Ariensi, Hakero Decano Brugensi, Lamberto Notario, Eustachio Camerario, Galtero de Locra, Henrico de Moesteda, Sigero de Somrighem, Galtero Gonel, & aliis multis. Actum hoc anno millesimo centesimo sexagesimo sexto, *1166.* Dominica ante Natiuitatem S. Mariæ, Maleæ in noua ecclesia Comitis.

EGO PHILIPPVS Flandriæ & Viromandiæ Comes, notum esse volo omnibus, quòd dedi in eleëmosynam Canonicis de *Loo* xx. solidos, singulis annis accipiendos Furnis, in Dominica Palmarum, ex officio Leonij Notarij. De istis verò denariis statui, vt solummodo procurentur vinum & panis, ad conficiendum sacrificium altaris. Ne igitur

in posterum hæc eleëmosyna possit ab aliquo infringi, sigilli mei auctoritate eam confirmari præcepi, anno Domini millesimo centesi-
1177. mo septuagesimo septimo.

Gosuinus Dominus Heinsbergensis, & vxor eius Aleidis, fundant cœnobium Heinsbergense, quod nunc est virginum ord. Præmonstratensis in Ducatu Iuliacensi & diœcesi Leodicensi.

Alexander II. Dei gratia Leodiensis Episcopus omnibus Ecclesiæ filiis. Nouerit dilectio vestra, quòd dominus Gozvvinus secundus Henesbergensis, & vxor eius Aleidis, animarum suarum, parentum quoque & filiorum memores, basilicam monti suo collateralem, in honore D.N. Iesu Christi, matrisque eius fundauerunt, & iam per manum prædecessoris nostri Heinrici consecratã & dotatam diuinæ seruituti
1165. obtulerunt. Anno verò millesimo centesimo sexagesimo quinto, Indictione XIV. regnante Frederico Romanorum Imperatore, in ecclesia B. Mariæ in Aquis-grani, ab ipso fundatore Gozvvino, & filiis eius Philippo Archidiacono, Gozvvino, Godefrido, consentientibus, rogati sumus, quæ prædictæ basilicæ data sunt alodia (ne aliquis ausit diripere ab ipsis fratribus ibi Domino militantibus) banno sancire, & summam totius reditus eiusdẽ basilicæ scripto enumerare. In ipso etenim fundo Henesbergensi mansi duo, Rode mansi vndecim, Waldenrode mansi duo, in loco qui vulgò Ad quercum dicitur, mansus & dimidius. Communicato itaque consilio cum ipso domino Gozvvino & filiis eius, maximè rogatu domini Philippi Præpositi maioris ecclesiæ & Archidiaconi, hæc confirmata sunt, & sigillo nostro roborata, III. Idus Martij, quod tunc erat in Capite ieiunij, in cutia nostra Leodij, & testes idonei suppetati, quorum sunt nomina: Elbertus Archidiaconus, Reinerus Archidiaconus, Almericus Archidiaconus, Hubertus Decanus S. Lamberti, Abbas Drugo S. Iacobi, Abbas Euerhelmus S. Laurentij, Abbas Gerlandus Floreffiæ, Abbas Lucas de Cornillon, Godefridus Dux Louaniæ, Heinricus Comes Namucensis, Lodevvicus Lonensis, Herevvigus Decanus, Rutgerus filius domni Gozvvini.

Philippus

Philippus Heinsbergius, Colonienſis Archiepiſcopus, cœnobÿ Heinsbergenſis fundationem, à patre ſuo Goſuino & matre Adeleide factam, an. 1180. *firmat.*

Ego Philippus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis eccleſiæ Archiepiſcopus, omnibus fidelibus in perpetuum. Nouerit omnis futura generatio, quòd dominus meus & pater carnalis Gozvvinus huius nominis ſecundus de Heinsberg, & domina mea & mater Adeleidis, conſentientibus omnibus heredibus ſuis, meipſo ſcilicet & fratribus meis, Gozvvino, Herimanno, Godefrido, ſororibuſque Vda, Methilde, Salome, partes alodij ſui, duos videlicet manſos, qui fuerunt feudum Godefridi, item duos manſos, qui fuerunt Arnoldi, continuatim iacentes in ſuburbio ipſius caſtri, Deo obtulerunt, conſtructa ibidem eccleſia in honore Dei & genitricis ipſius Mariæ, ad altare ipſius, in die conſecrationis, quando à domino Henrico II. piæ mem. Leodienſi Epiſcopo prædicta conſecrata eſt eccleſia, addito inſuper alodio ſuo quod dicitur Rode Huberti. In ægritudine verò mortis poſitus curiã *Haneberg*, & in *Haget Sittert* viginti bonnaria tradidit. In via *Schinuelt* allodiũ, quod ſoluit dimidiam marcã, tam ipſe quàm domina mea, per manus noſtras & fratris mei Godfridi prædictæ dederunt eccleſiæ. Hanc igitur donationẽ tam legaliter factã, quamuis non titulo Epiſcopatus aut Archiepiſcopatus, tamen iure ad nos reſpiciat, auctoritate Dei atque noſtra cõmunimus, & ſigilli noſtri impreſſione ſignamus. Acta ſunt hæc anno milleſimo centeſimo octogeſimo. 1180.

PHILIPPVS.... *vt ſuprà*. Nouerit omnis futura generatio, quòd dominus meus & pater carnalis Gozvvinus huius nominis ſecundus de Heinsberg emerit quoddam allodium, ſcilicet vndecim manſos, à manu cuiuſdam liberi Baronis Huberti, & eos S. Mariæ cœnobio in Heinsberg contulerit. Notum etiam eſſe volumus omnibus fidelibus, quòd ego Philippus & frater meus Godefridus, poſt obitũ parentum noſtrorum, tres manſos illi eccleſiæ contulimus in Rode; & ſicut quidam Hezelinus & vxor eius Getrudis poſſederant, & in agris & in ſiluis legem confirmamus. Hæc facta ſunt in præſentia Leodienſis Epiſcopi Rudolfi, & Præpoſiti ſummæ eccleſiæ Colonienſis Bruno-

nis, & Comitis Gerhardi de Gelren, & Comitis Alberti de Molbach,
1183. & aliorum multorum. Acta sunt hæc anno millesimo centesimo octogesimo tertio, Indictione 11. regnante Frederico Romanorum Imperatore.

Cælestini III. *Papæ, & Rudolphi Arch. Leodic. tabulæ.*

Cælestinus Episcopus, S.S.D. dilectis in Christo Officiæ Magistræ & sororibus ecclesiæ S. Mariæ in Heinesberg, regularem vitam professis. Vestris postulationibus clementer annuentes, & præfatum monasterium S. Mariæ, in quo diuino mancipatæ estis obsequio, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus. In primis statuentes, vt ordo monasticus, qui secundùm Deum & B. Augustini regulam in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Locum ipsum, in quo præfata ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis, possessiones quas habetis in Heinesberg, & bona quę habetis in Rode, & ea quæ habetis in Humberse & in Hoenge, & alia quæ à bonę memoriæ Philippo Colonienſi Archiepiscopo, & à Radulfo quondam Leodicensi Episcopo monasterio vestro confirmata sunt, vobis auctoritate Apostolica confirmamus. Datum Laterani, per manum Ægidij S. Nicolai in carcere Tulliano diaconi Cardinalis, vi.
1194. Nonas Iulij, Indictione xii. anno millesimo centesimo nonagesimo quarto, pontificatus verò domini Cælestini Papæ III. anno iv.

RVDOLFVS Leodiensis ecclesiæ Archidiaconus vniuersis Christi fidelibus salutem. Notum esse volumus, quòd cœnobium quoddam S. Mariæ prope castrum in Heinsberg, quod ex religiosis fratribus & sanctimonialibus feminis dominus Gozvvinus secundus, & vxor eius Aleidis, in suo alodio construxerunt, crescente iam religione, pro numero fidelium ibidem Deo famulantium, non est sufficienter ab his fundatoribus dotatum. Quapropter dominus Gosvvinus de Valckenburg, nepos iam dicti Gosvvini, & domina Aleidis neptis eius, decreuerunt ecclesiam de Geilenkirchen, quæ ad eorum pertinebat patronatum, prædicto cœnobio vacantem conferre. Pari quoque donatione stipendium cuiusdam præbendæ de Geilenkirken ad supradictũ clausſtrum

clauſtrum tranſtulerunt. Iſtorum verò nobilium piam inſtitutionem dominus Albertus Leodienſis Epiſcopus debita benignitate confouens, fratres illius clauſtri dono altaris in Geilenkirken inueſtiuit, curam animarum ijſdem fratribus indulgens. Nos verò donationem his fratribus factam ratam habentes, totam huius rei ſeriem confirmamus, cum ſignis domini Gozvvini & Aleidis, qui duo facti huius auctores fuerunt, noſtræ quoque imaginis ſigillum præſenti ſcripto imprimentes. Data Svveſtris in generali Capitulo, in prima Dominica poſt Paſcha, anno milleſimo ducenteſimo primo, Concurrente VII. Epacta XIV. Indictione IV. Huius rei teſtes ſunt, Ericus Decanus prædicti Capituli, Herimannus Paſtor de Svveſtris, Willelmus Præpoſitus Marnenſis, & omnes fratres Svveſtrenſis Capituli. *Sufteren.* 1201.

CAPVT CLXIII.

Gerardus Grimbergæ & Ninouiæ Dominus, & vxor eius Mathildis, filia heres Gerardi fundatoris Abbatiæ Niniuenſis, eiuſdem poſſeſſiones confirmant, an. 1167.

GErardus de Grimbergis, & vxor eius * Mathildis, & filij eorum Gerardus & Arnulphus, tam futuris quàm præſentibus in perpetuum. Quia diuina diſpenſante clementia domino Gerardo, Niniuenſis Abbatiæ fundatori, iure hereditario ſucceſſimus, ne ab operibus eius bonis degenerare videamur, quæ benè incohauit, nos optimè conſummare decreuimus, & quæcumque ipſe vel homines eius, & quæcumque nos vel homines noſtri præfatæ Abbatiæ contulerunt, ad vſus fratrum confirmare & tueri debemus. Signum Gerardi Abbatis de Camberon, S. Arnulphi Abbatis de Haffligem, Giſelberti Abbatis de Eiham, Gerbodi Abbatis de Geralmont, Hildebrandi Abbatis de Get, Herbrandi Aduocati, Walteri de * Adengem, Sigeri Caſtellani de Aloſt, Rabodonis de Rumeſt, Sigeri de Halten, Nicolai de Marca, VValteri de Impe. Actum anno milleſimo centeſimo ſexageſimo ſeptimo. *pag. 376* *Enghie.* 1167.

Philip-

Philippus Alsatius, Flandriæ & Veromandiæ Comes, illud ipsum approbat an. 1167.

Philippus, Dei ordinante clementia Flandriæ & Viromandiæ Comes, tam futuris quàm præsentibus in perpetuum. Quia dominus Gerardus de Grimbergis, & vxor eius domina Magthildis, cum liberis suis, Niniuensis Abbatiæ possessiones & iura, quæ ab ipsis & à prædecessoribus suis possederat, recognouerunt, dederunt, confirmauerunt, & ad vsus fratrum se conseruaturos promiserunt, & me pacti conseruatorem consenserunt, precibus ipsius Gerardi, possessiones & iura ecclesiæ quasi de manibus eorum suscipio, & cum ipsis & pro ipsis ecclesiæ recognosco, do & confirmo, & ad vsus fratrum tueri polliceor. Signum Roberti Præpositi de Arie, S. magistri Euerardi, Eustachij Camerarij, VValteri, Sigeri, Arnulfi, fratrũ de Cortrai, VValteri de Rolenghe, Bernardi de Somergem, Balduini de Vechta, VVillelmi de Hus de Bruges, Balduini de Prat, Vlrici de Rokengem, Fromoldi de VVingem, Henrici de Morslethe. Actum anno millesimo
1167. centesimo sexagesimo septimo, Indictione XV. Epacta XXVIII. Concurrente VI.

Idem Philippus Comes in Arienſi apud Arteſios S. Petri baſilica XVI. *præbendas Canonicorum an.* 1169. *fundat ac dotat.*

Ego Philippus, Dei gratia Flandriæ & Viromandiæ Comes, tam futuris quàm præsentibus in perpetuum. Eleëmosynæ beneficium, quod præsentis paginæ series explicabit, Arienſis ecclesiæ, cuius parietes de fundamentis patrum meorum excreuerunt.... Inter *VVatenes* & *Bour-*
Moer. *bourg* palus quædam limum inaccessibilem spatiosa latitudine diffundebat, & vsibus sese denegabat humanis. Huius limosæ paludis illuuiem feci sumptibus propriis exhauriri, & ex ea statum commodioris naturæ quasi violenter extorquens in terram frugiferam transformaui. Huius terræ partem quandam, circiter mille septingentas mensuras continentem, cum molendino de VVatenes (quod de proprio feceram) & tractu nauium, præfatæ ecclesiæ possidendam perenniter assignaui,

assignaui, vt ex hoc beneficio accresceret in ea numerus sexdecim prębendarum. Quoniam verò eiusdem terræ portionem non modicam, scilicet trecentas mensuras, Gualterus Cortracensis, sed & quidam seruientes mihi partem permaximam in eadem terra, videlicet Bordinus Ruscius, Simon Erakesim, Rosto de VVinghnes, titulo feudi de manu mea priùs possidebant, rursus eam mihi vindicans, interuenta pecunia, eidem ecclesiæ pariter adscripsi. Insuper terram quandam in Ariensi territorio, similiter ex palude in solidam conuersam (circiter ducentas mensuras) quæ inter noua molendina & Ariam diffunditur, iam dictæ ecclesiæ possidendam assignaui. Præterea septuaginta marcas prouenientes ex terra, quam tenuit olim Philippus, qui Comes nuncupatur, pater VVillelmi de Ipra, quæ patri meo & mihi iure hereditario successit, prætaxatæ ecclesiæ pariter adscripsi. Hanc autem donationē sigilli mei munimine roborau, & testes subscripsi idoneos. Signum Petri fratris mei, Michaëlis Constabularij, Hellini Dapiferi, Rosonis Buticularij, Eustathij Camerarij, Gerardi de Meschines Sigillarij mei, Lambini de Brugis Notarij Comitis, Roberti Aduocati Bethunensis, Rogerij Cortracensis Castellani, VVillelmi Castellani Audomarensis, Guidonis Bergensis Castellani, Balduini Castellani de Bourbourg, Enonis Brugensis Castellani, VValteri de Locris, Gilberti de Aria. Actum hoc anno millesimo centesimo sexagesimo nono, Kalendis Augusti, per manum Roberti, Cancellarij Flandriæ & Arienſis ecclesiæ Præpositi, regnante Ludouico Francorum Rege. *pag. 237.* 1169.

EGO PHILIPPVS, Dei gratia Flandriæ & Viromandiæ Comes, notum fieri volo, quòd redemi pro centum & septuaginta marchis à VValtero Cortracensi CCC. mensuras, quas eidem dederam à me in feudo tenendas, infrà lacū qui est inter VVatenes & Bourbourg, quem propria expensa desiccari feci, & ad terram arabilem redigi. Prædictus itaque VValterus Brugis in præsentia hominum meorum terram præfatam in manus meas liberam resignauit, & sic eam concessi in eleëmosynam perpetuò habendam ecclesiæ S. Petri Arienſis. Quod vt ratum permaneat, sigilli mei auctoritate & testium subscriptione corroborari præcepi. Signum Roberti Flandrensis Cancellarij, Roberti Brugensis Decani, Rogerij Cortracensis Castellani, Eustathij Flandrensis Camerarij, Giselberti de Niuela. Actum anno millesimo centesimo LXXII. 1172.

Frederici I. *Imp. tabulæ de Heriſtallo eccleſiæ Leodicenſi oppignorato, an.* 1171. *ſcriptæ.*

pag. 308. & 332. *Herſtal.*

Fredericus, diuina fauente clementia Romanorũ Imperator, notum facimus quòd Godefridus Dux Lotharingiæ beneficium Ducatus ſui, quod ſitum eſt in villa Harſtalij, dilecto noſtro Radulpho Leodicenſi Epiſcopo, Aquiſgrani in præſentia Principum & totius curiæ, per manum noſtram pro trecentis marchis oppignorauit, & idem Epiſcopus illud in poteſtatem ſuam contraxit & quietè poſſedit. Poſtmodum verò placuit eidem Epiſcopo, vt dictum vadium eccleſiæ S. Mariæ ſanctique Lamberti in Leodico conferret, & ad ſtipendia fratrũ Deo in eccleſia eadem militantium deſtinaret. Vt autem ampliorem roboris perfectionem traditio iſta contraheret, memoratus Epiſcopus oppignoratum ſibi beneficium in manum noſtram reportauit, noſque illud petitione eius, de manu propria in manum Henrici eiuſdem eccleſiæ Præpoſiti, & Ægidij Comitis de Durachio, qui traditionis huius Aduocatus & mandiburnus inſtitutus eſt, Othonis de Malbere & Alexandri de Nouiomago, ad vſus ſtipendiarios præbendæ fratrum, vt iam dictum eſt, liberè tradidimus. Huius rei teſtes ſunt, Chriſtianus Moguntinus, Arnoldus Treuerenſis Archiepiſcopus, Godefridus Traiectenſis Epiſcopus, Theodericus Comes de Cleue, Adelbertus Comes de Molbach, Henricus de Cuke, Conradus de Bochesberch, Robertus de Durne, VVernerus de Boulant, Henricus Leodicenſis eccleſiæ maior Præpoſitus, Simon Decanus, Amalricus, Balduinus, Rodulphus, Archidiaconi, Robertus Cantor, Ægidius Comes de Durachio, Otto de Malberg, Alexander de Numage, Euſtatius frater Aduocati Hasbaniæ, Turricus de Prato, Faſtradus de Dummertin, Thomas de Helmericurt, Godinus de Hoſemont, Bodo frater eius, & alij quàm plures. Ego Henricus Cancellarius, vice Chriſtiani Moguntini A. & Archicancellarij, recognoui. Acta ſunt hæc anno mille-
1171. ſimo centeſimo ſeptuageſimo primo, Indictione quarta, regnante Frederico Romanorũ Imperatore, anno regni eius XX. Imperij XVIII. Datum Leodij III. Kal. Octobris.

CAPVT

CAPVT CLXIV.

Hugo III. *Dux Burgundiæ an.* 1172. *fundat Capellam Diuionensem, & Canonicos* X. *in ea constituit ac dotat.*

Ego Hugo Dux Burgundiæ notum volo esse præsentibus & futuris, quoniam Ierosolymam proficiscens, præ nimia maris turbatione & imminentis periculi acerbitate, tam ego quàm omnes qui in nauigio erant, grauiter perterriti fuimus. Ea propter votum faciens, Deo promisi me constructurũ, in mea curte apud Diuionem, ecclesiam in ho- *Dijon.* norem sanctæ Dei genitricis Mariæ & B. Ioannis Euangelistæ. Vnde factum est, vt in reditu meo Romam veniens, quod voueram, per manum bonæ memoriæ Alexandri summi Pontificis, Deo obtuli, & auctoritate Apostolica, quemadmodum in autentico scripto quod ab eo impetraui continetur, confirmari feci. Cùm autem rediissem gratia Dei, conuocatis amicis meis, decem clericos, pro remedio animæ meæ, & prædecessorum successorumque meorum salute, Deo in perpetuum seruituros, apud Diuionem instituí, quibus, laudante *Aalide* vxore mea, & *Odone* primogenito meo, in eadem villa in proprios vsus reditus assignaui. Vt verò ijdem Capellani mei de mensa mea & domo esse manifestiùs cognoscantur, in festis annalibus, id est, in Natiuitate Domini, in Pascha, in Pentecoste, in Omnium Sanctorum, si Dux vel Ducissa Diuione fuerint, accipient de expensa curiæ, tamquam commensales Ducis, in perpetuum duos solidos pro pane, quattuor sextarios vini, quattuor solidos pro coquina vel æquiualens. Oblationes omnes & beneficia capellæ Ducis & Ducissæ, vbicumque sint, apud Diuionem, ex integro ipsorum erunt, nec Capellanus Ducis vel Ducissæ in eis quidquam habebit, nisi iure Canonicatus, & non iure Capellaniæ: siquidem nec Dux nec Ducissa Capellanum habebit, nisi Decanum Capellæ, vel aliquem de Canonicis ipsius, qui videlicet Decanus, vice domini Papæ, curam animæ Ducis & animæ Ducissæ debet habere, sicut in præsenti habet curam animæ meæ Nicolaus Capellanus meus & Decanus capellæ, quàm curam ipse à domino Papa Alexandro sumpsit. Quoniam igitur ecclesiã istam, ad honorem Dei &

tutamen animarum Ducum Burgundiæ, & ad illustrationem domus illorum non dubito pertinere, ipsam tamquam Ducatus caput & turrim salutis Ducum cùpio erigere. Vnde statuo, & posteritati meæ in salutem suam mando, vt quàm citò quis dominium Ducatus susceperit, statim tamquam felix operum suorum initium adeat ecclesiam suam, consortium spirituale Canonicorum suorum recipiat, fidelitatem ei & statuta præsentis scripturæ se seruaturum iuret; singulos Canonicos, in signum fraternitatis, in osculo sancto recipiat, tam illos quàm res illorum in speciale tutamen amplectens. Hoc ipsum Ducissa quoque in initio promotionis suæ, cùm venerit Diuionem, faciat: vt à sancto & pio opere incipientes, cætera agenda, auctore Domino, deinceps prosperè succedant. Vt autem hoc in posterum ratum habeatur, præsentem paginam sigilli mei & sigilli Odonis primogeniti mei impressione feci muniri. Testes sunt, Odo filius meus primogenitus, cuius laude hoc totum factum est, Maria venerabilis quondam Ducissa Burgundiæ, mater mea, Aymo de Diuione, Willermus de Orgeolo, milites: item Bartholomæus Cambellanus meus, Rainaldus de Edua burgensis: de presbyteris, magister Nicolaus Capellanus meus & Capellæ Decanus, Vibertus, magister Hugo, magister Guido Malus panis, magister Richardus diaconus. Actum est hoc anno millesimo centesimo septuagesimo secundo. 1172.

Alexandri II. *Papæ diploma.*

Alexander Episcopus, seruus seruorum Dei, dilecto filio, nobili viro Hugoni Duci Burgundiæ salutem & Apostolicam benedictionem. Petitionibus nobilium & potentum virorum, quæ rationi & honestati noscuntur inniti, animo nos conuenit placido condescendere, & eas libenter & efficaciter exaudire; vt ad ecclesiarum commodum & profectum feruentiùs accendantur, cùm in eorum iustis petitionibus ab Apostolica Sede facilè se nouerint exaudiri. Inde est, quòd deuotionis feruore, & instantia tuæ petitionis inducti, fundum quem apud Diuionem pro ecclesia, & officiis eius ædificandis, beato Petro ac nobis liberaliter obtulisti, in ius & proprietatem nostram & Ecclesiæ Romanæ recipimus, & ibidem ecclesiam construendi, quæ soli

Romano.

Romano Pontifici debeat respondere, tibi facultatem & licentiam indulgemus; auctoritate Apostolica prohibentes, ne cui Episcopo vel aliæ ecclesiasticæ personæ liceat quidquam iuris sibi in eadem ecclesia, vel clericis eidem ecclesiæ seruientibus, vendicare. Datum Tusculi, VI. Idus Nouembris.

Idem Hugo III. *Burg. Dux an.* 1179. *Gualtero Episcopo Lingonensi donat Comitatum Lingonensem.*

Notum sit omnibus, quòd ego Hugo Dux Burgundiæ Comitatum Lingonensem, quem à Guidone de Sauz per commutationem accepi, ecclesiæ Lingonensis Episcopo patruo meo Gualtero, & eius in Episcopatu successoribus, in eleëmosynam dedi, & habendum in perpetuum concessi, & eum in manu eiusdem Gualteri guerpiui; laudantibus filiis meis, *Odone* & *Alexandro*; Henrico etiam Comite Barri, consanguineo meo, qui præfatum Comitatum à me acceperat in feodum, & fratribus eius Theobaldo, Rainaldo & Hugone hanc donationem confirmantibus & approbantibus, & si quod ius in Comitatu illo à suis prædecessoribus habebant, præfatæ ecclesiæ in eleëmosynam concedentibus; nec non etiam laudantibus hanc eamdem donationem Guidone de Sauz & filiis eius Othone & Henrico, & liberis eiusdem Othonis. Testes sunt, clerici, Manasserus Lingonensis Decanus, Petrus Barrensis Decanus, Ebrardus Præpositus sanctorum Geminorum: milites, Gerardus de Reon, Biardus Moners, Simon eius frater, Petrus de Barro, seruus Henrici Trecensis Comitis, Boinus Præpositus Castellionensis, Petrus Maior Castellionensis. Actum est hoc anno millesimo centesimo septuagesimo nono. 1179.

NOTATIONES.

Roberto Duce Burgundionũ obeunte, quem suprà retulimus AINRICI Regis fuisse fratrem, filio quoque ipsius Ainrico ante obitum patris mortuo, filius ipsius Ainrici *Hugo* Ducatum Burgundiæ suscepit. Quo facto monacho post aliquot annos, Principatum ipsius frater eius *Odo* obtinuit. Rex autem Audefonsus quàm strenuus in armis fuerit,

rit, quoties Saracenos præliando fuderit, quot expeditiones in eos egerit, non ibi descibere decreuimus. Qui etiam Toletum, maximam vrbem eorum, suo subiugauit imperio, magnam suæ habitationis partem eis auferens. Hic filiam Roberti Ducis Burgundionum duxit in vxorem nomine *Constantiam*, de qua suscepit filiam, quam in matrimonium dedit Raimundo Comiti, qui Comitatum trans Ararim tenebat. Alteram filiam, sed non ex coniugali thoro natam, *Ainrico* vni filiorum filij eiusdem Ducis Roberti dedit: hosque ambos in ipsis finibus Hispaniæ contra Agarenorum collocauit imperium. Hactenus ex Fragmento Historiæ Francorum à Roberto Rege vsque ad Philippi I. Regis obitum, quod Pithæus edidit.

Burgundiæ Duces ex familia Capetica: de qua pag. 187.

Hugo Capetus, an. 987. Francorũ Rex coronatus, liberos reliquit Robertum in regno successorem, & Adeleidẽ, Rainaldi Comitis Autissidorensis & Niuernensis vxorem. Robertus Rex filios habuit, Hugonem, Henricum I. Regem, & Robertum Burgundiæ Ducem, an. 1075. defunctum.

I. ROBERTVS I. Burg. Dux ex Helia de Semur, aliis Ermengarde, sustulit *Hugonem* anno 1057. defunctum, *Henricum*, *Robertum* Siciliæ Comitem ex parte vxoris, *Simonem*, *Constantiam* primùm Hugoni Comiti de *Chalon sur Saone*, pòst Alfonso VI. Castellæ & Legionis Regi an. 1080. nuptam, Vrracæ, dictorum regnorum heredis, ex marito posteriore matrem, & *Aldeardim* vxorem tertiam Guidonis Godefridi, dicti Guilielmi VII. Ducis Aquitaniæ Comitisque Pictauiensis, qui an. 1086. obijt. *pag.* 308.

II. HENRICVS, Roberti I. Ducis filius, ante patrem circa an. 1067. decessit, & ex Sibylla, Rainaldi Burgundiæ Comitis filia, sustulit *Hugonem* I. Burgundiæ Ducem, qui pòst vxoris Iolentæ Niuernensis obitum monachus Cluniaci 1092. obijt; *Odonem* fratris in Ducatu successorem; *Robertum* Episcopum Lingonensem, pòst monachum Molismensem, S. Brunonis discipulum; *Henricum* Comitem Portugalliæ, ductâ Teresiâ, Alfonsi VI. suprà laudati Castellæ Regis filiâ naturali; & *Rainaldum* Abbatem Flauiniacensem.

ODO

ODO I. cognomento Borrellus, Burgundiæ Dux, Ciſtertienſis ar- III.
chimonaſterij fundator, in Syria an. 1102. deceſſit, Ciſtertij ſepultus. Ex Mathilde Rainaldi II. Burgundiæ Comitis ſuprà pag. 47. laudati filia (quæ poſt mariti exceſſum monacham in Fonte Ebraldi induit) ſuſtulit *Hugonem* II. ſuum in principatu ſucceſſorem, *Henricum* monachum Ciſtertij 1130. defunctum, & *Aleidem*, aliis Adelã aut Helam, primùm Raimundo Tripolis Comiti, Raimundi Comitis Toloſani filio, pòſt Guilielmo Taluaſio Comiti Pontiui nuptam: quibus nonnulli adiungunt *Florinam* in Syria defunctam.

HVGO II. Pacificus anno 1142. iuxta patrem Ciſtertij voluit ſepeli- IV.
ri. Ex Mathilde liberos decem procreauit, *Odonem* II. Ducem, *Raimundum*, *Hugonem Rufum*, *Robertum* Epiſcopum Auguſtodunenſem, *Henricum* A. Lugdunenſem, Ciſtertij conditum, *Gualterum* Epiſcopũ Lingonenſem, *Sibyllam* Rogerio Siciliæ Regi, *Mathildem* Guilielmo Montis Peſſulani Domino, *Aigelinã* Gerardo I. VVadonis montis Comiti, nuptas, & *Aremburgam* monialem.

ODO II. Burg. Dux ex Maria Theobaldi Campaniæ Comitis filia V.
genuit Hugonem III. Ducem. Obijt 1162. Ciſtertij conditus.

HVCO III. ſacræ Capellæ Diuionenſis conditor in Syriam an. 1171. VI.
iuit, teſte Tyrio lib. 20. & Roberto Montenſi: quorum alter Henricũ, alter Odonem non rectè nuncupat. Prior illi coniux fuit Alidis ſeu Adela, Matthæi I. Lotharingiæ Moſellanæ Ducis filia: ex qua nati, *Odo* III. Dux & *Alexander*: à quo poſteriore ſtirpem trahunt Domini de Montagu, Couches & Sombernon. Poſterior coniux fuit Beatrix Comitiſſa de Vienne & Albon, ex qua natus Andreas Delphinus, Comes Viennenſis & Albonenſis, & Mathildis vxor Ioannis Comitis de Chalon.

Robertus

Idem Dux Hugo III. Gauchero Episcopo Lingonensi an. 1178. Comitatum Lingonensem dedit. In Syriam secundò profectus, cum Philippo Augusto Francorum Rege, obsidioni Aconensi an. 1191. interfuit; teste Sanuto. Obiit Tyri 1192. sepultus Cistertij.

VII. ODO III. duxit primò Mathildem, aliàs Teresiam, Alfonsi Regis Portugalliæ filiā, Philippi Alsatij Flandriæ Comitis, in Syria ad Aconem an. 1191. defuncti, viduam; secundò Aleidem Guidonis Domini de Vergy filiam. Anno 1209. contra Albigenses militauit, & obijt 1218. conditus Cistertij.

HVGO

HVGO IV. Odonis III. F. ex Iolenta, Roberti Comitis de Dreux filia, genuit *Odonem* Mathildis Comitissæ Niuernensis & Autisiodorensis maritum, *Ioannem* Agnetis Dominæ Borbonij maritũ, *Robertum* II. Burg. Ducem, *Aleidem* Henrici III. Brab. Ducis coniugem, & Margaritam. Excessit è vita 1272. VIII.

ROBERTVS II. Burg. Dux & Thessalonicæ Rex titularis ob. 1309. Cistertij humatus. Ex Agnete, S. Ludouici Regis F. reliquit *Hugonem* V. & *Odonem* IV. ex ordine Duces Burgundiæ, Ioannem, Ludouicum, Blancam, Margaritã, Ioannam Philippi Valesij coniugem, & Mariam. IX.

Hugo V. Dux an. 1315. cælebs obijt. X.

ODO IV. anno 1316. duxit Ioannã de Francia, Comitatus Burgundiæ, Artesiæ & Salinarum heredem; ex qua genuit *Philippum*, ante patrem an. 1346. defunctũ, & Cistertij conditum. Philippus porrò, Artesiæ Comes cùm esset, anno 1338. Ioannam Guilielmi Bononiæ & Aruerniæ Comitis filiam heredem sibi iunxit, & ex ea reliquit PHILIPPVM Ducem Burgundiæ, Comitem Artesiæ, Bononiæ, Aruerniæ, & Burgundiæ Palatinum, Dominum Salinarum, qui an. 1361. cælebs decessit. Ducatus itaque Burgundiæ cessit Ioanni Franciæ Regi, filio Ioannæ Burgundæ, quæ fuit Odonis IV. Ducis soror. Is anno 1363. eundem Ducatum *Philippo Audaci*, filio suo quartò genito, dedit. Audaci *Ioannes Intrepidus*, huic *Philippus Bonus*, illi *Carolus Audax* ex ordine successerunt. Caroli filiam vnicam & heredem Mariam matrimonio sibi copulauit Maximilianus Austriacus, Frederici III. Imp. filius. Hæc ex Cl. V. Andreæ Quercetani, inter scriptores Genealogicos facilè principis, Burgundia hausimus. XI. XII.

CAPVT CLXV.

Origo Postulensis ecclesiæ, quæ nunc est Abbatia Canonicorum regularium ord. Præmonstratensis in Campania Brabantiæ & diœcesi Buscoducensi.

NOtum sit Christi fidelibus, quòd dominus Fastradus de *VVevvicht* tertiam partem prædij, in quo ecclesia in POSTELO fundata est, in honore Dei genitricis Mariæ, Floreffiensi ecclesiæ dedit. Posteà idem Fastradus habitum religionis induit, & tertiam partem prædij

ecclesiæ de *Roselo* cœnobio, quod est in Postelo dedit: & vt ratum haberetur, primus Abbas de Ostbruch, cuius prænominatus Fastradus obediens fuit, testimonio sigilli sui confirmauit, & protectioni Leodiensis Episcopi Alberonis commisit. Sextam verò partem allodij de Roselo & ius patronatus Arnoldus cognomen habens *Brabent*, communi consilio filiorum suorum, Berneri, Ottonis, Arnoldi, ecclesiæ prædictæ dedit, & omne ius quod in prædicto prædio habuit, resignauit, & iure ciuili dominus Walterus Bertoldus suscepit. Et vt omniũ heredum succedentium querela cessaret, prænominatus Arnoldus filiam suam *Iuettam* sponsam Christi in prædicto cœnobio fecit, & prædium idem, in dotem ecclesiæ & filiæ, dedit. Aliam sextam partem eiusdem prædij nobilis matrona Berta de *Blartebim*, consensu filiæ suæ Billæ, & illius filiæ filiorum consensu, quorum vnus erat Alardus Co-
Meghem. mes de *Megena*, alter Theodoricus, tertius Rogerus Scademule, qui omnes iuri suo renuntiantes proprietatem prædij, quod est in *Blartebim* resignauerunt: & Engelbertus de Bauele suscepit coram multis testibus, & Rogerus Scademule, in plenum testimonium renuntiationis, à fratre Rodulfo, pro emendo cultello, in Bremith ecclesia suscepit. Vtque hæc omnia rata habeantur, domina Billa, & eiusdem filia, in præsentia fratrum & sororũ in Postulo, ius hereditatis & proprietatis in altari Deo obtulerunt. Aliam sextam partem prædij domina Didradis de *Riestel*, omnium consensu filiorum, Henrici videlicet & Balduini, & filiæ Sibyliæ, prædictę ecclesiæ dedit. Acta sunt hæc teste domino Anselmo de Dil, & testimonio Huberti cognomento Cocre, & Wigeri qui Blanc dicitur, & multorum aliorum.

1173. Anno incar. Dominicæ M. C. LXXIII. Hermannus Abbas Floreffiensis allodium, quod est in *Elmeth*, à Domino de Herlarh empturus conuentionem fecit; hoc fine clausit, vt pro XX. & VIII. marcis dominus Theodoricus omne ius aduocatiæ suæ, & proprietatem illius allodij resignaret, & Postulensi ecclesiæ conferret. Et dominus Abbas interseruit, vt dominus Theodoricus pro eodem pretio omnem interpellationem querelæ suę de allodio Postulensi postponeret, & sororẽ suam & omnes coheredes successioni huius hereditatis renuntiare faceret. Hanc conuentionem à domino Abbate incohatam frater Rudolfus consummauit, & XXVIII. marcas domino Theodorico dedit: dominus verò Theodoricus ius aduocatiæ suę, proprietatem totius

allodij

allodij de Elmet, & omnem querelam terrarum, quas sibi, vt ipse dicebat, pro sexta parte totius allodij de Postulo vindicabat, exfestucauit, in manus domini Walteri Bertoldi, & domini Henrici Aduocati de Molle resignauit, in dominium & proprietatem ecclesiæ de Postulo tradidit, & fratres eiusdem loci in possessionem misit. In hac conuentione & compositione testes exstiterunt Henricus de Breda, Theodoricus de Altena, Gerardus de Bucstel, & frater suus Wilhelmus, Arnoldus de Hosden, Herbertus de Hese, & alij quàm plures. *Boxmi.*

Post obitum verò matris domini Theodorici, quæ vocabatur Vdehilt, soror præfati Theodorici, & vir eius Florentius de Worne, in iudicium & consiliũ diuidendæ hereditatis conuenerunt. Dominus Theodoricus quia ratum habuit quòd fide data & ministerialiũ suorum, Brusteni videlicet & Theodorici Stempel & Amilij, fide interposita promiserat, pro recompensatione venditæ hereditatis, allodium quod est *Gerdingen*, & in villa quæ dicitur *Bastvvilre* fororí suæ & illius heredibus dedit. His omnibus ita peractis, ecclesia Postulensis possessionem suam quietè possedit. Qui hæc rationabiliter gesta infregerit, anathema sit.

Nouerint etiam præsentes & futuri, quòd Verungus & Vorelinus, fratres, mansum vnum, in quo domus nostra *Versele* primò ædificata est, ecclesiæ Postulensi contulerint, & omnem proprietatem XII. iurnalium in manus Sigeberti de Gestele, ad vsum eiusdem ecclesię, pro tribus marcis & dimidia resignauerint. Domina Bela de Hapert VI. iurnales in Versele, quartam partem decimæ in Ryccasterle ecclesiæ Postulensi contulit, cùm filia eius Gerberga habitũ religionis indueret. Quartam quoque partem decimæ in *Bladele*, & agros de quibus XII. solidi & IV. denarij Dauentrenses soluuntur, & siluam quę eis adiacet, nobilis quędam matrona Berta de Brecte, equali potestate vtilitatis & dominij, cum domino Wilhelmo de Vetene possedit. Hæc videlicet Berta monialis in *Euuen*, & domini Huberti Tungerlensis Abbatis obediens facta partem suam, id est, medietatem prædicti allodij ecclesiæ Tungerlensi dedit. Dominus verò Hubertus Tungerlensis Abbas, vt in vtiliores vsus sibi verteret, partem ecclesiæ suæ datam pro X. marcis ecclesiæ Postulensi vendidit, & fratres eiusdem loci in possessionem misit. Dominus Wilhelmus de Vetene aliam medietatem prædicti allodij de Bladel pro X. marcis eidẽ ecclesiæ Postulensi

vendidit, & in manus domini Hermanni & fratris sui Vdonis de *Alpheim*, ad vsus præfatæ ecclesiæ, resignauit. Hæc omnia cum testimonio Christi fidelium facta ecclesiæ nostræ sigillo muniuimus.

Gualterus de Mauritania, Laudunensis Episcopus, plurimos seruilis conditionis homines donat ecclesiæ Tornacensi, circa an. 1173.

Gualterus de Mauritania, Dei gratia Laudunensis Episcopus, dilectis dominis & amicis Decano & Capitulo Tornacensi. Altricis nostræ sanctæ Tornacensis ecclesiæ beneficia recolentes, damus vobis in perpetuum quotquot habemus in partibus illis seruos & ancillas, vt S. Eleutherium habeant Aduocatum. De vnoquoque eorum, tam seruo quàm ancilla, habebitis annuatim sex denarios censuales, & de mortua manu duos solidos, & de maritagio duos solidos....

Fredericus I. *Imp. contractum inter Aquisgranensem & Altimontensem ecclesias initum laudat, an.* 1174.

Fredericus Romanorum Imperator..... Pacis concordiam inter Aquensem ecclesiã & fratres Altimontenses nostra auctoritate statuimus, & contractum bonæ fidei inter eos fieri præcipimus. Notum igitur esse volumus omnibus, quòd quidquid iuris habet Aquensis ecclesia in territoriis ecclesiarũ *Reng* & *Chivreneis*, id bona fide tam Præpositi quàm Decani omniumque fratrum conniuentia fratribus concessit Altimontensibus in vsu & vsufructu; proprietatis sibi dominio retento, & saluo iure totius suæ familiæ. Eius autem contractus formam hanc Aquenses Canonici & Altimontenses monachi interposuerunt, quatenus annuatim decem marcæ Colonienſis monetæ, XII. solidis pro marca computatis, Aquensi ecclesiæ à prædictis fratribus Aquisgrani soluantur. Huius rei testes sunt, Rudolphus Leodiensis Episcopus, Erlembaldus Stabulensis Abbas, Florentius Indensis Abbas, Wortvvinus Imperialis aulæ Protonotarius, Henricus Comes de Dietse, Albertus de Grumbach, Wernerus de Bolant, Constantinus

nus de Berge, Cono de Minzeberge, & alij quàm plures. Ego quoque Godefridus Cancellarius, vice Christiani Moguntini Archiepiscopi & Archicancellarij, recognoui. Acta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis M. C. LXXIV. Indictione VII. Data Aquisgrani pridie Kalendas Aprilis. 1174.

Godefridus III. *Loth. Brabantiæq; Dux collegium Canonicorum S. Ioannis, in Mosæ fl. insula Leodici, an.* 1174. *dotat; itemq; Liranos S. Gummari Canonicos.*

Godefridus Dei gratia Dux Lotharingiæ & Comes Louaniæ Canonicis ecclesiæ S. Ioannis, quæ sita est in insula Leodij, tam præsentibus quàm futuris in perpetuum. Ne aliquo tempore à me vel à successoribus meis aliquod onus indebitæ pensionis vobis imponatur, profiteor me nihil amplius iuris in villa de Nethenis habere iure Aduocatiæ, nisi id tantùm quod homines mei à me tenent, & venatores mei iudicio Scabinorum recipere solent. Quadraginta solidos, quos de horreo suprà dictæ villæ vestræ de Nethenis annuatim tollendos existimabam, propter bona merita magistri Benedicti, Decani eiusdē ecclesiæ vestræ, petitione fidelis nostri Rixonis de Monte Tienes, coram domino Henrico de Iace, Præposito & Archidiacono ecclesiæ S. Lamberti, qui vices agebat Episcopi, proiecto à me pilo pallij mei, iuxta morem nobilium vverpiui, & paginam istam nostro sigillo communimus. Horum testes sunt, Præpositus & Archidiaconus Henricus de Iace, Rixo de Hulceim. De liberis hominibus, Henricus Vlieme, Henricus de Adorp. De Ministerialibus, V Valterus Rixonis, Arnoldus filius Dapiferi, V Vilhelmus Verimes. Acta sunt hæc Leodij, in Capite ieiunij, anno incarnationis Domini millesimo centesimo septuagesimo tertio, Frederico Imp. Alexandriā nouellam ciuitatem Italiæ expugnante. 1174.

Neth.

Tillemont.

stilo Rom.

NOTVM facimus vniuersis, quòd ego Godefridus, Dux Louanienſis tertius huius nominis, omnibus censualibus S. Gummari, tam viris quàm mulieribus, eamdē libertatē concesserim, quam tempore prædecessorum obtinuerant; scilicet vt ab omni exactione liberi permanerent. Quod vt ratum habeatur, appositione nostri sigilli, ac sigilli

S. Gummari, confirmari curauimus; accitis his testibus, Canonicis Lirensis ecclesiæ, Francone Præposito, Lamberto, Engero, Godefrido, Rummundo, Canonicis Louanienſis ecclesiæ, Lamberto Decano, Riczone de Thenis, Gilberto, Reimaro. Testimonia militum, Arnoldi Dapiferi, & Arnoldi filij eius, Gozuini de Heuerlè, Galteri de Holtem, Willelmi de Berchem.

CAPVT CLXVI.

Philippus Alsatius, Flandrorum & Veromanduorum Comes, S. Nicolai cœnobium Furnense an. 1175. *& Canonicos Lensenses an.* 1177. *dotat.*

pag. 310. EGo Philippus, Flandriæ & Viromandiæ Comes notum esse volo, quòd ecclesiæ S. Nicolai de Furnis sexaginta mensuras Mori in parochia de *Hautthem*, Moro ecclesiæ S. Augustini ex Orientali parte adiacentes, in eleëmosynam donauerim, ad vsum fratrum in prædicta ecclesia S. Nicolai Deo seruientium. Signum Walteri Abbatis de Dunis, S. Halretis Abbatis de Capella, Lebberti Præpositi de Euersam, Ioannis Præpositi de Ipris, Lambini Notarij de Brugis, Gerardi de Messines, Rogerij Gandauensis Castellani, VValteri de Locris, Eustachij Camerarij, Michaëlis Constabularij. Actum est Ipris anno mil-
1175. lesimo centesimo septuagesimo quinto.

EGO PHILIPPVS, Flandrensium & Viromandensium Comes, notum esse volo omnibus, quòd dedi in eleëmosynam ecclesiæ de *Lens* quindecim solidos, singulis annis recipiendos Bapalmis ab eo, qui reditus meos ibidem colligit, in Dominica Palmarum. De istis verò denarijs statui, vt solummodo procurentur vinum & panis, ad conficiendum sacrificium altaris. Ne igitur in posterum hæc eleëmosyna possit ab aliquo infringi, sigilli mei auctoritate eam confirmari præce-
1177. pi, anno Domini millesimo centesimo septuagesimo septimo.

Idem

Idem Philippus Comes controuersiam inter Marchianenses monachos & Amalricum Landastensem terminat, & prædia dicti monasterij confirmat, an. 1176.

Ego Philippus, per Dei misericordiam Comes Flandrensis & Veromandensis, notum fieri volo, Ioannem Marchianensis ecclesiæ Abbatem & monachos, in mea & Baronum meorum præsentia, frequenter querimoniam deposuisse de Amalrico de Landast, qui quondam partem aquæ fluminis *Scarp*, quæ propria erat ecclesiæ, iniustè vsurpabat. Ad audiendam igitur vtriusque partis controuersiam, tam Abbati quàm Amalrico diem apud Ariam denominaui. *pag.* 349.

Ad hanc igitur Abbas & monachi cum priuilegiis antecessorum meorum conueniunt: omnibus visis & lectis in audientia omnium, à Baronibus meis iudicatum est, quòd tota piscatio fluminis Scarp libera ecclesiæ Marchianensi remanere deberet.

Proinde notum sit, quòd supradictus Abbas & monachi nostram beneuolentiam postulauerint, quatenus quod eis in curia mea à Baronibus meis iustè iudicatum est, cum possessionibus suprascriptæ ecclesiæ, quæ à B. RICTRVDE, dum aduiueret, munifica largitate facto testamento, in eleëmosynam eidem ecclesiæ collatæ sunt, meo priuilegio, ad instar priuilegij Comitis Caroli & prædecessorum meorum, sub testimonio Baronum meorum, confirmarem.

Ego autem Abbatis & monachorum petitioni condescendens acquieui, & Marchianensis monasterij antiquam libertatem in hac pagina confirmaui. In primis villam Marchianensem, in qua ipsius Sanctæ corpus, cum aliis Sanctorum corporibus, requiescit, liberam decernimus, cum locis hinc inde adiacentibus, nemorosis videlicet & aquosis, à terra scilicet quæ descendit à furno Duacensi vsque ad terram S. Amandi, sanctique Petri Hasnonię; & à terra de Fauaing vsque ad terram Comitis Flandrensis. In pago Pabulensi Scluſam quoque Scarpi à Marchianis vsque prope siluam de Somania. Scluſam quoque de Donc cum viuario & molendino iuxta villam de Aluo. Locum quoque Hamaticensem cum appendiciis suis Alua & Rilloit, & VVādegnies. Viuarium cum molendino & Etnerchies, & siluam eiusdem loci. *Marchianenses.*

loci. In Oſtreuanno villas Aſconium & Heram, & ſiluam de Bruilo. In eodem pago villam Salliacum cum viuario, molendino, furno & gaulo: villam etiam Gaugiacum & totum gaulum eiuſdem villæ, quod ego prædictæ eccleſiæ in eleëmoſynam condonaui. In pago Atrebatenſi villam Bariacum, & gaulum cum omni integritate: in pago Cameracenſi Saudemont cum appendiciis ſuis: in pago Lerigo villã Harnas, & Maſenbargam & Lorgies, cum appendiciis ſuis. In Melenthois villam Roncinium; in pago Pabulenſi villam Beuury cum viuario, molendino, & terris ad eam pertinentibus. De turre quoque Duacenſi cenſum quinque ſolidorum, & in eodem caſtro familiam SS. Rictrudis & Euſebiæ à teloneo liberam. In poteſtate de Rinenga duas partes totius decimæ; ſecundùm etiam prædeceſſoris noſtri Comitis Radulphi ſcriptum & eleëmoſynam, vinagium & pidagiũ de omni vino, quod fratres ducunt ad eccleſiam, ad opus ſuum, per tranſitus noſtros liberè tranſire, & nihil omnino à ductoribus vini exigere. Similiter & de omnibus victualibus fratrum per totam terram meam liberum tranſitum.

Has itaque B. Rictrudis villas ſeu poſſeſſiones, quas ſuprà ſcripſimus, ſic liberas eſſe, ſicut ab antiquo fuerunt, decernimus: quæ omnes, cum appendiciis ſuis, ſub mea protectione & aduocatione ſunt, qui eiuſdem eccleſiæ ſummus ſum Aduocatus, & Aduocati earumdẽ poſſeſſionum de me ſuas tenent aduocationes. Vt autem huius noſtræ liberalitatis deſcripto firma perpetuò maneat, ſigilli mei impreſſione eam roboraui: Baronum etiam meorum & teſtium, qui interfuerunt, nomina ſubtus annotare feci. Signum Euſtachij, S. VValteri de Locris, Roberti Aduocati, Hellini Dapiferi, Michaëlis Coneſtablenſis, Hugonis de Oiſy, VValteri de Atrebato, Michaëlis Caſtellani Duacenſis, Rainaldi de Aria, Gilleberti de Aria, VValteri Caſtellani de Raiſcia, Roberti Præpoſiti Inſulani, Gerardi de Meſcinis, Notarij & Sigillarij mei. Actum anno Domini milleſimo centeſimo ſeptuageſimo ſexto, VI. Kalendas Maij, in ciuitate Atrebatenſi. 1176.

Bertha,

Bertha, Matthæi Lotharingiæ Mosellanæ Ducis vidua, benefacit Canonicis regularibus in Monte S. Trinitatis, circa an. 1177.

Ego Bertha, Dei præscientia Lotharingorum Ducissa, Hugoni Abbati, cunctisque fratribus in Monte S. Trinitatis canonicam vitam professis. Ego & filij mei Theodericus, Simon Dux & Marchio, Fredericus, & iunior eorum Matthæus, soror quoque ipsorum Aleidis Ducissa Burgundiæ, pro remedio animæ viri mei, nobilis Ducis Matthæi..... pag. 255.

Robertus Betuniæ Dominus, eiusq; vxor Adhelis, prædia à maioribus suis Abbatiæ VVarnestonensi data confirmant, anno 1177.

Ego Robertus de Betunia, Atrebatensis Aduocatus, notum facio omnibus, quòd antecessores mei fundauerunt ecclesiam de Warneston: qui etiam statuerunt, quòd Canonici regulares in eadem ecclesia omni die militarent; quibus etiam dederunt in eleëmosynam tam decimas quàm terram & reditus, & alia multimoda beneficia. Ea propter volo sciat vniuersus fidelis, quòd ego Robertus, summus Aduocatus de Warneston, & Adhelis vxor mea, & filij mei, Robertus, Willelmus, Balduinus, quidquid præfata ecclesia S. Petri de Warneston in eadem villa, siue à nobis, siue ab antecessoribus meis, in eleëmosynam tenet nunc, hereditario iure teneat. Et hoc Gilleberto Abbati & successoribus suis concedimus atque manumittimus, & vt in perpetuum liberè possideant, sigilli nostri confirmatione roboramus. Actum est hoc anno M. C. LXXVII. Indictione X. Concurrente V. 1177. Huius rei testes sunt, Balduinus de Rabeca, Ioannes de Anesin, Ibertus de Douia. pag. 373.

Notatio de Dominis Betunia & Aduocatis Atrebatenſibus.

Betunia opidum eſt Arteſiæ non ignobile, quod olim potentes habuit Toparchas, qui illuſtris monaſterij S. Vedaſti, in vrbe Atrebatenſi ſiti, quondam Aduocati fuerunt; ideoque paſſim Aduocati Atrebatenſes nuncupantur. Quod monere viſum fuit, ne quis exiſtimet ipſos vrbis Atrebatenſis Dominos aut Aduocatos fuiſſe. Ceterùm quinque aut ſex ex primis Betuniæ Dominis, per annos ferè ducentos, omnes ex ordine nuncupati fuerunt Roberti. De primorum vxoribus, liberis & annis mortualibus quia certò nihil conſtat, difficile ſit illos diſtinguere: conabor tamen lucem aliquam adferre.

I. ROBERTVS I. circa an. 999. Betunienſem S. Bartholomæi eccleſiam condidit, & in ea ipſe aut poſteri eius Canonicos collocarunt ac dotarunt, vt habet vetus illius eccleſiæ traditio.

II. ROBERTVS II. circa annum 1040. Henniaci, vulgò *Hennin Lietard*, collegium XII. Canonicorum (qui nunc ſunt regulares) fundauit: vt Baldericus in Chron. Camerac. lib. 2. cap. 23. narrat.

III. ROBERTVS III. diplomata an. 1063. & 1066. ſcripta ſignauit, quæ ſuprà pag. 157. & 188. leguntur.

IV. ROBERTVS IV. anno 1097. diploma Montis S. Eligij ſignauit, quod ſuprà pag. 271. exſtat. Idem circa an. 1098. in Syria militauit; cuius & Meierus in geſtis anni 1096. meminit.

V. ROBERTVS V. cum filio ſuo Guilielmo tabulas Henniacenſes an. 1123. firmauit, quas ſuprà pag. 318. reperies.

VI. ROBERTVS VI. diploma Arienſe an. 1169. ſignauit, & Adhelidem habuit coniugem, atque ex alia filios, *Robertum, Guilielmū* & *Balduinum*, in diplomate iam recitato enumeratos. Quibus liberis, niſi fallor, adiungendi ſunt, *Ioannes* Epiſcopus Cameracenſis, qui an. 1203. diploma Antuerpienſis eccleſiæ ſignauit, & *Cono* in bello Conſtantinopolitano an. 1203. celebris, apud Vilharduinium.

VII. GVILIELMVS cognomento Rufus duxit Mathildem Tenerēmondæ Dominam & heredem, Suiuecanæ Abbatiæ fundatricem, circa an. 1224. defunctam, Walteri & Adeliſæ filiam, niſi fallor: & ex ea genuit Danielem, Robertum, Betuniæ ex ordine Dominos, Ioannem aliis

aliis Iacobum Abbatem Aquicinctinū, Guilielmum Molenbecæ Dominum, & Machtildem: & an. 1213. aut 1214. obijt. Daniel duxit Eustatiam de Chastillon, & circa an. 1128. sine prole obiit.

ROBERTVS, aliis Focardus, primùm Teneramundæ, & post fratris VIII.
Danielis mortem, Betuniæ quoque Dominus & Aduocatus Atrebatensis, an. 1248. in Sardinia apud Calarim decessit. Ex Isabella filia Nicolai Domini de Condè & Moriaumez vnicâ reliquit filiam Machtildem, quam sibi matrimonio iunxit GVIDO, Guilielmi Dampetræ & IX.
Margaritæ Comitissæ Flandriæ filius secundò genitus, pòst Flandriæ Comes: & sic Betunia Flandriæ accessit. GVILIELMVS Molenbecæ Dominus duxit Isabellam Pontis Rorardi Dominā: quorum liberos Lindanus in sua Teneremonda recenset. Ab isto Guilielmo Dux de Sully & alij Betunij in Francia stirpem suam deducunt. MACHTILDIS nupsit Gilleberto Sottegemio, Rassegemij Domino, & marito suo in dotem attulit Calkenam, *Kalken*, agri Teneræmondani vicum, quem hodieque possidet Comes Isegemius cum Rassegemio.

CAPVT CLXVII.

Philippus Alsatius, Flandriæ Comes, Mathildem, Matthæi fratris sui ex Ida Comitissa Bolonienſi filiam, an. 1179. matrimonio iungit cum Henrico Godefridi III. *Brab. Ducis filio & successore.*

HÆc est conuentio facta inter Comitem Flandriæ Philippum & Ducem Louaniæ Godefridū, super contractu matrimonij *Henrici* filij Ducis, & *Mathildis* neptis Comitis. Sciant itaque omnes & singuli, quòd Dux Godefridus dedit Henrico filio suo, ad dotandam inde Mathildem neptem Comitis, Bruſſellam cum castello, hominiis & omnibus pertinentiis, Viluordam cum hominiis & omnibus pertinentiis, Leuuam cum hominiis & omnibus pertinentiis, Veelam & Rusehbroc cum hominiis & omnibus pertinentiis, & quidquid Dux habet inter Sonnam & Flandriam. Henricus autem, assensu patris *f. Sennā.*
sui & suorum hominum consilio, dedit hæc omnia prænotata in dotem Mathildi, antequam ei nuberet: hac interpositā conditione,

quòd si contigerit Henricum mori absque herede, vel etiam relicto post se herede aliquo, dotem illam possidebit Mathildis liberè & absolutè tota vita sua. Si verò Mathildis decesserit non suscepto herede ex Henrico, Comes Flandriæ tenebit Bruxellam quò vsque ei reddantur mille & quingentæ libræ Flandrensis monetæ, quas dedit Duci. Illud quoque sciendum, quòd si Henricus plùs vixerit quàm Dux pater eius, succedet ei in Ducatum tamquam heres suus, & omnia ad eum deuoluentur iure hereditario quæ Dux modò possidet, præter
Ortm. Vrtinam & Comitatum de Arschot. Et si fortè contigerit Henricum mori ante patrem, heres Henrici, si quem post se reliquerit ex Mathilde sæpè dicta, ita succedet Duci auo suo in Ducatum & omnem possessionem suam, præter Vrtinam & Comitatum de Arschot, sicut Henricus feciſſet, si diutiùs patre vixisset. Ne quis ergò præsumat præscriptæ conuentioni contraire, ego Godefridus Dux Louaniæ præsens scriptũ sigilli mei auctoritate corroborari, & homines meos in testimonium subscribi præcepi, qui ex præcepto meo fidem suam dederunt, quòd ista omnia, quæ in isto continentur chirographo, ratæ obseruabuntur: ita quòd si ea, quod absit, infringere attentauerint, ipsi & omnia sua cum Comite Flandriæ & in ipsius auxilium remanebunt. Sunt autem isti, Arnout Dapifer de Rotslar, Arnout de Velepe, Inieramus de Orbais, Reinerus de Gate, Willelmus de Birbeka, Castellanus de Bruxella Walterus de A, Arnout de Bigarda, Gerardus de Grembergis, Walterus Bertout, Daniel de Craienhem, Renerus Ruschebusci, Willelmus frater eorum, Henricus de Ascha, Gotsuuinus de Adenghem, Ingelbertus frater eius, Osto de Trasennies, Walterus de Bolthem, Gotsuuinus de Leuue, Pollart, Alardus Rapa, Gotsuuinus de Sauenteim, Havvel de Hobusc, Henricus de Scoten, Scabini omnes cum præcone Waltero, & quàm plures burgensium de Bruxella & meliores. Actum priùs Antvverpiæ, & postea consummatum
1179. Bruxellæ, anno Domini M. C. LXXIX.

Balduinus

Balduinus Comes Gisnensis benefacit ecclesiæ Andrenensi, circa an. 1180.

Ego Balduinus Comes Gisnensis notum facio omnibus, quòd Vi- pag. 339.
uianus & Mathildis vxor eius, & Elembertus propinquus eius, cambiauerunt totam terram suam apud Campaniam, quam habuerunt, cùm Abbate & Capitulo Andrenensi pro terra illa quæ iacet ante portam illorum ad Ruskem. Sed Abbas retinuit sibi Comitatum vtriusque terræ & viæ illius quæ tendit ad molendinum. Hoc quia factum est per manum meam, scriptum istud inde fieri iussi, & per chirographum diuidi. Huic commutationi interfuerunt, VVillelmus frater meus, Ernulfus & VVillelmus filij mei, Balduinus de Campaines, VVichardus de Balinghem, Eustathius de VVadingem, Saluinus Canis, & multi alij.

Ego Baldvinvs Comes Gisnensis notum facio omnibus, quòd Clemens de Ardea dedit Deo & beatæ Rotrudi, & ecclesiæ Andrenensi, ac monachis ibidem Deo seruientibus tertiam partem decimæ de *Suanakes*, quæ dicitur tertia garba, quam tenebat & possidebat in feodo de domino Ernulpho de Arda. Et quia fecit hoc donum per manum prædicti Ernulphi & per manũ meam, ipso rogante confirmaui illud, concedente vxore mea Christina, & Ernulpho filio pag. 339.
meo. Et hæc confirmatio facta est in plenaria curia apud Gisnes, vbi coram cunctis Baronibus, ipsius Clementis rogatu, fideiussor exstiti Abbati & monachis Andrensibus. Testes huius rei sunt, Eustathius de Lisches, Hugo de Baudenguehem, Guffridus de Gisnes, Guido de Elenbom, Henricus de Salteun, Oliuerus, Manasses famulus, & multi alij.

Ego Arnvlfvs de Ardea notum facio, quòd Clemens de Ardea dedit in eleëmosynam per manum meam Deo & beatæ Rotrudi, & ecclesiæ Andrenensi, ac monachis ibidem Deo seruientibus tertiam partem decimæ de *Suaches*, quæ tertia garba dicitur, quam tenebat in feodo de me, & proprij sui iuris erat. Hoc donum ego & domina *Adeliua* vxor mea concessimus & proprio sigillo corroborauimus. Testes sunt VVillelmus de Bello-loco, Robertus presbyter de Nie-

les, Beroldus Capellanus noſter, Viuianus ſacerdos de Campaniis, Paganus de Norolt, Simon de Alles, & multi alij.

Notatio de Dominis Arda ſeu Ardea, vulgò Ardres.

I. ARNVLFVS Ardæ Dominus an. 1069. in honorem S. Audomari fundauit Canonicorum collegium in opido Ardenſi. Diploma fundationis ſuprà pag. 197. exſtat. Idem Arnulfus ex Mathilde Marquiſienſi filium reliquit Arnulfum. Mathilde mortua, duxit Clementiam, Hugonis Comitis S. Pauli viduam; iaceréque ſepultus in S. Bertini monaſterio.

II. ARNVLFVS, Arnulfi filius, ex Gertrude Balduini Craſſi Comitis Aloſtani filia liberos ſuſtulit, Arnulfum, Manaſſem, Balduinum, Hugonem, Agnetem & Athelam ſeu Adelinam: vt Meierus in geſtis anni 1069. commemorat.

pag. 339. III. BALDVINVS, Arnulfi & Gertrudis filius, *Beatricis Comitiſſę Giſnenſis maritus, Ardenſe Canonicorum ſæcularium collegium, ab auo ſuo Arnulfo fundatum, in Canonicorum regularium ord. Præmonſtratenſis Abbatiam anno 1144. ſuprà pag. 386. vertit. Obiitque ſine liberis & in ditione Ardenſi ſucceſſit ſoror eius Athela.

IV. ATHELA ſeu Adelina nupſit Arnulfo Vicecomiti Marquiſienſi, cuius ſuprà pag. 387. fit mentio.

V. CHRISTIANA, ſeu Chriſtina, Arnulfi Marquiſienſis & Athelæ Ardenſis filia, marito ſuo Balduino, Giſnenſium Comiti (cuius diploma iam recitauimus) dominium Ardenſe & Vicecomitatum Marquiſienſem in dotem attulit. Coniuges Abbatiam Clarimariſci in Arteſia an. 1174. dotarunt.

CAPVT

CAPVT CLXVIII.

Aldenburgensem Benedictinorum Abbatiam, à S. Arnulfo Episcopo Suessionensi circa an.1080. fundatam, Carolus Bonus Flandriæ Comes, eiusq; Buticularius seu Pincerna VValterus, cum Cononе fratre, an.1119. dotant: quod Theodericus & Philippus Alsatij, Flandriæ Comites, an. 1129. 1130. & 1180. probarunt.

KArolus, Dei gratia Flandrensium Comes, tam futuris quàm præsentibus in perpetuum. Collatos reditus, tempore nostri principatus, B. Petri principis Apostolorum + Aldenborgensi ecclesiæ præsenti schedulæ decreuimus inserere. Notum igitur sit omnibus, quòd VVALTERVS Buticularius, & frater suus CONON, tertiam partem decimæ de omni annona totius Aldenborgensis parochiæ, in perpetuos vsus fratrum inibi Deo seruientium, liberam ab omni exactione contradiderunt. Sanè huic donationi manum nostram tamquam supremam contradentes, quidquid nostri iuris erat in ea, apposuimus: quoniam eos nobiscum tam sanctæ donationis participes esse voluimus. Præterea ecclesiam S. Mariæ in Aldenborg sitam, cum alia tertia parte decimæ, & cum vniuersa minuta decima totius parochiæ, & octo mensuris terræ, sub hereditario censu & perpetuo, prædicti fratres in perpetuos vsus fratrum prædictæ ecclesiæ contradiderunt: ea videlicet conditione, vt Abbas S. Petri Aldenborgensis seu fratres ecclesiæ præfatis fratribus, aut eorum successoribus, quotannis nouem libras denariorum Flandrensis monetę persoluant; retentis tamen nouem solidis ex nouem libris, quibus Synodale debitum Abbas & fratres sui annuatim Episcopo persoluant. Cui donationi secundæ etiam manum nostram addidimus, sicut in prima fecimus.

pag. 334.

pag 335.

Oudenborg.

Signum Karoli Comitis, filij Regis Danorum, S. VValteri Buticularij & fratris eius Cononis, S. Bertulfi Brugensis Præpositi, VVillelmi Malet, Roberti fratris VVillelmi, S. Gozuini, S. Desiderij Haket Castellani, Lamberti Nappin, Thanemari de Straten, Theoderici de Dicasmutha, Berenuoldi de Stratan. Actum Brugis in domo Præpositi, XVI. Kal. Augusti, anno M.C.XIX. Indictione XII. regnante 1119. Ludouico

Ludouico Rege Francorum, filio Philippi, anno XII. quo anno dominus Guido Viennensis Archiepiscopus in Romanum Pontificem leuatus est.

Ego THEODERICVS, Dei gratia Flandrensium Comes, omnibus notum facio, quòd quidam nostras nobilis ac potens CONON nomine, filius Adelardi, atque frater VValteri quondã Buticularij, nostrã manſuetudinem implorauerit, quatenus quandam largitionem, quam dudum tam ipse Conon quàm & præfatus VValterus fecerant, nostræ auctoritatis cognitione firmaremus: cuius votis libenter annuimus.... Vt autem hoc ratum perpetuò maneat, schedulam hanc sigilli nostri auctoritate confirmauimus, & nomina testium, qui interfuerunt, subnotari fecimus.

Signum Theoderici Flandrensium Comitis, S. Cononis, Hariulphi Abbatis Aldenborgensis, Gilleberti Abbatis Heyamensis, Balduini Gandensis, VValteri Tornacensis, Danielis Tenremondensis, Theoderici Castellani de Dicasmuta, Thancmari de Straten, Chri-
1129. stiani de Gistella. Actum anno M. C. XXIX. Indictione VII. Concurrente I.

EGO THEODERICVS, Dei gratia Comes Flandrensiũ, notum esse volo cunctis fidelibus, quòd dum causſa orationis intrassem ecclesiam beatorum Apostolorum Petri & Pauli, sitam in opido Aldenborg, accesserunt ad me monachi ibidẽ Deo seruientes, cum suo Abbate Hariulfo, & suppliciter petierunt, vt illis remitterem ac perdonarẽ quandam census redditionem, quam annuali debito mihi & antecessoribus nostris hactenus persoluere cogebantur. Quorum humili petitione compulsus, pro vt rogauerunt, benignè concessi, & hanc inde fieri chartam decreui, & signis nostrorum fidelium, qui interfuerunt, consignari.

Signum Theoderici Comitis Flandrensis, S. coniugis eius Suanahildis Comitissæ, S. Arnulphi nepotis Comitum, Girardi Cubicularij, Rogeri Præpositi Brugensis, Odgarij Geruli sigilli, Frumaldi iunioris Breuiatoris, Gerardi Breuiatoris, Godzuini de Sottegem, Huberti Cubuc, Angelramni fratris Arnulfi Cubicularij, S. Reingeri Gemmonis, S. Adalardi cognati Frumaldi, Raineri Volakin, Reineri Amans. Actum apud Aldenborg in ecclesia Apostolorum, V. Kal.
1130. Iunij, Indictione IX. sub anno Dominicæ incarnationis M. C. XXX. regnante

regnante Ludouico Rege Francorũ, filio Philippi Regis, anno XXIII. Comitatus Theoderici anno secundo.

Arnoldus Vicecomes Gistellensis dotat Aldenburgense monasterium; probante Philippo Alsatio, Flandriæ Comite, anno 1180.

Philippus, fauente Deo tam Flandriæ quàm Viromandiæ Comes, vniuersis Ecclesiæ filiis in perpetuum. Præsenti pagina curaui insinuare tam futurorum quàm præsentium memoriæ, quòd ARNOLDVS Vicecomes de Gistella, cum vxore sua *Agnete*, omnem decimam quam in parochia de Erneghem & VVestkerca, & Roxem & Bekenghem, inter Pita & VVaterualla, à me in feodo habebat, in manus meas resignauit: & ego eamdem decimam ecclesiæ S. Petri de Aldenburg perpetuis vsibus contradidi. Ipse verò Arnoldus, cùm vxore sua Agnete, quandam decimam, quam in confinio præfatæ decimæ, ab ecclesia S. Nicolai de Ribelmund, sub annua dimidij firtonis solutione, hereditario iure possidebat, eidem S. Petri ecclesiæ, sub eodem pensionis canone, perpetuò possidendam, iuris sui loco, concessit. Huic donationi interfuerunt, Gerardus Præpositus Insulanus, VValterus Capellanus Comitis de VVinendala, Gerardus Vicecomes de Aldenburg, Boidin de Rauenscota, Christianus de Gistella, Theodericus Damhoudera, VVeitin de Iabbeca & fratres eius, Henricus de Paskendala, Henricus de Schiruelda, Daniel de Torholt, Haket de Rideruoorda. Datum Furnis anno millesimo centesimo octogesimo, 1180. Indictione III, Epacta XVII.

CAPVT CLXIX.

Godefridus I. *Barbatus, eiusq; nepos Godefridus* III. *& Henricus* I. *Brabantiæ Duces, Foresten sem Abbatiam monialium, prope Bruxellam, dotant.*

EGo Godefridus, Dei gratia Dux Lotharingiæ & Comes Louanien-
pag. 166. sis, tradidi B. Mariæ semper virgini, & sanctimonialibus apud Forestū ei seruientibus, partem siluæ meæ, ab ecclesia Hermanni monachi vsque ad riuū Glatbeke, liberè, sicut possidebā, possidendā assentientibus filiis meis Godefrido & Henrico, cum decima & omni vsu pro animæ meæ & filiæ meæ redemptione, parentum quoque meorum ac filiorum. Vt autem traditio hæc inconuulsa permaneat, chartam hanc sigillo meo signaui, & idoneis testibus subter annotatis roboraui.

Signum VValteri Rochestock, S. Eleberti.....

Nolo etiam ignorari, quòd allodium meum apud Milebecche & apud Montem, ad opus sanctimonialium Forestensis ecclesiæ, coram subscriptis testibus, liberè contuli. Testes, Lambertus de Crahinhem, VValterus Rodestock, Franco Castellanus, Amelricus de Bigardis, Franco Loco, VValterus de Vlenbruc, VValterus de Anselir, & alij
1110. plures. Acta sunc hæc anno M. C. X.

EGO GODEFRIDVS, Dei miseratione Dux & Marchio Lotharin-
Vorst. giæ, ancillas Dei, in ecclesia Forestensi Deo & S. Mariæ deuotè seruientes, transitoriæ hereditatis meæ participes facere disposui, quia præfata ecclesia à me atque auo & patre meo libertate donata, tam sororum numero quàm religionis testimonio in breui plurimùm creuit. Veniens igitur ad altare S. Mariæ, cum matre & magna hominū meorum multitudine, astantibus etiam eiusdem ecclesiæ fratribus & sororibus, quidquid immunitatis seu libertatis auus & pater meus iam anteà donauerant, renouando iteraui. Terram quoque Nicolai de Hocekerche, curti de VVaterlos adiacentem, partim in filiæ meæ susceptione, partim pecuniæ largitione à fratribus conquisitam, liberaliter

ecclesiæ

ecclesiæ contuli. Testes, Ivvanus de Aloſt, Arnulfus de Aldenarden, VValterus de Tenremonde, Leonius & duo filij eius Antonius & Leonius, Arnulfus de Asca, VValterus & Rabbodo de Crainē, VValterus de Campenhalt & frater eius Giselbertus Splentre, Arnulfus Dapifer & frater eius Godefridus, Renizo de Tildunc, Gerardus de Hildeberch, Lambertus de Sauentem, Gozuinus de Holthem, Gozuinus Clutinc, Gozuinus Clibinck, Henricus, Pædagogus. Acta sunt hæc anno M. C. XLV. Indictione VIII. 1145.

HENRICVS, Dei gratia Dux & Marchio Lotharingiæ, omnibus fidelibus in perpetuum. Iturus Ierusalem, vt Saracenos tam visibiles quàm inuisibiles possim superare, largam larga manu misericordiam sanctimonialibus in Foreſt Deo & B. Mariæ seruientibus volo impendere, ipsas honorando, paciſque earum & indemnitati per omnia prospiciendo. Spero enim quòd ipsarum ignitis precibus labor Ierosolymitani itineris animæ meæ erit fructuosus. Hinc est quòd siluam de Fronerode, quam mei iuris esse putabam, eidem ecclesiæ liberrimē possidendam consigno. Testes, Godefridus Castellanus Bruxellæ, Arnulphus de VVezemale, Godinus Villicus de Louanio, Boldenoi de Sone, Henricus Villicus de Steertbeca, Godefridus de Halle, Alscanus de Gerolst, Reinerus, Sigerus de Vecles, & alij quàm plures, anno M. C. XCVII. 1197.

Adeliſa, vxor VValteri de Tenremonda, monachis Bauonensibus concedit immunitatem à teloneo, circa an. 1180.

Ego Adeliſa, vxor domini VValteri de Tenremonda, notum fieri volo, me fratribus S. Petri, Gandaui Deo seruientibus, concesſisse, vt omnia ad prædictos fratres pertinentia liberè, sine omni exactione telonei, in terra de Tenremonde partis illius, quę me contigit, siue terrâ, siue nauigio habeant transitum. Vt ergò donatio mea rata permaneat, præsentem paginam sigilli mei appensione & testium subscriptione roboraui. Sigillum Rodolphi Capellani mei, S. Bertoldi filij mei, S. Balduini de Ramesdonck, S. Ioannis fratris eius, S. Danielis filij VValteri de Tenremonde, S. Theoderici de Tenremonde, S. Machtildis Aduocatæ.

Michaël Boularia Dominus, Flandriæ Constabularius, eiusq; filius Philippus, Abbatiam Niniuensem an. 1181. in protectionem suscipiunt.

Michaël Constabularius Comitis Flandrensis, & filius eius Philippus, Domini & Aduocati de Bouleir, notum esse volumus tam futuris quàm præsentibus, quòd fratres de Niniue & omnia quæ ipsorum sunt, nostra libera voluntate, & etiam præcepto domini Philippi Flandrensis & Viromandensis Comitis, in nostro dominatu tueri & ab omni iniuria defendere debemus. Terram etiam, de Iuuanio de Hasselt cum suo prato conquisitam, quinque circiter bunariorum, ab omni iure nostro vel exactione liberam eis concedimus. Siluam etiam Rijst, quam Paganus prædictæ ecclesiæ in eleëmosynam concessit, & communem in pascuis & aquis vsum in parochia de Asplar & Hasselt, quem dominus Nicolaus in eleëmosynam præfatæ ecclesiæ ante nos concesserat, decimam quoque de Vlursengem, & postremò quidquid in siluis, pratis, viis, vel aliis commoditatibus in nostra Aduocatia in-
pag. 374. præsentiarum possidere inuenta est, liberè eam deinceps possidere concedimus. Hæc autem omnia vt rata permaneant, hominum nostrorum & aliorum fidelium testimonio scripto & sigilli impressione confirmari curauimus.

Testimonium Gerardi de Hasselt, Gosuuini, Gerardini de Scendelbeke, Balduini de Dephtengem, Boidini Stop, Rothardi Boch de Bouleir, VVillelmi de Goddeidhe, VVillelmi Ruszing, Pagani, Ioannis de Asplar, Iuuaini, Boidini, fratrum de Hasselt. Actum anno mil-
1181. lesimo centesimo octogesimo primo.

CAPVT

CAPVT CLXX.

Euerardus, Walteri Auesnarum Domini & Idæ de Tornaco filius, ex Præposito Condatensi Episcopus Tornacensis, circa an. 1181. testatur ecclesiam de Fresne olim fuisse possessam à Canonicis Condatensibus.

DOminis & amicis suis magistro F. Remensi Decano, magistro R. Archidiacono Suessionensi Eurardus Episcopus salutem & dilectionem. Quod oculis vidimus & auribus audiuimus, & propriis manibus de verbo hoc contrectauimus, significamus: vt potè qui Præposituram & Thesaurariam ecclesiæ Condatensis triginta & sex annis ferè tenuimus. Condatensem siquidem ecclesiam, ante constitutionem Abbatum de Castello, & ordinis & religionis appositionem, constat altare de Frania quietè & cum integritate appenditiorum possedisse. Postmodùm verò domini Atrebatensis Aluisi petitione, Personatus prædicti altaris, pro incohatione Abbatiæ, sub censu vnius & triginta solidorum datus est eidem Abbatiæ. Porrò Condatensis ecclesia prædictum altare sub hoc censu plusquã triennali possessione, absque calumnia & aliqua litis impositione, possedit: siquidem ipsa Abbatia pro prædicto altari nunquam nisi prænominatum censum habuit.....

Rogerus Cameracensis Episcopus ecclesiam Bellingemiensem, prope Hallas Hannoniæ opidum sitam, cœnobio Cantipratensi subiicit & annectit, an. 1182.

Rogerus, Dei gratia Cameracensis Episcopus, tam præsentibus quàm futuris in perpetuum. Notum volumus fieri fidelium vniuersitati, quòd cùm ecclesiam S. Mariæ de Belinghen dilectis in Christo Martino & Leardicio presbyteris, habitum religionis & vitam communem in ea tenere proponentibus, liberam concessissemus, & ab omni sonegia & parochiali exactione fecissemus immunem, postmodùm eorumdem assensu & spontanea deuotione, eamdem ecclesiam

ecclesiæ S. Mariæ, in qua Ioannes presbyter Prælatus erat, subiecimus, & quasi filiam matri obnoxiam filiali subiectione assignauimus; eo tenore, quòd si prædicta ecclesia de Belinghen, per successum temporis, Deo propitiante, eatenus creseeret, quòd nomen & institutione Abbatię meritò posset obtinere, consilio nostro vel successoris nostri Cameracensis Episcopi, si ecclesia, cui subiectionem fecit, assensum præberet, in Abbatiam promouerotur. Prædicti presbyteri Martinus & Leardicius supradicto Ioanni obedientiam fecerunt, & canonicâ subiectionem se hactenus exhibituros, & regularis disciplinæ iugum, ad ipsius ordinationem, se obseruaturos confirmarunt. Actum anno Do-
1182. mini millesimo centesimo octogesimo secundo.

Idem Rogerus Episcopus fundum, ab Hugone de Oisy Castellano Cameracensi donatum, Ioanni primo Abbati Cantipratensi, ad exstruendum cœnobium, confirmat an. 1183.

Rogerus, Dei gratia Cameracensis Episcopus, tam præsentibus quàm futuris in perpetuum. Dilectis in Christo filiis Ioanni & sociis eius, religionis habitum, secundùm ordinem & institutiones ecclesiæ S. Victoris Parisiensis, assumere proponentibus, terram illam, quæ est inter ecclesiam S. Saluatoris & marisсum, quam Hvgo Castellanus Cameracensis eis nomine eleëmosynæ contulerat, eisdem & eorum successoribus absolutam & ab omni decimatione liberam, ad fundationem ecclesiæ canonicæ, concessimus, ipsamque ecclesiam in ea fundatam ab omni sonegia seu aliqua exactione publica immunem & emancipatam esse statuimus; salua dumtaxat obedientia & reuerentia, quam ecclesia illa, sicut & aliæ conuentuales ecclesiæ, Cameracensi Episcopo tenebitur exhibere. Decreuimus etiam vt ordo prædictus in eadem ecclesia integer & immutatus permaneat, ibidemque Abbas canonicè ordinetur, & secundùm processum temporis, eodem decedente, à fratribus ibidem Deo famulantibus libera electione instituatur. Præterea bono eorumdem proposito, Deo inspirante, admodum delectati, ipsa die susceptionis ordinis & habitus canonici, altare S. Saluatoris & Personatum eius, atque omnes obuentus ad eundem

eundem Personatum pertinentes, præter annonam, quam ecclesia Aquiscinti Thesaurario ecclesiæ B. Mariæ Cameracensis annua pensione persoluit, contulimus, & nomine eleëmosynæ in perpetuum assignauimus. Actum anno millesimo centesimo octogesimo tertio. 1183.

NOTATIO.

IX. Kalendas Decembris obijt dominus *Rogerus* Cameracensis Episcopus, qui voluit nobis ad fundandum dare locum; sed ad maiorem ecclesiæ nostræ vtilitatem domino Hugoni de Oisiaco, vt pote terræ Principi, in hoc dando voluit cedere. Præterea profecturus Hierosolymam, Episcopatus sui reditus vno anno recipiendos dedit nobis. XIII. Kalendas Februarij obijt venerabilis pater noster *Ioannes*, qui primus Abbas & inceptor totius nostræ domus fuit. Hic vt perfectiùs Dei filium sequeretur, regiminis honorem reliquit, deinceps vsque ad mortem in obseruantia perseuerans. Hactenus ex Necrologio cœnobij Cantipratani.

CAPVT CLXXI.

Philippus Alsatius, Flandriæ & Veromandiæ Comes, Abbatiarum S. Winnoci Bergensis & S. Nicolai Furnensis possessiones confirmat, an. 1183.

PHilippus Dei gratia Flandriæ & Viromandiæ Comes, præsentibus & futuris in perpetuum. Christi liquet fidelibus, ecclesiã B. Winnoci à progenitoribus meis, Balduino Insulano & Carolo, esse fundatam, & illorum priuilegiorum auctoritatibus munitam. Quidquid ergò eleëmosynarum aut libertatis prædictæ ecclesiæ illi contulerunt, & quidquid ego Philippus Flandriæ & Viromandiæ Comes, illorum productus exemplo, eidem ecclesiæ postmodum contuli, precibus Alexis eiusdem ecclesiæ Abbatis & fratrum benignè annuens, ipsis ipsorumque successoribus liberè possidendum concedo, & sigilli mei impressione confirmo..... Præterea decimas halecium & ceterorum piscium, quos decimare consuetudo habet in parochiis Castellaniæ Bergensis

Bergenſis mari contiguis, ſcilicet in Mardic, in Sintonis, in Dunekercka, in Tetingeem, in Soutcote, in Giuelda (ſecundùm præceptum ſummi Pontificis Alexandri III.) eccleſiæ S. Winnoci libens concedo; etiam terram iacentem in Houtheë, quam incolæ *Moer* vocant, totam inter Ebaldi Leed & Moer, quam S. Auguſtino de Teruana conceſſi, Deo ſanctoque Winnoco liberè in perpetuum poſſidendam
1183. contrado. Actum eſt hoc Bergis, anno M.C.LXXXIII. aſtantibus his, Deſiderio Morinorum Epiſcopo, Gualtero Archidiacono, Simone Abbate S. Bertini, Hacketto Abbate de Dunis, Arnoldo Præpoſito de Watenis, Gerardo de Mechines, Guidone Caſtellano Bergenſi, Wilhelmo Caſtellano de S. Audomaro, Euſtachio Camerario, Waltero de Formiſella, Gualtero de Locris, Arnoldo Aduocato Teruanenſi, Hellino Dapifero, Gileberto de Niuela, & aliis multis.

PHILIPPVS Dei gratia Flandriæ ac Viromandiæ Comes, tam futuris quàm præſentibus eccleſiæ filiis S. Nicolai de Furnes in perpetuum. Cùm à primæua pueritiæ meæ prudentiola piæ matris meæ pia eruditione edoctus, cœnobium S. Nicolai diligere cœperim ac manutenere, eiuſque deinceps in omnibus me conſtet fideliter curam habuiſſe; ecce nunc ad eiuſdem tranquillitatis inuiolabilem cuſtodiam, præſentis paginæ textum edere ſolenni deuotione curaui: in qua placuit vniuerſa quæ poſſidet comprehendi, & ſigilli mei auctoritate confirmari. Hæc ſunt igitur, quæ nominatim huic tenori inſerenda cenſentur, menſura videlicet terræ ſecus viam ad Aquilonem Abbatiæ ſita, & ſex menſuræ infra opidum ad Auſtrum atrij S. Nicolai iacentes, quas hæc eccleſia, dato concambio, ab eccleſia S. VValburgis ſibi vindicauit....
* Nieuport. Tertia quoque pars decimæ halecium de Dunckercka & de * Nouo burgo, quam me fauente ſæpiùs dicta obtinuit eccleſia, ijs competen-
1183. ter connumeratur. Facta ſunt hæc anno M.C.LXXXIII. Indictione prima, apud Iprim, præſentibus Deſiderio Morinorum Epiſcopo, VValtero Archidiacono, Gerardo Inſulano Præpoſito, Arnoldo Præpoſito VVatinenſi, Ioanne Iprenſi, Euſtachio Camerario, VValtero de Locra, Roberto VVilhelmi filio de Lo, Henrico de Morſleta, Morino de Sceruelda, & aliis quàm plurimis.

Idem

Idem Philippus Comes Brugensem S. Donatiani ecclesiam priuilegiis adauget, an. 1183.

Ego PHILIPPVS, Dei gratia Flandrensium & Viromandiæ Comes, Theoderici Comitis filius, ecclesiã S. Donatiani Brugensis ad statum meliorem promouens, eamdem ei, quam Insulana ecclesia obtinet, libertatem donaui, quam simul cum quibusdam possessionibus suis explicare necessarium duxi. Hac inter ceteras libertates gratia potitur, vt submansores eiusdem ecclesiæ ab omni publica exactione liberi, omniq́ue iugo etiam nostræ dominationis absoluti, nequaquam iure forensi siue alicuius decreto potestatis arceantur, etiam super his, quæ ad terræ legem pertinent, requirendis. Nullus, excepto Præposito ecclesiæ, super eos potestatem habeat: insuper si aliquid quæstionis iudicio terminandę contra eos emerserit, aut inter eos natum fuerit, non nisi ad Ecclesiam referatur, ibiq́ue Præposito iudice & fratrum definitione res terminetur. Sed nec illud de possessionibus silentio prætereundũ puto, scilicet vt vbicumque decimas de culta terra possident, ibidem eas de inculta pariter possidere debeant, si fuerit postmodum excolenda. Illud quoque notum fieri volo, quòd quædam ædificia ad vsum & decorem ecclesiæ constructa & ei donata fuerunt; quæ sunt domus Præpositi, & quæ ex alia parte clausstri, iuxta eius longitudinẽ, extenditur, cum illis ædificiis, quæ iuxta clausstri latitudinem porrecta, ceteris contiguas habent extremitates. Hæc verò ad vltimum expressa ædificia *Euerardus* Tornacensis à prædecessoribus meis vt feodũ suum sæpè requisiuit, & pro eis ecclesiã infestauit. Sed ecclesiâ constanter renitente, eò tandẽ res producta fuit, vt die super hac quęstione concilianda determinato, ecclesia in negotio præualeret, & non solùm iure ecclesiastico, sed etiam lege totius Curiæ Flandrensis quæ possederat iure perpetuo possideret. Hæc & alia præmissa sigilli nostri impressione dignum duximus confirmare, & testium subscriptione corroborare. Acta sunt hæc apud Male, VIII. Kalendas Aprilis, anno millesimo centesimo octuagesimo tertio. Signum Gerulfi Decani, 1183.
S. VVilhelmi Decani S. Audomari, Gerardi de Mescinis, Hugonis Vrsi, VVilhelmi Castellani S. Audomari, Ioannis Insulani Castellani, Eustathij Camerarij, VValteri de Locris, Gilberti de Aria.

NOTATIONES.

pag. 188. INSVLANA] Canonicorum S. Petri ecclesia, à Balduino Insulano Flandriæ Comite fundata, olim magnam cum Brugensi S. Donatiani habuit communionẽ: adeò vt Brugensis S. Donatiani Præpositus esset & censeretur ecclesiæ Insulanæ Canonicus, & è contra; idque cum perceptione aliquorum emolumentorum, quæ in hodiernum vsque diem vtrimque præstantur. Extant tabulæ super hac re anno 1225. scriptæ.

pag. 418. SVBMANSORES ecclesiæ] alio nomine dicuntur Hospites ecclesiæ, hoc est, qui terras ecclesiæ subiectas inhabitant aut colunt, & lingua Flandrica *Laeten* vulgò nominantur. Tales sunt duplicis generis apud Brugenses, videlicet Præpositales & Canonicales hospites: quorum illi Præposito, alij Capitulo seu collegio Canonicorum Brugensium subsunt, & habent vtrique sua tribunalia propria ac distincta, in loco iuxta palatium Præpositi, nunc Episcopi, in vrbe Brugensi sito. Tribunal hospitum Præpositalium, vulgò *Prostlaten*, à feudatarijs Præpositi regitur, quos Latinè Rationatores, Flandricè *Redenaers* vocant. Hi tam ciuiliter quàm criminaliter ius dicunt, & appellatio ab eorũ decretis immediatè ad Conciliũ Flandriæ deuoluitur; quamuis maxima pars istorum hospitum Brugas & ditionem Franconatus inhabitet. Idem Præpositus S. Donatiani non solùm Brugis, sed & Furnis, Bellioli, Hondiscotæ, Bergis S. VVinnoci & Insulis iurisdictionem in suos exercet: quæ tribunalia multas sub se parochias comprehendunt, & ab eis similiter ad Concilium Flandriæ prouocatur.

Hospites Canonicales S. Donatiani Brugensis, vernaculè *Canonixlaeten*, in ciuilibus iudices habent Canonicos quattuor; qui ex ordine singulis hebdomadibus feria sexta pro tribunali, veste chorali induti, sedent & causas decidunt: à quibus ad ipsum Capitulum prouocatur. Vtrumque istud tribunal multa & magna habet priuilegia. Vide inftà tabulas à Ioanna Constantinopolitana Flandriæ Comitissa an. 1218. scriptas.

CAPVT

CAPVT CLXXII.

Henricus I. Pugnax, Loth. inferioris & Brab. Dux, Villarienſibus monachis ord. Ciſtertienſis & Canonicis Liranis benefacit.

EGgo Henricus Dux Lotharingiæ præſentibus & futuris notum facio, quòd poſſeſſiones Villarienſes, & quæcumque bona eadem eccleſia ſub poteſtate mea vel in præſenti poſſidet, vel poſtmodũ præſtante Domino poterit adipiſci, ſub mea protectione ſuſcipio, ſeruata ordinis, quem fratres eiuſdẽ loci profeſſi ſunt, libertate. Actum Geldoniæ, anno M.C.LXXXIV.XVIII.Kal.Maij, Indictione II. ſub teſtibus quorum ſubſcripta ſunt nomina. De clericis, Albertus frater meus, Richo de Tenis, Arnolphus Notarius Ducis, Gerardus de Nethen, & magiſter Daniel. De nobilibus, Ægidius de Duras, & Petrus frater eius, Wilelmus de Birbais, Godefridus & Walterus frater eius, & Renerus Ruſſeboſch. De familia, Arnulphus de Bigardis, Arnulphus de Walchem, Alardus Ronx, Conſiliarij Ducis, & alij complures. 1184.

EGO HENRICVS Dux Lotharingiæ notum facio vniuerſis, quòd Arnoldus de Rotſelaer, Dapifer, pro commemoratione Arnoldi filij ſui, Canonicis S. Gummari in Lira ſingulis annis viginti ſolidos Louanienſes, & ſex ſolidos ad luminaria in feſto omnium Sanctorum, de reditu ſuo primitus perſoluendos, perpetuò conceſſerit. Quod vt ratum permaneat, Godefridus Dux pater meus, à quo prædictum cenſum idem Arnoldus in feodum habuerat, eamdem elemoſynam prædictis clericis, ipſo Arnoldo rogante, propria manu ſuper altare S. Gũmari abſolutè donauit; teſtibus idoneis tam clericis quàm laicis ſubnotatis. Signum Franconis Præpoſiti, S. Lamberti Decani, Godefridi, Ruminundi, Heinrici, clericorum, Benedicti, Henrici de Iſca, VVilelmi de Lira, Balduini de Maesfort, Gocelini de Dunc, laicorum. Actum anno milleſimo centeſimo octogeſimo. 1180.

Hugo de Oisy, Castellanus Cameracensis & Vicecomes Meldensis, dotat Cantipratensem Abbatiam prope Cameracum.

EGO Hugo de Oisy Cameracensis Castellanus tam futuris quàm præsentibus in perpetuum. Sacræ scripturæ traditio docet, & ecclesiastica tenet institutio, ad ius Ecclesiæ decimas omnes deuolui debere. Hoc attendens, & diuini spiritus commonitioni consentiens, decimã de *VVagnel*.... Signum Stephani de Lambres, S. Simonis de Rasircort, Godefridi de Marcon, Alardi de Salchi, Petri Canis, Alardi de Paluel,
1186. Anselli de Markion. Actum anno millesimo centesimo octogesimo sexto.

HVGO Castellanus Cameracensis præsentibus & futuris in perpetuum. Nostræ labentis vitæ conditio in malum prona legitimè gesta sæpiùs solet euertere.... Ad notitiam igitur tam præsentium quàm futurorum hac viuaci pagina transferre volumus, quòd Eustachius fidelis noster de *Markion* duas partes decimæ.... Signum Egidij de Godercort, S. VVichardi, Godescaldi, Decanorum, Philippi de Rumeli, Stephani de Lambris & Hugonis, Roberti Dapiferi, VValteri de Sains, militum.

EGO HVGO Castellanus Cameracensis vniuersis notum esse volo, quòd per assensum *Margaretæ* vxoris meæ, pro mea & ipsius & antecessorum suorum salute, ecclesiæ S. Mariæ de Pratis in eleëmosynam dedi totum nemus meum, quod dicitur Vacaria, cum fundo, liberum & ab omni alieno iure emancipatum, possidendum post decessum meum: ita quòd quamdiu vixero quidquid voluero potero ordinare. Hoc sigillo meo confirmo, & vxor mea suo. Testes sunt, Godescalcus Abbas de Valcellis, Stephanus de Lambres, Nieuardus de Camegni.

HVGO de Oisy, Cameracensis Castellanus, & MARGARETA eiusdem vxor tam præsentibus quàm futuris in perpetuum. Felix est commercium pro cœlestibus terrena dare, & pro transitoriis metere sempiterna. Inde est quòd nos furnos nostros de *Creuecuer* ecclesiæ S. Mariæ de Pratis.... Signum Henrici Comitis, S. Prioris Todoli, S. Erlebaldi, Bouini, Alexandri, clericorum nostrorum, S. Hugonis de Hamelain-

melaincort, Egidij de Incy, Nicolai Bonemer, Ricoardi, hominum nostrorum. Actum anno millesimo centesimo octogesimo nono. 1189.

HVGO de OISIACO, Vicecomes Meldensis, Castellanus Cameracensis, tam futuris quàm præsentibus in perpetuum. Quoniam quæ ecclesiis nomine eleëmosynæ conferuntur, in cœlesti thesauro reconduntur, dignum est vt perpetuam memoriam & inuiolabilé retineant firmitatem. Meæ igitur animæ, & animæ vxoris meæ *Margaretæ* saluti piè prouidere intendés, in omnibus terris meis, vbicumque vectigalia, ad nostram iurisdictionem pertinentia, exiguntur, ecclesiam B. Mariæ de Pratis liberam esse decreui, & hoc immunitatis & libertatis beneficium eidem ecclesiæ vnà cum vxore mea Margareta, perpetua contradidi donatione. Quod vt inconcussum apud successores meos vel suos permaneat, præsens scriptum tam meo quàm vxoris meæ sigillo roboraui, & testes idoneos subscribi mandaui. Actum anno millesimo centesimo octogesimo nono. 1189.

MARGARETA domina de Oisy, Castellana Cameracensis, Meldis Vicecomitissa, tam præsentibus quàm futuris in perpetuũ. Quoniam rerum singularum memoria facilè elabitur, scripto commendamus quod ad alios in posterum transferri volumus. Ad notitiam igitur tam præsentium quàm futurorum hac viuaci pagina transfundimus, quòd Nicolaus de VValleis, fidelis noster, terragium quod à nobis nomine feodi possidebat... Signum Stephani de Lambres, S. Gerardi de S. Auberto, Godefridi de Marcoq, Egidij Pincernæ, Roberti de Oisy, Hugonis de Creuecuer, Petri de Incy, Egidij de Creuecuer. Datum anno millesimo centesimo nonagesimo. 1190.

NOTATIO.

XIII. Kalendas Septembris obijt dominus Hugo de Oiziaco, qui primò fundum Abbatiæ nobis dedit, secundò decimam de *VVagengnuel*, tertiò terragium de *Raillencort*, quartò nemus Vaccariæ, quintò furnum de *Creuecuer*. Idem de transmarinis partibus rediens, priùs ad nos quàm ad domum propriã diuertens, pretiosas, quas ferebat, Sanctorum reliquias nobis reliquit. A vectigalibus etiam in tota terra sua nos absoluit. Hactenus ex Necrologio cœnobij Cantipratani.

CAPVT CLXXIII.

Raso de Gauera, Comitis Flandriæ Pincerna, benefacit Abbatiæ Niniuensi an. 1186.

RAso de Gauera, diuina ordinante prouidentia, Comitis Flandriæ Pincerna, notum esse volo, quòd Sigerus de Holebeca siluam quandam Sibinshoudt nomine, quam à me in feudum tenuerat, ecclesiæ Niniuensi vendidit & in eleëmosynam dedit. Hoc feudum, scilicet siluam prædictam, ipse Sigerus mihi resignauit, & ego & ipse pariter præfatæ Niniuensi ecclesiæ in eleëmosynam liberè & ab omni exactione absolutam, perpetuò habendã donauimus, & vvarandiam plenam super hoc prædictæ ecclesiæ promisimus. Ego autem certa fideiussione me & posteros meos obligaui, statuens vt quicumque præfatam ecclesiam pro hoc beneficio querela vel violentia pulsaret, Principatus de Gauera & Aduocatia sese oppouoeret, & integrè hoc beneficium in eleëmosynam ecclesiæ Niniuensi conseruaret ac tueretur. Vt autem hoc donum & pactum ratum perpetuò permaneat, scripto & sigilli mei impressione, & hominum meorum testimonio confirmaui. Signum VValteri de Hester, S. Giselberti de Bocla, Ostonis Balgers, Rolini de Sevvergem, Henrici Cornets, Anneuini de Lilar, Sigeri Bruns, Sigeri de VVenlin, Sigeri de Mollenghem, Bordini Hamers, Evvini, Ramondi, Theodorici monachi, VVillelmi de Hermelegem, Giselberti presbyteri de Gauera. Actum apud
1186. Gaueram M. C. LXXXVI. VI. Kal. Aprilis.

Guilielmus Castellanus Audomarensis in Artesia, eiusq; vxor Ida de Auesnis, & filius Guilielmus, monachis Andrensibus, an. 1186. benefaciunt.

Ego Willelmus, Castellanus S. Audomari, notum facio quòd vnà cum vxore mea domina *Ida*, & *VVillelmo* filio meo, qui iam decimum quintum transegit annum, dedi S. Saluatori, & ecclesiæ Andrensi ac monachis ibidem Deo seruientibus, quidquid iuris habeo in foragio

vini,

vini, quodcumque emerint in villa S. Audomari, ad opus suí & ecclesiæ suæ dumtaxat, vt habeant illud liberè & quietè hereditario iure in perpetuum. Quod vt ratum permaneat, scriptum hoc inde fieri & sigillo meo corroborari præcepi. Abbas verò & conuentus suscepit nos in societatem beneficiorum ecclesię, & promisit nobis quòd post obitum nostrum anniuersaria, tam pro me quàm pro vxore mea & filio meo, fient in ecclesia in perpetuũ. Actum est hoc anno M.C.LXXXVI. 1186. audientibus & videntibus, Willelmo Capellano, Stephano presbytero, magistro Gozone, Willelmo fratre Comitis Gisnensis, Ingelramno de Moncauerel, Balduino de la Copela, Gislemberto de Sigerij capella, Balduino filio Willelmi Dapiferi, Hugone de Monela, Ioanne de Morbeka, Willelmo Coco, Marco clerico, & multis aliis.

Vrbanus III. *Papa possessiones Abbatiæ Tungerloensis, ab eiusdem fundatore Giselberto, eiusq; coherede Engelberto de Casterloo & aliis donatas, confirmat anno* 1186.

Vrbanus Episcopus, S. S. D. dilectis filiis Hermanno Abbati eccle- *pag.* 383.
siæ B. Marię de Tongerloo, eiusque fratribus regularem vitam professis in perpetuum. Præfatam ecclesiam, ad exemplar fel. record. Eugenij Papæ, prædecessoris nostri, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus; in primis statuentes, vt ordo Canonicus, qui secundùm Deum & B. Augustini regulam, atque institutionem Præmonstratensium fratrum, in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus obseruetur. Præterea quascumque possessiones eadem ecclesia inpræsentiarum possidet, aut in futurum poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimẽda vocabulis: totam decimam Tongerloensis parochiæ & dominicaturam, videlicet quadraginta bonaria cum molendino vno, totam *Giselberti* terram fundatoris eiusdem ecclesiæ, quam tam in Tongerloo, quàm in Wimple & in Lanchem, & in aliis locis possederat, terram in Ouele, terram quam suscepistis ab *Engelberto* de Casterloo, coherede

herede prædicti Giſelberti fundatoris eccleſiæ; omnem poſſeſſionem Huberti in Euuen, Calmpthout ex dono Arnoldi; terram quam vobis contulit Conradus tam in Liſterde quàm in Schoonenbroeck; omne allodium Arnoldi in Nile, terram in Hille, terram in Werbeche, terram in Holenchem ex dono Berneri, Eſcheden cum molendino & palude & nemore Eſchendonck, in eccleſia de Endeſchit quidquid iuris in ipſa obtinetis, terram Arnoldi & Alberti fratris eius & Arnoldi cognati ipſorum in Budincrode, totum allodium Arnoldi de Ranſt in Nile, terram veſtram in Turnhout, terram in Loon cum dimidia parte decimæ totius villæ & iure fundatoris dimidio; terram in Beuerlo, terram in Donreſlo, quam vobis contulit Arnoldus de Velpa; terram de Rauenſlo & in Hele, terram de Bonſechem & in Mortenſele ex dono Henrici de Hoſterhouen & Walteri de Villa; terram de Herentholt, terram in Vorſla, terram in Gerſecha, eccleſiam Bruchem cum ſuis appendiciis, Olenchem videlicet, Aldire & Winenchem; eccleſiam Nipſe & eccleſiam Sundere cum tota vtriuſque eccleſiæ decima; eccleſiam de Alphem, quam de monaſterio S. Willibrordi in Epternacho teneris, eccleſiam quoque de Dieſt cum vniuerſis decimis & tribus manſis terræ & quinque curtilibus. Datum Veronæ VIII.
1186. Idus Sep. Indictione VI. M.C.LXXXVI. pontificatus verò domini Vrbani Papæ III. anno I.

Ioannes Aduocatus Ciſonÿ, & vxor eius Petronilla de Aueſnis, ſoror Euerardi Tornacenſis Epiſcopi, circa an. 1186. *dotant monaſterium Ciſonienſe.*

Ego Euerardus, miſeratione diuina Tornacenſis Epiſcopus, notum
pag. 349. facio quòd * Ioannes Aduocatus Ciſonij, graui detentus infirmitate,
& 412. eccleſiæ B. Calixti Ciſonij ſe reddidit, & aquam de riuulo & alteram de Mareſc domino Anſelmo Abbati, eiuſque ſucceſſoribus & fratribus Ciſonienſis eccleſiæ, in eleëmoſynam in præſentia mea (qui tunc temporis eccleſiæ Tornacenſis Archidiaconus eram) & fratrum meorum, *Nicolai* ſcilicet de Aueſnis & *Guſuini* Aduocati Tornacenſis, quocumque vellent, deducendam conceſſit. Addidit etiam huic traditioni libertatem duorum bonariorum terræ apud Louilium, in quibus Abbas,

Abbas, si vellet, curtem suam facere posset. Denique mortuo ex ipsa infirmitate & sepulto in ecclesia B. Calixti domino Ioanne, domina *Petronilla* vxor eius, soror mea, & *Petrus* suprà dicti Ioannis frater, & omnes homines Cisonio & Louilio manentes, quandam partem nemoris & cuiusdam alneti prope Louilium stantis, ob remediũ animæ domini Ioannis, suarumque animarum, super altare eiusdem ecclesię, me præsente, & prædictis fratribus meis & multis aliis liberis hominibus astantibus, liberè possidendam obtulerunt. Huius largitionis testes fuimus, & præsentem paginam sigilli nostri signaculo & testium subscriptione roboramus. Signũ domini Euerardi Tornacensis Episcopi, S. Andreæ, Lietberti Canonici, Gerulphi, Letberti, Letardi.

CAPVT CLXXIV.

S. Andreæ monasterium Benedictinorum prope Brugas ex Prioratu fit Abbatia, an. 1187.

WIllelmus Dei gratia Remorum Archiepiscopus, S. R. E. tituli S. Sabinæ Cardinalis, vniuersis Ecclesiæ filiis in perpetuum. Nouerint tam præsentes quàm futuri, quòd dilectus noster Hugo Abbas S.* Andreæ iuxta Brugas, & fratres sui Prior & monachi eiusdem loci, terram quam habebant in pago *Oostburch*, circiter LV. mensuras, reddentem singulis annis decem marcas, Godescalco Abbati de* Afflegheim & conuentui vverpiuerunt, & in perpetuo possidendam concesserunt. Abbas verò prædictus & conuentus attendentes quòd iam dicta ecclesia B. Andreæ, quæ Prioratus illorum esse solebat, ad tanti profectus venisset incrementum, quòd Abbas ibidem non immeritò creari posset, locum ab omni dominio suo, subiectione & exactione liberum & emancipatum dimiserunt, & Deo & S. Andreæ dederunt. Et de eorum assensu nouum ibidem Abbatẽ, qui eis in nullo obnoxius in posterùm tenebitur, institui permiserunt, & prædictum Prioratum monasterium perpetuum permanere decreuerunt. Approbantes itaque quod ab vtraque parte factum est, ratum id deinceps permanere decernimus, & sigilli nostri auctoritate confirmamus. Actum anno millesimo centesimo octogesimo septimo. Datum per manum Lambini Cancellarij nostri. 1187.

pag. 282.

pag. 222.

pag. 410. EVERARDVS, Dei gratia Tornacensis Episcopus, vniuersis Christi fidelibus in perpetuum. Vniuersitati fidelium fieri volumus manifestum, quòd cùm Godeschalcus Abbas & Capitulum Affligemense, auctoritate domini Remensis, & in eius præsentia, locum ecclesiæ S. Andreæ iuxta Brugas, quæ eorum Prioratus esse solebat, fratribus ibidem Deo seruientibus liberum & emancipatum dedissent, & ab iure & dominio, quod priùs ibi habuerant, liberum dimisissent, vt ad augmentum seruitij Dei locus ille in monasterium consurgeret & perpetuò permaneret; nos de assensu Capituli nostri libertatem eiusdem ecclesiæ & emancipationem in præsentia domini Remensis factam, nec non ordinationem & benedictionem Hugonis Abbatis eiusdem ecclesiæ, per dominum Morinensem celebratam, ratam habuimus & habemus, & præsentis scripti patrocinio confirmamus. Vt autem sæpe dicta libertas maioris obtineat roboris firmitatem, ego Arnulphus Decanus, Gosuinus & Thiedo Archidiaconi, totumque Capitulum Tornacensis ecclesiæ, sigillo nostro appenso perhibemus testimo-
1189. nium veritati. Datum Tornaci II. Idus Februarij, anno M.C.LXXXIX.

EGO PHILIPPVS, Flandrensium & Viromanduorum Comes, notum fieri volo, quòd Godescalcus Abbas Affligemensis, laudante & assensum præbente Capitulo ipsius, ecclesiam S. Andreæ iuxta Brugas sitam omnino emancipauit, & quidquid in ea iuris habebat omnino resignauit, recognoscens quòd eidem ecclesiæ licebit in perpetuum sibi Abbatem eligere. Sciendum etiam quòd eiusdem ecclesiæ Aduocatus & dominus ego sum, & rerum ipsius & fratrum ibidem Deo seruientium defensor perpetuus atque protector. Signum Gerardi, Brugensis & S. Audomari Præpositi & Flandriæ Cancellarij, S. Gerardi Præpositi Insulani, S. Willelmi de Tenremonde, Ioannis Castellani Brugensis, Eustathij Camerarij, Gerardi de Gremberghe, Walteri de Niuenella, Theoderici Castellani de Dickxmuda, Gerardi de Aldenberch, Arnulphi de Ghistella, Sigeri de Borenhē, Lamberti de Domo.
1188. Actum in domo mea Malen, anno M.C.LXXXVIII.

Theode-

Theodericus Alsatius Flandriæ Comes, eiusq; vxor Sibylla, in burgo Brugensi ecclesiam in honorẽ S. Basilij ædificarant, quæ nunc sacri Cruoris Domini dicitur, & in ea Capellanos IV. *cum Custode collocarant ac dotarant. Quam dotẽ an.* 1187. *auxit Philippus eius filius ac successor.*

Ego Philippus, Dei gratia Flandriæ Comes, notum esse volo, quòd pater meus Comes Theodericus, & mater mea Comitissa Sybilla, Brugis in castello in honore Dei & B. virginis Mariæ & S. Basilij Episcopi, ecclesiam ex proprio sumptu ædificari fecerunt, & ad ibidem Deo seruiendum in propria persona quattuor Capellanos canonicè statuerunt, & singulis decem libras in festo S. Martini, septem solidos in Vigilia Domini.... in Quinquagesima ducentas anguillas siue earum pretium, in Rogationibus XXIX. denarios à se & suis successoribus soluendos assignauerunt. Considerantes autem hæc non sufficere, triginta hodos tritici mensuræ Brugensis in Spicario, per manum ibidem ministrantis, soluendos addiderunt. Ego verò postea, dum ad S. Iacobum peregrè proficiscerer, decem hodos tritici eiusdem mensuræ superaddidi. Præterea in ministerium ecclesiæ eiusdem Custodem statuerunt, eiq́ue in vsus suos assignanerunt quinque pisas caseorum, viginti quattuor hodos auenæ & cc. anguillas in Quadragesima.... Vt autem hæc omnia rata permaneant, priuilegij sui munimine firmauerunt: quod longo tempore, post eorum decessum, ex communi incendio Brugensi per incuriam deperiit. Ne autem hoc infortunio quod benefecerant amitteret posteritas, quidquid in eo dignum memoria conscriptũ fuerat, rescribi & confirmari feci, subscriptis eorum, qui interfuerant, nominibus. Signum Gerardi Brugensis Præpositi, Flandriæ Cancellarij, Gerardi Præpositi, Hugonis Decani S. Donatiani, Ioannis Brugensis Castellani, Lamberti Notarij, Wilhelmi de Mestinees, Dilberti de Aria. Actum in Malea anno M. C. LXXXVII. 1187.

Idem Philippus Comes incolis opidi Orchiacensis varia dat priuilegia, an. 1188.

EGO PHILIPPVS, Flandriæ & Viromandiæ Comes, notum fieri volo, quòd hominibus de *Orchies* liberè concessi libertatem & legem opidi Duacensis, & vt nusquam debeant iuri stare infrà Peuelam, nisi infrà villam de Orchies. Adhuc etiam, vt quicumque in villa de Orchies diem vnum & annum vnum sine contradictione & calumnia manserit, liber sit. Concessi etiam eis, vt liceat in perpetuum furnos & cambas facere, & etiam molendinaria caballaria, saluo iure meo. Hoc autem factum est assensu illustris consortis meæ Mathildis Reginæ, ad cuius dotalitium prædicta villa pertinere noscebatur. Signum Mathildis Reginæ, inclytæ consortis meæ, Signum G. de Messines, Præpositi Insulensis, S. Iacobi de Auesnis, & aliorum. Actum Duaci, 1188. anno millesimo centesimo octogesimo octauo, mense Maio.

CAPVT CLXXV.

Guilielmus Rufus Betuniæ & Teneræmondæ Dominus, eiusq; vxor Mathildis, Niniuensi & Bauonensi cœnobiis benefaciunt, an. 1190. *&* 1193.

pag. 442. EGO Wilhelmus de Betunia, Dominus de Tenremonda, & Magthildis vxor mea, generationi quæ est & quæ ventura est. Sciant præsentes & posteri, quòd per omnem terram nostram ecclesiæ de Niniue plaustra & ceteras omnes ipsius vecturas, res ad opus ecclesiæ & vsus fratrum ferentes, à quolibet telonei genere liberas fecimus. Signum Wilhelmi Capellani, Roberti Decani de Bella, Walteri de Bella, Arnoldi de Calchem, Lamberti de Therfleghem. Actum apud Tenremondam M.C.XC.

EGO WILLELMVS de Betunia, Dominus de Tenremonde, & Mathildis vxor mea, notum fieri volumus, quòd ecclesiæ S. Petri in Gandauo concessimus, vt omnia ad prænominatam ecclesiam, vel ad vsus fratrum

fratrum in ea commorantium pertinentia, siue terra siue nauigio per terram nostram transeant, absque teloneo & vienagio & omni exactione liberè transire permittantur. Signum Roberti Decani de Bella, S. Wilhelmi Capellani, Ioannis & Henrici Canonicorum, Walteri de Sottingem, Rasonis de Gauera, VValteri de Bella, VValteri Tali, Bauduini de Gandauo, Simonis de VVaernevvijck, Bauduini Aduocati de S. Bauone. Actum anno M.C.XCIII. 1193.

Florentius Dominus de Linden dotat Benedictinorum Abbatiam S. Pauli in vrbe Vltraiectina, an. 1190.

Florentius Dominus de Linden miles, salutem.. Nos propter spem æternæ retributionis, & pro salute *Agnetis* vxoris nostræ, ius patronatus ecclesiarum de Linden quod ad nos spectat, similiter & ipsas ecclesias nostræ collationi vacantes, cum omnibus attinentiis suis, domui S. Pauli in Traiecto tradimus. In cuius rei testimonium Ioannes Dominus de Arckel, & Theodoricus de Brederode, milites, rogati à præfato domino Florentio de Linden & Agnete, sigilla nostra præsentibus apponi fecimus. Datum anno M.C.XC. mense Maio, Domi- 1190.
nica post Ascensionem.

Henricus VI. *Imp. possessiones Gisleniana Abbatiæ in Hannonia confirmat, an.* 1191.

Henricus VI. Romanorũ Imperator... Circa monasteriũ S. Gisleni considerationem habentes, quod à nostris prædecessoribus, videlicet Dagoberto, Ottone III. Hentico II. Cuonrado, itemque Cuonrado, itemque Heinrico III. Regibus & Imperatoribus legitur esse constructũ, vniuersis fidelibus notũ fieri volumus, quòd nos petitione Gozuuini eiusdẽ monasterij Abbatis, patris quoque nostri Frederici Imp. exemplo inducti, ipsam S. Gisleni cellam, prorsus ab omni iure liberam, sub nostræ tuitionis patrociniũ suscipimus, & omnes res ad eam pertinentes eidem monasterio renouamus & confirmamus. Item renouamus & imperiali auctoritate confirmamus, in omni possessione iam dictæ ecclesiæ nullum Aduocatum præter Abbatem habere.... Vt

autem hæc inconuulsa seruentur, hanc inde chartam scribi iussimus, & nostro sigillo aureo communiri, manuque propria corroborantes, idoneos testes subnotari fecimus, quorum hæc sunt nomina: Godefridus Aquileiensis Patriarcha, Philippus Colonienſis, Willermus Rauennas Archiepiscopus, Otto Frisingensis, Bonifacius Nouariensis, Ioannes Sanct-Agathensis Episcopus, Rofredus Abbas S. Benedicti montis Cassini, VVillermus Abbas S. Sophiæ in Beneuento, Otto Boëmorum Dux, Cuonradus Dux de Rotenb. Bertholdus Dux Dalmatiæ & Marchio Istriæ, Heinricus Marchio de Romesberch, Heinricus frater Ducis Austriæ, Albertus Comes de Bogen, Gerardus Comes de Tullestein, Rabodo Comes de Otemburc, Guonterus Comes de Keuerenberc, Petrus vrbis Romæ Præfectus, Thidericus Comes de Hostaden, Lambertus Comes de Thuring, Richardus Comes de Consie, VVillermus Comes Cæsareæ, & alij quàm plures. Ego Ditherus Imperialis aulæ Cancellarius, vice Philippi Colonienſis Archiepiscopi & Italiæ Archicancellarij, recognoui. Acta sunt hæc anno
1191. M.C.XCI. Indictione IX. regnante Henrico sexto Romanorum Imperatore, anno regni eius XXII. Imperij verò I. Datum ante Neapolim, per manum Heinrici Protonoarij, XV. Kalendas Iulij.

CAPVT CLXXVI.

Henricus I. *Loth. & Brabantiæ Dux allodium de Herpen dat in feudum Henrico Domino de Cuyck, an.* 1191.

NOtum sit tam præsentibus quàm futuris, quòd dominus HENRICVS de Cuyck allodium de Herpen cum omnibus suis appenditiis, vxore eius *Sophia* & filio eius *Alberto* consentiente, domino Henrico Duci Lotharingiæ donauit, & idem in feudum ab eo ipse & filius eius receperunt. Dux autem, in recompensationem prædictæ donationis, quadraginta marcas nummorum Colonienſium ipsi dedit. Insuper decimas in Hese, cum omni integritate qua eam possedit, prædicto Henrico & Alberto filio eius in feodum concessit. Acta sunt
1191. hæc anno M.C.XCI. Huius rei testes de familia Ducis fuerunt, Arnoldus Grimbergensis, Reinerus de Heuerle, Arnoldus de VVesemale, VVillel-

VVillelmus Rus, Gerardus de Huldeberga, VVillelmus de VValem, VValterus de Remenna, Villicus de Louanio. De familia domini Henrici de Cuyck, Theodoricus de Batenborch, Robertus de Litte, Egenus de Harem, Hubertus de Rusenhems, VVarnerus de Teruene, Albertus de Langele, Godefridus de Herpen, Hermannus de Loen, & alij complures vtriusque partis.

Balduinus Magnanimus, Flandriæ & Hannoniæ Comes, ab Henrico VI. *Imp. ex Comite Namurci primus Marchio creatus, dotat an.* 1192. *Namurcensem S. Albani ecclesiam, nunc cathedralem.*

Balduinus Comes Flandriæ & Hannoniæ, & Marchio Namuci primus, vniuersis Christi fidelibus in perpetuum. Cognitum fieri volo vestræ discretioni, quòd cum Dominus omnipotens ad honorem Namucensis castri, quod me ex parte auunculi mei Heinrici Comitis Namuci & Lusceleborg iure hereditario contingebat, me sublimasset, & Henricus VI. Romanorum Imperator, ex honore ipsius castri & eius appenditij, me Marchionem & Principem Imperij, præeunte Principum suorum iudicio & eorum subueniente consilio, fecisset, dedi ecclesiæ S. Albani in Namuco quoquo anno viginti quattuor solidos Namucensis monetæ in censibus meis de villa quæ Noua villa nominatur. Vt autem hoc ratum permaneat, scripto annotatum & sigilli mei appensione signatum, subscriptis testibus tam Nobilibus quàm Ministerialibus, corroborari. Signa Nobilium, VVillelmi fratris mei, Nicolai de Barbentione, Clarenbaldi de Alta ripa & Henrici de Mula, Simonis de Mosam, Nicolai de Geslin, Philippi de VVerda. Signa Ministerialium, VVillelmi & Nicolai Vngesee, Henrici de Autrepia, Iberti de Ays & Iberti filij eius. Signa clericorum, Gisleberti S. Germani in Montibus & S. Albani in Namuco Præpositi & Custodis, Hermanni Decani S. Albani. Actum per manum Gisleberti prædicti, in Hannonia & in Namuco Cancellarij mei, anno M.C.XCII. Cælestino Papa III. Romanæ ecclesiæ pontificatum gerente, Henrico VI. Imperatore Romanis imperante. 1192.

Ida

Ida Comitissa Bolonienſis monaſterio Andrenſi benefacit, circa an. 1192. *aut* 1193.

Ego Ida Comitaſſa Bolonienſis notum facio, quòd Abbas & monachi Andrenenſis eccleſiæ impignorauerunt decimam Arnulfi de Hales, quæ eſt in parochia de Calquele, pro XL. marcis argenti, per manum meam & virorum meorum bonæ memoriæ, Comitum Bolonienſium, *Matthæi* ſcilicet & *Geraldi* de Gelre. Nunc autem cogente neceſſitate accepit idem Alulfus XLV. marcas per manum meam ſuper eamdem decimam: quod ego conceſſi & confirmaui, & à viro meo, Deo volente, confirmari faciam. Quod vt ratum permaneat, ſcriptum hoc inde fieri iuſſi, & ſigillo corroborari præcepi. Huic conceſſioni & confirmationi interfuerunt, Ingelramnus de Fielnes, Radulfus de Lens, Ernulfus de Lumuileriis, Iſaac de Eſtru, Batouinus Busketh, Balduinus de Campaniis, Hugo del Hauefoſei, Euſtathius de VVaben, & multi alij tam clerici quàm laici.

EGO IDA Comitiſſa Bolonienſis notum facio, quòd Ingelramnus de Fielnes recognouit ante præſentiã noſtram, ſe didiſſe Deo & beatæ Mariæ, & eccleſiæ Andrenſi ac monachis ibidem ſeruientibus, totam decimam quam acquiſierat in parochia de Landereun. Hoc ne cui in dubium veniat, hanc conceſſionis meæ chartulam ſigillo proprio corroborari feci, audientibus & videntibus, Radulfo de Lens, Radulfo de Fielnes, Iſaac de Heſtru, Balduino de Campaniis, Anſelmo de la Copela, Haket de Odinghem, Guffrido de Dideſaket, & multis aliis.

Reinaldus Comes Bolonienſis, eiuſq; vxor Ida, eccleſiam Andrenſem dotant an. 1194.

Ego Reinaldus Comes Bolonienſis, & Ida vxor mea, Comitiſſa Boloniæ, notum facimus quòd pari voluntate dedimus eccleſiæ S. Saluatoris de Andres in eleëmoſynam nemus de Hodenehour, vt quidquid iuris ibidem habuimus, eccleſia prædicta deinceps quietè poſſideat. Huius rei teſtes ſunt, Robertus de Tornella, Willelmus de Cal-

Calcuilla, Henricus auunculus Comitissæ, Willelmus de Diffeke, Stephanus de Brusnebec, Willelmus de Espelleke, Robertus Domni-Martini, & multi alij. Actum est hoc anno M.C.XCIV. apud Ardrelo. 1194.

CAPVT CLXXVII.

Manumissionis formula apud Flandros an. 1193. vsitata.

EGo R.de Waurin, Dominus Lilerij & Senescallus Flandriæ, omnibus notum fieri volo, quòd Iulianam de Frigido manso & Alburgim de Maresco, & earum progenies, quæ mihi & successoribus meis iugo seruitutis obligabantur, diuini amoris intuitu, & pro animę meæ & vxoris meæ *Sibyllæ*, & antecessorum & successorum meorum salute, liberè manumisi, & eas omnino liberas feci, eisque tanquam liberis abeundi quocumque voluerint, & sese quibuscumque voluerint ecclesiis commutandi potestatem liberam concessi; laudante pariter & concedente vxore Sibylla, concedentibus etiam fratre meo Hellino & Hildrade & Maroia & Ada sororibus meis, & R. de Senghin & Gosuino patruis meis, & A. de Meallens, & I. de *Spineto amicis meis carissimis. Ne autem prædictas Iulianam & Alburgim, vel earum posteritatem aliquis, sub nomine seruitutis, alia supprimere præsumpserit exactione, ego & vxor mea, & omnes præscripti successores mei, eas vel earum progenies, à quibuscumque ecclesiasticis personis manumittendas & sustinendas esse in sua libertate concessimus; rogantes vt si quis eam infringere vel in aliquo minuere attentauerit, ecclesiastica ad satisfactionem compellatur districtione. Quod vt ratum & immutabile in perpetuum permaneat, præsentem tabulam tam sigilli mei appensione quàm testium annotatione communiui. Signum P.de Maisnilio, S. Russelli de Bosco, Hellini de Fornes, S.R.de Legra, & B. fratris mei, S.Nicolai Rustlard. Actum apud Fornes anno Domini CIↃ.C.XCIII. 1193.

*Espiney.

Maisnil.

Margarita Alsatia, Flandriæ, Hannoniæ & Namurci Comitissa, Brugensem S. Donatiani ecclesiam an. 1194. *dotat; marito Balduino Magnanimo, & filio Balduino, pòst Imp. Constantinopolitano, consentientibus.*

Ego Margareta Comitissa Flandriæ & Hannoniæ, & Marchionissa Namuci, notum facio tam præsentibus quàm futuris, quòd de assensu carissimi domini & mariti mei Balduini, Comitis Flandriæ & Hannoniæ, & Marchionis Namuci, & dilecti primogeniti filij mei Balduini, concessi & in testamento meo legaui ecclesiæ S. Donatiani de Brugis quinquaginta libras Flandricæ monetæ, singulis annis in perpetuum soluendas. Vt igitur hæc concessio mea rata maneat, eam præsenti paginæ mandari feci, & paginam ipsam sigillo meo & sigillis domini mei Comitis Balduini, & carissimi filij mei Balduini communiui. Actum anno Domini millesimo centesimo nonagesimo quarto. 1194.

Claræ-paludis Abbatiæ monachorum ord. Cistertiensis, in Artesia, beneficium præstatur, an. 1194.

Ego PHILIPPVS Dei gratia de Bergis, & ego Stephanus de Balanciis, Abbates, & ego MATHILDIS de Broburgh Abbatissa, notum fieri volumus, quòd ecclesia de Claromaresch absolutè, & homines de Lon, fide interposita, compromiserunt in nos, super terris & fossatis, quæ continentur in parochia de Lon, de quibus querela inter eos vertebatur, vt controuersia eorum nostro dirimeretur arbitrio. Horum autem allegationibus vtrimque auditis, vt prædicta ecclesia prædictas terras cum fossatis in pace possideret, decreuimus vt eadem ecclesia prædictis hominibus quadraginta libras Flandrensis monetæ tribueret; quod & factum est. Testes sunt, Bordinus Decanus, Ioannes, Michaël, sacerdotes, Malgerus de Lon, illustris etiam BEATRIX Domicella de Broburgh. Actum est hoc anno millesimo centesimo nonagesimo quarto. 1194.

Clairmarest.

Ecclesiæ

Ecclesiæ duæ à Ioanne Episcopo Cameracensi dantur Canonicis Antuerpiensibus, an. 1194.

Ioannes Dei gratia Cameracensis Episcopus omnibus, ad quos præsentes litteræ peruenerint, in perpetuum. Dilectis filiis nostris Antvverpiensis ecclesiæ Canonicis, ad vsus ipsorũ altaria de * Forsela & de Malle liberè & absolutè contulimus, donationem nostram præsentis paginæ patrocinio & sigilli nostri auctoritate confirmantes. Datum Cameraci, per manum magistri Roberti, anno M.C.XCIV. XIII. Kalendas Martij. *Rijcke-Vorsel.* 1194.

CAPVT CLXXVIII.

Balduinus Magnanimus, Flandriæ Hannoniæq; Comes, & Marchio Namurcensis, Condatensi & Montensi in Hannonia ecclesiis benefacit, an. 1195.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, amen. Notum sit vniuersis Christi fidelibus, quòd Balduinus Comes Haynoniæ, Marchio primus Namucensis, Balduini Comitis & Alidis Comitissæ filius (qui ex parte eiusdem matris suæ, & Henrici auunculi sui, Namucensis & Luceburgensis Comitis, iure hereditario Namurcum adeptus fuit, vnde factus fuit Marchio Namucensis & Princeps Imperij) vxorem habuit nobilissimã *Margaretam*, Theodorici Comitis Flandriæ filiam, Philippi Comitis Flandriæ & Viromandiæ sororem, de qua filios habuit, videlicet *Balduinum*, *Philippum*, *Henricum*, milites egregios, & filias.... quarum vna fuit *Elisabeth* gloriosissima Francorum Regina, Philippo Francorum Regi desponsata. Philippo quippe potentissimo Flandrorum ac Viromandiæ Comite defuncto, prædictus Balduinus Comes Haynoniæ, Marchio Namucensis, cum vxore sua Margareta, Flandriam per aliquot annos possedit: defunctâ autem Margareta & Brugis sepultâ, Balduinus eorum filius in Comitatum Flandrorũ successit, & patre suo sæpedicto defuncto, Balduinus Comitatum Haynonien sem, & Marchiã Namucensem Philippus eius frater obtinuit.

Sæpedictus autẽ Balduinus Comes Haynonienſis, Marchio Namucenſis, ſaluti animæ ſuæ propenſius volens prouidere, in Condatenſi eccleſia B. Mariæ, altare in honore S. Petri Apoſtoli, ante introitum chori inſtituit: in quo altari Miſſa quaque die Dominica de S. Spiritu, aliis verò diebus..... Teſtes, Balduinus Comes Haynoniæ, Balduinus Cambronenſis, Hugo S. Giſleni, Bartholomæus S. Dionyſij, Abraham Maricolenſis, Nicolaus S. Foliani, Wedericus S. Ioannis Valencenenſis, Abbates. De hominibus ipſius Comitis teſtes, Henricus & Willelmus fratres eius, Nicolaus de Barbentione, Euſtachius de Lens, Rogerius de Condato, Giſlebertus Montenſis Præpoſitus, Seiwardus de Marlis, Rogerius de S. Petro. De eccleſia teſtes, Petrus Præpoſitus, Georgius Decanus, Godefridus Cuſtos, Euſtachius frater eiuſdem Comitis, & plures alij. Actum in ſolennitate Conceptio-
1195. nis glorioſæ virginis Mariæ, anno milleſimo centeſimo nonageſimo quinto.

NOTVM ſit vniuerſis Chriſti fidelibus tam præſentibus quam futuris, quòd Balduinus Comes Haynoenſis, Marchio primus Namucenſis, Balduini Comitis & Aleidis Comitiſſæ filius, vxorem habuit Margaretam Theoderici Comitis Flandriæ filiam, Philippi Flandriæ & Viromandiæ ſororem, de qua filios habuit milites ſtrenuos, Balduinum ſcilicet primogenitum, Philippum medium, Henricum tertium, & filias.... quarum vna fuit Elizabeth Francorum Regina, Philippo Francorum Regi deſponſata. Philippo quoque Flandriæ & Viromandiæ Comite defuncto, ipſe Balduinus cum Margareta vxore ſua principatum Flandriæ per aliquot annos poſſedit. Idemque Balduinus, ex parte matris ſuæ Aleidis & auunculi ſui Henrici, Namuci & Luxẽborch Comitis, iure Namucum adeptus fuit. Vnde ipſe Balduinus ab Henrico Romanorum Imperatore, Frederici Imp. filio, factus fuit Marchio Namucenſis & Princeps Imperij: à quo etiã Henrico Imp. Balduinus prædictus, filius eius, in militem fuit ordinatus. Defuncta autem Margareta prædicta, ipſa Brugis in monaſterio S. Donatiani ſepulta fuit, cui in hereditate & Comitatu Flandrenſi ſucceſſit ſupradictus filius eius Balduinus. Balduinus autem ad Comitatũ ſuum Haynoienſem & Marchiam Namucenſem, relictâ filio Flandriâ, rediit. Hic quidem Balduinus Comes Haynoniæ & Marchio Namucenſis, vir animoſus & magnæ diſcretionis, & miræ memoriæ, ſaluti animæ

ſuæ

suæ volens prouidere, instituit in Montensi ecclesia, in medio monasterij B. Waldetrudis, altare in honorem B. Iacobi Apostoli, fratris, inquam, B. Ioannis Euangelistæ: in quo quaque die in perpetuũ Missa, quam ecclesiasticus ordo pro fidelibus defunctis celebrari instituit, pro animæ eius salute celebrabitur.... Vt autem hæc omnia rata permaneant, scripto commendata sunt: cuius quidem scripti medietatẽ, sigillo supradicti Comitis Haynoniæ & Marchionis Namucensis roboratam, ecclesia B. Waldetrudis sibi reseruauit, aliam verò scripti medietatẽ, sigillo B. Waldetrudis signatam, sæpe nominatus Comes sibi retinuit. Testes, Balduinis Camberonensis, Hugo S. Gisleni, Bartholomæus S. Dionysij in Broqueria, Abraham Maricolensis, Nicolaus S. Foillani, Wedricus S. Ioannis Valencenensis, Abbates. De hominibus Comitis testes, Henricus & Guilielmus, fratres eius, Nicolaus de Barbencione, Eustarius de Lens, Rogerus de Condato, Gislebertus Præpositus S. Germani Montensis. De ecclesia verò testes, Nicolaus Cameracensis Archidiaconus, ipsius ecclesiæ Præpositus, Gislebertus prædictus ipsius ecclesiæ Vicepræpositus & Custos, Rainerus Decanus & Scholarius S. Germani, Nicolaus Narra, Nicolaus du Suary, Romundus Willems, Canonici; Sara Decana, Elizabeth de Abechies, Sara de Hain, Heduidis de Villa, Mainsendis de Frasne, Hauvvidis Pietdocem, Maria & Beatrix de Him, Hauvvidis de Gaia, Mathildis & Agnes de Fontanis, Berta & Maria de Quernon, Gerla de Hornetis, & Canonicæ aliæ multæ. Actum mense Decembri in Conceptione glorioſæ Virginis Mariæ, anno M.C.CXV. 1195.

EGO BALDVINVS, Flandriæ & Haynoniæ Comes,* Balduini Comitis Haynoensis & primi Marchionis Namucensis filius, vniuersorum Christi fidelium descriptioni dignum duxi significare, quòd patris mei, bonæ recordationis, Comitis Haynoensis & primi Marchionis Namucensis vestigia sequi intendens, bona ipsius facta circa Mõtensem ecclesiam B. Waldetrudis recognoscere & confirmare decreui. Pater quidem meus bonæ recordationis, dum in sæculo viueret saluti animæ suæ volens prouidere, Montibus in monasterio B. Waldetrudis, quandocumque & etiã vbicumque decederet, corpus suum sepeliri petiit, & ante sepulcrum suum altare in honore S. Iacobi Apostoli, fratris B. Ioannis Euangelistæ, instituit ordinauit, vt ibi perpetuò diuina celebrentur pro salute animæ suæ, scilicet in Missa quã ecclesia- *ob. 1195.

sticus ordo pro fidelibus defunctis celebrari ordinauit..... In anniuersaria autem sæpedicti Comitis ecclesia B. Waldetrudis annuatim in festo S. Andreæ in censibus domini Comitis apud Lestinas LX. solidos denariorum habebit, præter sex libras & V. solidos. Sæpedictus autem pater meus hæc omnia Montensi ecclesiæ pleniùs confirmauit: quo defuncto, iuxta suam petitionem, corpus eius in prædicto loco sepultum fuit: ante cuius sepulcrum altare B. Iacobi constructum fuit. Ego verò hæc prælibata volens rata obseruari, eidem Montensi ecclesiæ confirmaui. Testes, Maria Flandriæ & Hannoniæ Comitissa, ipsius Comitis vxor; Philippus & Henricus fratres eiusdem Comitis; Henricus & Guilielmus patrui eiusdem Comitis; Nicolaus de Rues, Cameracensis Archidiaconus, ipsius ecclesiæ Præpositus; Gislebertus Præpositus S. Germani, eiusdem ecclesiæ Custos, Nicolaus de Barbançione, Eustachius de Lens, Gosuinus Præpositus Sonegiensis, Balduinus Custos Sonegiensis, Henricus Montensis Castellanus, Ioannes Rufus, Villicus de Lestinis, & quàm plures alij. Actum mense Februario anno M. C. XCV.

1196. *stilo Romano.*

CAPVT CLXXIX.

Anetense seu Braëllense monasterium virginum, ord. Cistertiensis, an. 1196. ab Ada de Harnes, Constabularia Flandrensi, conditur in diœcesi Atrebatensi; probante Hugone Abbate S. Petri Gandensis.

HVgo Dei miseratione Abbas S. Petri Gandensis, totiusque eiusdem loci conuentus, vniuersis Christi fidelibus in perpetuum. Omnibus vobis notum esse volumus, quòd domina ADA nobilis matrona de Harnes, Constabularia Flandrensis, à nobis impetrauit, vt in loco, qui dicitur *Braelle* iuxta Crucem de Sobry, mansionem ad colligendas religiosas mulieres, & capellam ad ministrandum Deo, ab omni subiectionis ligamine absolutam, quantum ad nos, de assensu & permissione nostra, construere liceret: & inter cetera impetrauit, vt ab omni decimatione, quæ nos infra ambitum eiusdem mansionis contingeret, & à portione quæ nobis ad prædictam capellam in oblationibus,

Brayelle lez Auxay.

tionibus peruenire deberet, domum illam exemptam esse sustineremus. Nos itaque pium prædictæ matronæ propositum promouere cupientes, sicut in præsenti charta continetur, benignè concedimus & sigilli nostri auctoritate confirmamus. Actum anno M.C.XCVI. 1196.

Henricus VI. Imp. Vltraiectensi ecclesiæ & noui opidi Siluiducensis incolis beneficia præstat, an. 1196.

Henricus VI. diuina fauente clementia Romanorum Imperator, & Rex Siciliæ, notum facimus vniuersis Imperij nostri fidelibus, quòd nos quæstionem illam, quæ iamdiu vertebatur inter consanguineos nostros Balduinum Traiectensem Episcopum & Henricum Ducem Lotharingiæ, super Comitatu Veluæ, in eo videlicet quòd ipse Episcopus Comitatum illum de concessione Imperatoris sibi & ecclesiæ Traiectensi asserebat pertinere, & è contrario Dux Lotharingiæ dicebat quòd ipsum Comitatum de manu nostra teneret in fide & feudo) ad hunc finem deduximus, quòd ipse Dux omne ius, quod in Comitatu illo videbatur habere, in manus nostras liberè resignauit. Nos itaque prædictum Comitatum, cum omnibus suis pertinentiis, prædictæ ecclesiæ Traiectensi & consanguineo nostro Balduino in perpetuum confirmamus. Ipse verò Episcopus eumdem Comitatum, cum omnibus pertinentiis suis & omni iure, prædicto consanguineo nostro Henrico Duci Lotharingiæ in præsentia nostra benignè concessit; sub eo tenore vt idem Comitatus ad eius heredem filium suum vel filiam liberè transeat. Huius rei testes sunt, Ludolphus Magdeburgensis, Hartvvicus Bremensis Archiepiscopus, Hartmannus Lantgrauius Thuringiæ, Otho Comes de Benthem, Comes Lambertus de Erfordia, VVenardus Burggrauius de Magdenburg, Comes Albertus de VVingerode, Robertus Ducoude, Anno de Mintenberg, Marcardus Dapifer, Deshardus de Distemberg. Henricus Camerarius de Gron, Henricus Pincerna de Lutra, Gerardus de Grimberg, Arnoldus de Wesemale, & alij plures. Ego Conradus Hildensemensis electus, Imperialis aulæ Cancellarius, recognoui. Acta sunt hæc anno M.C.XCVI. Indictione XIV. regnante Henrico VI. Rom. Imperatore, anno regni eius XXV. Imperij V. & regni Siciliæ II. Datũ apud Gulenhusen pride Nonas Martij. 1196.

Veluue.

HENRI-

HENRICVS VI. diuina fauente clementia Romanorũ Imp. & Rex Siciliæ. Attendentes obsequia, quæ consanguineus noster Henricus Dux Lotharingiæ nobis & Imperio exhibuit, vniuersos homines suos
Bolduc. de noua ciuitate apud* Siluam, qui nunc ibi sunt & in posterum ad manendum illic conuenerint, à teloneis nostris, quæ nos vbique in Rheno ad manus nostras habemus, imperiali benignitate in perpetuũ absoluimus. Huius rei testes sunt, Hartmannus Monasterienſis Episcopus, Conradus Dux Sueuiæ, Philippus Dux Tusciæ, Poppo Comes de Wertheim, Rubertus de Durne, Anno de Mincenburg, & alij quàm plures. Ego Conradus imperialis aulæ Cancellarius, vice Conradi Moguntinæ sedis Archiepiscopi & Gemaniæ Archicancellarij,
1196. recognoui. Acta sunt hæc anno M.C.XCVI. Indictione XIV. anno regni eius XXVI. Imperij VI. regniq́ue Siciliæ II. Datum apud Bopardiam, Kalendis Iunij.

Albertus Dominus de Dintere & Albertus de Kuc Bernenſem Abbatiam, ſuprà pag. 386. *laudatam, dotant an.* 1196.

Ego Albertus de Dintere tradidi meipsum ecclesiæ S. Mariæ in Berna, & quidquid habere visus sum in vicinia curiæ, quæ vocatur *Berneheſe*. & dimietatem paludis quæ vocatur *Loesbruc* cum libera potestate communis vsus in aquis, & pascuis, & siluis in *Heſevvich*. Et quia hæc à domino Henrico de Kuc feodaliter tenebam, ipse autem à Duce Louanienſi, allodium meum memorati feodi domino Henrico confirmaui. Quod in vsum Ducis suscipiens, proprietatem eius Duci eligaliter assignauit, in die S. Seruatij, apud villam quæ vocatur Orschot. Dux verò ius suæ proprietatis, quod in meo feodo apud Berneheſe habebat, ecclesiæ Bernenſi condonauit, & Zalam eius dominus Henricus de manu Ducis, ad vsum ecclesiæ, suscepit, in præsentia honorabilium virorum istorum, domini Alberti, filij domini Henrici, Theo-
pag. 434. derici de Herlar, Huberti de Heſevvich, Wilhelmi Comitis de* Megem, Anselmi de Welde, Walteri Bac, Henrici Schulteti. Vbi autem prædicta bona in Berneheſe dominus Henricus & filius suus ad vsum ecclesiæ, vnà cum manu Abbatis Euerardi, apud castrum Herpen suscepерunt, hi testes præsentes fuerunt, Henricus de Batenburch

burch consobrinus domini Henrici, Walterus Alf, Marsilius de Loë, Wilhelmus Appelgrau, Egeno de Hat & filius suus Robertus, Henricus Spiegel, Helias. Gesta sunt hæc anno M.C.XCVI. Imperatore 1196.
Henrico, Episcopo Leodiensi Alberto, Traiectensi autem Balduino, Duce Brabantiæ Henrico.

EGO ALBERTVS de Kuc omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Quidam liberæ conditionis miles Albertus de *Dintere* quandam curiã in suo allodio apnd *Bernehese* possedit, in cuius possessionem iure hereditario successit. Alter eiusdem conditionis miles Almericus de *Hesvric* apud Berneheſe curiam aliam, in suo allodio, eodem iure quo & prædictus miles, possedit. Horum militum vterque vtramque curiam conuentui B. virginis Mariæ in Berna integrè & irreuocabiliter, patris mei *Henrici* consensu annuente, contulit. Conuentui quoque prædicto de bonis de Ambershoye collata est dimidia potestas, qua quælibet curia pollet. Contulit etiam dicto monasterio nominatus Albertus de Dintere medietatem de *Losebruc* tam in arboribus quàm in plantis. Nos autem dictis eleẽmosynarum largitionibus nunc nostri scripti & sigilli munimento fidele testimonium adhibentes, ea quæ prælibauimus rata & inconuulsa volumus permanere.

Balduinus Flandriæ & Hannoniæ Comes, pòst Imp. Constantinopolitanus, monasterio S. Dionysij prope Montes Hannoniæ an. 1197. benefacit.

Balduinus, Comes Flandriæ & Hannoniæ, vniuersis tam præsentibus quàm futuris in perpetuum. Constat quòd prædecessor meus *Balduinus* Comes Hainoensis, Balduini Comitis Flandrensis & Hainoensis & Richeldis Comitissæ filius, ecclesiam S. Dionysij in Broqueroia fundauit, & eam allodio suo adiacente, in quo villa sita est, assensu matris suæ RICHELDIS Comitissæ, legitimè dotauit, & prædictam villam eidem ecclesiæ contulit. Quæ quidem omnia auus meus *Balduinus* Comes Hainoensis, & pater meus *Balduinus* Comes Hainoensis & Marchio primus Namucensis eidem ecclesiæ recognouerunt & confirmauerunt. Item allodium de *Obrechies*, cum seruis & ancillis, siluis, pratis, paludibus & molendinis, terris cultis & incultis, omni-

no liberum ecclesiæ collatũ auus meus sæpedictæ ecclesię recognouit.

Ad hæc etiam satis constat, quòd prædecessor meus, sæpedictus ec-
Haurech. clesiæ S. Dionysij fundator, incisionem lignorum in silua de *Haurets*, quam tunc temporis ad manus suas propriam habebat, ad omnes vsus ipsius ecclesiæ perpetuò, tam in structura ædificiorum, quàm in fomentis ignium, sæpedictæ ecclesiæ concessit. Quàm incisionem diu habitam tam auus quàm pater meus eidem ecclesiæ recognouerunt & confirmauerunt.

Dum verò super incisione illa diu habita grandis inter *Henricum* Castellanum Montensem, fidelem meum (cuius antecessores à meis antecessoribus de proprietate illius siluæ, post concessam incisionem, infeodati fuerant) & ecclesiam S. Dionysij oreretur dissensio; tandem communi ecclesiæ & Henrici consensu, pacis perpetuæ seriem inter ipsam ecclesiam & Henricum Castellanum ordinaui.

Abbas siquidem & Capitulum ecclesiæ iuri incisionis illius prorsus renuntiauit: Henricus autem sæpedictus Castellanus quartam partem nemoris prædicti vltra fluuium Hainam, versus S. Dionysium, tam in fundo quàm in comblo, liberam & quietam in manus meas reportauit, & illi parti prorsus renuntiauit. Ego verò illam nemoris quartam partem, in manus meas liberè resignatam, tamquam meam propriam ab omni aduocatia & villicatione & forestaria, & quorumlibet hominum incisione liberam & emancipatam, sæpedictæ ecclesiæ S. Dionysij in eleẽmosynam, tamquam proprium allodium perpetuo possidendum, liberè & legitimè donaui. Testes, Philippus Comes Namucensis, frater meus, Henricus frater meus, Henricus patruus meus, Gerardus de Iacea, Walterus de Auesnis, Alardus de Cimaco, Eustacius de Lens, Nicolaus de Barbentione, Willelmus patruus meus, Gillebertus Præpositus Montensis, Walterus Præpositus Malbodiẽsis, Gossuinus Prępositus Sonegiensis, Nicolaus de Ruminio, Walterus de Villa, Gerardus de Proui, Gossuinus de Waurin, Engelbertus de Aenghien, Henricus Castellanus Binchiensis, Gillenus Castellanus Bellimontis, Renardus de Strepi, Henricus de Nasta, Simon de Haurets, Renerus de Montibus. Actum anno millesimo centesimo nona-
1197. gesimo septimo.

CAPVT

CAPVT CLXXX.

Sigerus Castellanus Gandensis, eiusq; vxor Petronilla, & filius Sigerus, benefaciunt monasterio Affligemensi, an. 1198.

NOtum sit vniuersis Christi, qui litteras istas sunt visuri vel audituri, fidelibus; quòd ego Sigerus Castellanus Gandensis, & vxor mea Petronilla, consentiente & concedente Sigero filio nostro, & reliquis filiis nostris, in Groda quam Affligemensis ecclesia habet apud Frouendic, quinque mensuras terræ ab omni decimatione, quæ nos de iure contingebat, eidem Affligemensi ecclesiæ, & fratribus in ea Domino famulantibus, quas sibi in hoc ipsum ijdem fratres elegerunt, intuitu diuinæ retributionis liberas dimisimus..... Actæ sunt hæc anno M.C.XCVIII. 1198.

Balduinus Fl. & Han. Comes, pòst Imp. Constantinopolitanus, Abbatiæ S. Dionysij prope Montes Hannoniæ, itemq; Niuellensi & Niniuensi ecclesiis benefacit, anno 1199.

Ego Balduinus Flandriæ & Hainoniæ Comes notum facio, quòd fidelis & dilectus meus HVGO de Crois reportauit in manus meas quidquid habebat in nemore & in terra de *Haurets*, ex alia parte aquæ, quæ dicitur Haine, versus S. Dionysiũ, assensu & voluntate WITREÆ vxoris suæ, & filiorum suorum. Nemus quoque illud cum terra dedit liberè & absolutè in eleëmosynam & allodium ecclesiæ S. Dionysij in Brokeroia. Vt autem donatio huius eleëmosynæ sit firma, præsentem paginam sigilli mei appensione & testium subscriptione feci corroborari; Willelmi patrui mei, Eustachij de Ruez, Nicolai de Barbencione, Walteri de Keureng, Willelmi de Keui, Walteri de Villa, Walteri de Bousies. Actum apud Montes anno M.C.XCIX. V. Kalendas Iulij. 1199.

BALDVINVS, Comes Flandriæ & Hannoniæ, vniuersis tam præsentibus quàm futurisin perpetuum. Willelmus miles, Aduocatus Montensis, qui in nemoribus de *Obourcq*,habebat partem de iure Aduocatiæ, omnem partem quam in nemoribus illis habebat, in omni iure & prouentu, omnibusque commodis cum brueria suprà S.Dionysium versus *Castel*, & cum terra infra nemus, in manum viri nobilis
RENV. domini sui Eustacij de Ruez, à quo ea in feodo tenebat, reportauit, sub testimonio quàm plurium Parium suorum, ipsius Eustacij fideliũ hominum: & in his nihil iuris vlteriùs sibi suisque heredibus retinens, interueniente filiæ suæ *Mariæ* prunogenitæ, & Mariæ viri *Petri* laudamento legitimo, ore proprio sibi abiudicauit, & à Paribus suis,domini sui Eustacij hominibus,abiudicari fecit, vt ea legitima donatione in proprietatem ecclesiæ S.Dionysij in Brokeroia deuenirent. Eustacius verò in mea constitutus præsentia Montibus in castro, sub testimonio Pariũ suorum,quia hæc prænominata de feodo Paritatis suę & stagij Montensis à me tenebat, ipsa in manum meam liberè reportauit. Ego autem hæc omnia prædicta in manus meas resignata, & primò, sicut prædictum est, Willelmo ore suo proprio, & à Paribus suis,deinde Eustacio per os suum proprium & per Pares suos abiudicata, ecclesiæ S.Dionysij, per manum domini Bartholomei eiusdem loci Abbatis, in eleëmosynam perpetuam donaui. Testes, fideles mei ipsius, Walterus de Auesnis, Eustacius de Lens, Willelmus patruus meus, Willelmus de Keui, & alij nobiles fideles mei; Gillebertus Præpositus S. Germani in Montibus, Walterus Præpositus Malbodiensis, VValterus de Villa, Godefridus de Tuin, Buissardus de Borghella. De fidelibus verò Eustacij hominibus testes, Hugo de Crois, VValterus prædictus de Villa, Henricus Castellanus Montensis, Robertus de Carneriis,Simon de Hosden,Balduinus agnomine Baiulus, Alardus de Ruez, Gillebertus de S. Dionysio, & quàm plures alij.
1198 Actum anno millesimo centesimo nonagesimo octauo.

EGO BALDVINVS Flandriæ & Hainoniæ Comes notum fieri volui vniuersis,quòd post longas contentiones,quibus Ioannes miles agnomine *Triue* ecclesiam Niuellensem in bonis,quę ipsa ecclesia in villa & potestate de *Giueri* habet, diu vexauerat, ipsa ecclesia & Ioannes prędictus in bonum pacis perpetuæ conuenerunt: ita quidem quòd Ioannes & eius filij Gerardus & VValterus,& ipsius Ioannis frater Rolandus,

dus, penitus renuntiauerunt in bonis prædictis, & eadem ore proprio sibi abiudicauerunt, & à Paribus suis & ab hominibus meis sibi abiudicari fecerunt. Ad hæc ecclesia Niuellensis prædictis hominibus concessit vnum bonarium terræ, & promerium vnum prati in potestate de Giueri, & mansuratam vnam sub annuo censu XXXI. denariorum Hainonien sis monetæ, in Natali Domini soluendorum. Testes, Guielmus patruus meus, Nicolaus de Barbencione, Eustatius de Rues, Egidius de Trasiniis, Hugo de Crois, Nicolaus de Condato, Egidius de Brena, Gillenus Castellanus Belli-montis, Gossuinus de Heriepont, & quàm plures alij. Actum Binchij, anno millesimo centesimo nonagesimo octauo. 1198.

EGO BALDVINVS, Dei gratia Flandriæ & Hainoniæ Comes, omnibus notum facio, quòd consentiente vxore mea Maria, hanc ecclesiæ Niniuensi & fratribus inibi Deo famulantibus concedo libertatem, vt ipsi vel seruientes eorum, cum animalibus vel vecturis res ecclesiæ suæ deferentes, siue per terram siue per aquam transeuntes, per omnem terram & ditionem nostram à vvinagiis vel teloneis & ceteris exactionibus liberi in æuum permaneant. Vt autem hoc beneficium stabile permaneat, scriptum hoc sigilli mei appensione & hominum meorum subnotatione confirmo. Signum Gerardi Præpositi de Brugis, S. Razonis de Gauera, Sigeri Castellani de Gant, Gerardi de Sotteghem, Sigeri de Murceca, Rolini & Gerardi VVainnardi, Officialiũ. Actum apud Dackenam anno Domini M. C. XCIX. 1199.

CAPVT CLXXXI.

Excerptum ex Principum Imperij epistola de Othonis IV. *Imp. electione, an.* 1198. *scripta ad Innocentium* III. *Papam.*

SAnctissimo patri ac domino Innocentio, sacrosanctæ Romanæ sedis summo Pontifici, Principes & Barones Alemaniæ, clerici & laici, debitam in Christo reuerentiam. Cùm placuisset ei, qui magnus & terribilis est super Reges terræ, *Henricum* Imp. de medio auferre, necessarium nobis fuit visum de substituendo Rege colloquium habere. Conuenimus ergò sæpiùs, & serenissimum dominum nostrum

OTHONEM, Christianæ fidei cultorem deuotissimum, ad Romani regni fastigium elegimus, ipsumque in Augustorū sede, à Carolo Magno apud Aquisgranum huic dignitati deputata, locauimus, & corona & regni diademate, per manum domini Adolphi Colonienſis Archiepiscopi, coronauimus. Paternitati ergò vestræ dignum supplicare duximus, quatenus fidem & deuotionem domini nostri Regis attendentes, merita quoque illustrissimi patris sui *Henrici* Ducis Saxoniæ, qui ab obsequio sanctæ Romanæ Ecclesiæ nunquam recessit, memoriter tenentes, ipsius electionem & consecrationem auctoritate vestra confirmare, & imperiali coronatione armare, paterna pietate dignemi.

Ego Adolphus Colonienſis Archiepiscopus elegi & subscripsi.
Ego Berardus Paderbornenſis Episcopus elegi & subscripsi.
Ego Thietmarus Mindenſis Episcopus elegi & subscripsi.
Ego VVittichindus Corbeienſis Abbas elegi & subscripsi.
Ego Gerardus Tudenſis Abbas elegi & subscripsi.
Ego Heribertus VVerdenſis Abbas elegi & subscripsi.
Ego Henricus Dux Lotharingiæ, qui & Brabantiæ, Marchio Romani Imperij, elegi & subscripsi.
pag. 470. Ego * Henricus Comes de Cuke consensi & subscripsi.

Henricus I. *Loth. & Brabantiæ Dux Canonicis Liranis an.* 1199. *benefacit.*

Notum sit omnibus quòd ego Henricus Dux Lotharingiæ & Marchio Imperij Romani Personatū ecclesię de Lira vacantem, in allodio meo sitæ, cuius donatio ad me spectat, cum omni integritate fructuū, Canonicis ibidem Deo seruientibus in eleëmosynam contuli. Huius autem veritas donationis vt rata perpetuò permaneat, præsentem paginam sigilli mei attestatione roboratam insigniri, testesque idoneos tam clericos quàm homines meos subscribi feci. Henrici Præpositus Louanienſis, Arnoldus, Gerardus, Lambertus, Simon, Canonici, Gerardus de Grimbergen, Arnoldus de VVesemale, Arnoldus de VVaelhem, VVilhelmus de Lira, Balduinus de Lira, & ceteri quàm plures,
1199. Datum anno M.C.XCIX.

Balduinus

Balduinus Flandriæ & Hannoniæ Comes, pòst Imp. Constantinopolitanus, Cantipratensi, Valentianensi, Niniuensi & Furnensi ecclesiis benefacit.

Balduinus Flandriæ & Hainoniæ Comes vniuersis salutem in Domino. Ne importunitate malignantium quod à fidelibus Ecclesiæ Dei infra potestatem meam est collatum depereat, nostra interest prouidere, & aduersus occasiones cauillantium scripti beneficio obuiare. Inde est quòd furnos de *Creuecuer*.... Et vt eleëmosyna ista stabilis in pag. 460. æternum maneat, sigilli mei appensione, & testium subscriptione eam confirmo. Signum Henrici fratris mei, S. Reineri de Trit, S. Egidij de Trazegnies, S. Geroldi de Mausicort, S. Reineri de Montibus, S. Willelmi clerici mei. Actum Valencenis anno millesimo ducen- 1200. tesimo, VI. Kal. Aprilis.

Ego Balduinus, Flandriæ & Hainoensis Comes, notum facio quòd ecclesiam S. Ioannis Baptistæ de Valencenis, & quidquid inpræsen- pag. 286. tiarum possidet, vel in posterum est possessura, in mea protectione suscipio; ordinemque, qui secundùm regulam & institutiones B. Augustini in ea obseruatur, laudo & approbo, & successores meos, vt eamdem ecclesiam in sempiternum manuteneant, exoro. Quod vt stabile perseueret, præsentem paginam proprij sigilli appensione muniui, & testium, qui interfuerunt, subscriptionibus roboraui.

S. vxoris meæ Mariæ, Flandrensis & Hainoensis Comitissæ,
S. Willelmi patrui mei, S. Nicolai de Barbencon,
S. Raineri de Trith, S. Gisleni Castellani de Bello-monte,
S. Petri de Duaco, S. Godefridi fratris mei, Cameracensis Arch.
S. Egidij de Trasegnies, S. Gerardi de Maucicourt,
S. Raineri de Montibus, S. Alulfi de Struem,
S. magistri Guteri, S. Heluini, clericorum meorum,
S. Balduini Senescalci mei.

Actum anno Dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo, v. 1200. Kalendas Aprilis, in capella mea quæ dicitur Gloriele, apud Valencenas.

Ego

Ego Balduinus Flandrensis & Hainoensis Comes omnibus notum facio, quòd Ieroſolymam profecturus, tempore diſceſſus mei, quidquid exactionis & talliæ in terris B. Ioannis Baptiſtæ de Valencenis, quæ ſunt apud villam de *Eſtruem*, ſingulis annis accipiebam, eidem eccleſiæ in eleëmoſynam in perpetuum contuli, penitus & remiſi. Vt igitur huius donationis eleëmoſyna rata futuris temporibus obſeruetur, præſentem paginam ſigilli mei appenſione & ſubſcriptorum teſtium annotatione dignum duxi roborare. S. Mariæ vxoris meæ, Flandrenſis & Hainoenſis Comitiſſæ, S. VVillelmi patrui mei, S. Balduini de Lobes, S. Hugonis Kaprioli de Querceto. Actum apud Valence-
1200. nas, anno incarnationis Dominicæ milleſimo ducenteſimo, v. Kalendas Aprilis.

BALDVINVS Flandriæ & Hainoniæ Comes tã futuris quàm præſentibus in perpetuum. Exemplo præceſſorum meorum, qui Niniuenſem Abbatiam ſua auctoritate roborarunt, ego quoque ſimili modo ipſam & res eius auctorizare decreui, & eam liberam eſſe & ad meam Aduocatiam iure hereditario pertinere profiteor; hoc ei ſtatuens decretum, ne deinceps eius Aduocatia de manu Frandrenſiũ Comitum dari vel exfeodari præualeat. Placuit autẽ quaſdam poſſeſſiones eius, tam in Flandria quàm in Hannonia conſtitutas, præſenti ſcripto breuiter adnotare: omne allodium quod *Mathildis* nobilis mulier de allodio, de conſenſu liberorum ſuorum, ſuper culturam apud Niniuen vel Euerſengem in eleëmoſynam donauit; terram quam Stephanus de Helceca & filius eius Boltinus apud Scora vel Idrenghem dederunt; bonarium terræ quod Rodulphus de Haltra apud Euerſenghem donauit; curiam Roſlar cum omnibus ſibi attinentibus terris; terram quoque quam Lambertus cognomento Stobel, dum habitum religionis ſuſciperet, eccleſiæ contulit; duo bonaria terræ quæ Arnoldus de Kercken donauit; ſiluam apud Ham quam Clarobaldus miles dedit; partem decimæ apud Berghecem, quam Petrus de Saintes in eleëmoſynam contulit; item XII. bonaria nemoris apud Ham, quæ Karolus miles de Haucrois, per manum domini ſui Petri de Saintes; quattuor bonaria terræ quæ Ingelbertus de Adenghem, de conſenſu filij ſui Ingelberti, in eleëmoſynam dedit; curiam apud Pamela cum omnibus ſibi attinentibus terris, & quidquid VVillelmus de Ledeberga, per manũ domini ſui Gerardi de Grimberges, in eleëmoſynam donauit.

Signum

Signum Ægidij de Trasegnies, Flandriæ Constabularij, & Sigeri fratris sui, S. Alexandri de Stenkercka, S. Ægidij de Braina, S. Balduini de Valencenis, S. Gisleberti Præpositi de Mons, S. VValcheri Abbatis de Gerarmont, & Arnulfi Decani, S. Vuluini Notarij. Actum apud Gerarmont anno M. CC. I. 1201.

BALDVINVS, Dei gratia Flandriæ & Haynoniæ Comes, tam futuris quàm præsentibus in perpetuum. Cùm à primæuo iuuentutis meæ flore, pia recordatione prædecessorum meorum, cœnobium S. Nicolai de *Furnes diligere cœperim ac manutenere, nunc quoniá *pag. 310.* fratrem omniamque participem beneficiorum eiusdem cœnobij me fore recognosco, maiorem deinceps me oportet de ipso cœnobio habere sollicitudinem. Inde est quòd ad eiusdem pacis inuiolabilem custodiam præsentis paginæ textum edere ac promulgare curaui... Facta sunt hæc anno M. CC. II. sub his testibus, Helia Abbate de Dunis, Ge- 1202. rardo Cancellario Flandriæ, magistro Ioanne de Nouiomo, magistro Vuluino, VValtero clerico, alijsque plurimis.

NOTATIONES.

IEROSOLYMAM profecturus.] Balduinus Flandriæ Hannoniæque Comes, in Terræ sanctæ subsidium cruce signatus, an. 1203. in iter versus Venetias sese dedit, inde in Syriã, vt sperauerat, traiecturus. Maria vxor eius, quæ tunc erat grauida, postquã Margaritã filiam peperisset, maritum suum subsecuta, mari mediterraneo emenso, ex Massilia Aconem appulit: vbi existens maritum suum à Latinis Imperatorem Constantinopoli an. 1205. electum fuisse læta intellexit; sed paulò pòst ibidem obijt: vt fusè narrat Geofridus de Villa-Harduini in Historia expeditionis Constantinopolitanæ: ex qua de Balduini comitibus hæc habe.

Initio Quadragesimæ post feriam Cinerũ BALDVINVS Flandriæ & 1200. Hannoniæ Comes, & eius vxor *Maria*, Theobaldi Campaniæ Comitis soror, Brugis Crucem assumpserunt. Posteà Henricus eius frater, Theodericus eius cognatus, filius Philippi Flandriæ Comitis, Guilielmus Aduocatus Betuniæ, Cono eius frater, Ioannes de Neelle Castellanus Brugensis, Rainerus de *Trait, Rainerus eius filius, Matthæus de *Valencort, Iacobus de Auesnis, Balduinus de *Belucior, Hugo de *Beauuoir.* *Trit.* *VValincourt.*

de Belines, Girardus de Machicort, Hugo de Ham, Guilielmus de
Beaurain. Gomeignies, Drogo de * Belraim, Rogerius de Marche, Euſtachius
de Sambruic, Franco de Colemy, Gualterus de Bouſiers, Reinerus de
Somerghem. Montibus, Gualterus de Stombe, Bernardus de * Soubrenghiem &
alij multi ſimiliter Crucem aſſumpſerunt. Poſt hos Hugo Comes S.
Pauli, & cum eo Petrus de Ambiano eius cognatus, Euſtachius de
Canteleu, Nicolaus de Mailly, Anſelmus de Lieu, Guido de Hoſdeng,
Gualterus de Neele, Petrus eius frater, & multi alij Cruce ſe ſigna-
runt. Idem Ægidius de Trazignies (qui erat homo ligius Balduini
Flandriæ & Hannoniæ Comitis, & ab ipſo acceperat ſummam quin-
gentarum librarum, vt comitem ſe adiungeret in bello ſacro;) item
Abbas de Loz, Henricus de Araines, Theodericus de Loz (poſtea Se-
neſcallus Imperij Conſtantinopolitani) Henricus Dorme, Theodori-
f. Dietz. cus de * Dies, Alexander de Villers. Item quidam de Flandria qui vo-
cabatur Ægidius de Landas, magiſter Ioannes de Nouiomo, qui erat
f. Aueſnes. Cancellarius Balduini Flandriæ Comitis, Iacobus de * Auernes, Gui-
do Caſtellanus de Coucy, Rogerus de Saint-Cheron, Balduinus de
Neuville, Balduinus de Aulbigny. Item Euſtachius frater Henrici po-
ſtea Imperatoris Conſtantinopolitani, VValterus de Eſcornay, Anſel-
mus de Cahieu, Carolus de Vercli, Iacobus de Bondine, & alij. Ex
Syria in Græciam venerunt Hugo de Tabaria, Radulfus frater eius, &
Theodericus de Tenremonda, poſtea Coneſtabilis Romaniæ. Sic
fere Vilharduinius. Ceterùm de expugnata per Latinos Conſtanti-
nopoli exſtat in Annalibus Arnoldi Lubecenſis Epiſtola Ducum ſeu
Principum, ad Othonem IV. Cæſarem ſcripta; itemque Epiſtola Bal-
duini Imp. Conſtantinopolitani, à nobis edita in Codice Donatio-
num piarum cap. 99.

Conſtan-

Constantinopolitani Imperatores Latini.

TRIT siue Trith, vicus Hannoniæ prope Valentianas. Rainerus de Trit (pro quo Blasius Vigenerius male legit *Vtrecht*) cum filio suo Rainero, genero suo Carolo de Vercli, & cognato suo Iacobo de Bondine, expeditioni Græcanicæ interfuit; ob virtutem bellicam dominio vrbis Philippopolitanæ donatus.

CAPVT CLXXXII.

Canonici S. Petri Louanienſis an. 1200. Franconi conferunt Vicariam eccleſiæ S. Gertrudis, quæ nunc eſt Abbatia nobilis Canonicorum regularium in eadem vrbe.

NOtum ſit omnibus, quòd ego Henricus, Dei gratia eccleſiæ S. Petri in Louanio Præpoſitus, & ſeptem Canonici (quorum hæc ſunt nomina, Gerardus filius Villici, Simon Epiſcopus, Goſſuinus de Niuella, Henricus de Liera, Arnoldus de Bruxella, Ioannes de Sterrebeka) & ego Henricus Præpoſitus ſeptẽ aliorum, ad quos ſeptem ſpectat donatio omnium capellaniarum Louanienſis parochiæ, contulimus Vicariam eccleſiæ S. Gertrudis in Louanio magiſtro Franconi, viro idoneo & litterato, in perpetuum habendam. Et vt hoc ratum permaneat, præſens ſcriptum ego Præpoſitus auctoritate mei ſigilli confirmaui, & præterea nos ſeptem Canonici præfati ſigillũ eccleſiæ noſtræ appoſuimus. Huius rei teſtes ſunt Canonici noſtri, Balduinus Cantor & Magiſter ſcholarum, Godefridus, Alffo, Lambertus de Peudela, Simon filius Ducis, Franco Villici filius & alij: item Vicarij eccleſiæ, Godefridus Abeloi, VValterus Cuſtos, Franco filius VValteri, Franco Canis, Henricus clericus: Parochiani, Lambertus clericus Præpoſiti, Arnoldus Bec & alij: item Vicarij capellarũ, Ioannes de Houe, Herſo de Capella, Ionas de Blijſt, Sigerus de S. Mi-
1200. chaële. Actum anno milleſimo ducenteſimo, Innocentio Papa, Alberto de Kuc Præſule.

Guilielmus Caſtellanus Audomarenſis, Guilielmi & Idæ filius, donationes monaſterio Andrenſi à patre ſuo & aliis factas confirmat, an. 1200.

Ego VVillelmus S. Audomari Caſtellanus ſcire volo præſentes & futuros, me confirmaſſe ea quæ Andrenſis eccleſia iuſtè poſſidet, vel quæ in poſterum poſſidere poterit, in caſtellania S. Audomari. In pri-

mis

mis donationi patris mei * *VVillelmi* assensum præbeo, de foragio vi- *pag.*
delicet totius vini, quod ad vsus proprios Andrensis ecclesia in castro
S. Audomari comparauerit... Hæc omnia anno M.CC. coram nobis & 1200.
francis Scabinis recognita sunt & confirmata, & ego horum omnium
Aduocatus ero. Scabini autem qui hoc viderunt & audierunt sunt isti,
VValterus Vrrede, VValrauius de Suauacas, Henricus de Ostre-
moule, Eustachius de Elecceka, Drogo de Ostremonle, Hugo de Sal-
pervvic, Hugo de Burkes, Hugo de Lumbres, Balduinus de Fonte,
Manasses Gocl, Eustathius de Deleches, Balduinus de Billeka, VValte-
rus de Strathem, Alulphus de Delethes, Petrus de Fonte, Adam de
VVitteka, VValterus de Elceka, Marcilius de Lidinghem, Henricus
de Brueck, Eustachius de Hodingecum, Lambinus de Renguenes-
cure, VVillelmus de Blindeka. Ad maiorem autem certitudinem huic
scripto sigillum meum apposui per manum Giraldi de Renguenescu-
te, mense Maio.

Rogerius Condati pro parte Dominus circa an. 1200. *dotat collegium Canonicorum Condatensium in Hannonia.*

Sciant præsentes & posteri, quòd ego ROGERIVS, in parte Domi-
nus de Condato, contuli ecclesiæ B. Mariæ apud Condatum omnem *Condè.*
portionem, quam in decimatione totius feodi de Condato habebam.
Hanc autem decimationem dicta ecclesia duobus filiis meis clericis
Godefrido & *Gualtero* contradidit, quoad vixerint, percipiendam. Ita
tamen quòd altero decedente, reliquus nihilominùs eandem decima-
tionem totam percipiet: ambobus verò defunctis, ecclesia liberè &
absolutè illa vtetur vt propria. Vt autem prætaxata ecclesia iam dicta
gaudeat decimatione, chartâ hanc, cum sigillorum mei & *Nicolai* filij
mei, de cuius consilio & assensu hoc factum & astipulatum, appensio-
nibus, prædictæ contuli ecclesiæ.

PETRVS Condatensis ecclesiæ Præpositus, G. Decanus & totum
eiusdem loci Capitulum vniuersis, ad quos præsentes litteræ perue-
nerint, salutem in vero Salutari. Nouerit vniuersitas vestra, quòd in-
ter ecclesiam nostram & domum siue locum de *Macourt*, quæ domus
infra terminos ecclesiæ & parochiæ nostræ sita est, de consilio discre-

torum & nobilium virorum, ad hunc tandem peruenimus compositionis modum..... Vt autem pactiones dictæ ratæ & inconcussæ permaneant, sigillo domini & patroni nostri primi *Balduini* Flandrorum & Haynoensium Comitis, & *VValteri* de Auesnis, & *Rogerij* de Condato, patronorum similiter nostrorum in parte, & nostro etiam sigillo fecimus communiri: sigillo præterea domini *Henrici*, fratris Comitis Flandriæ & Haynoniæ. Testes, Nicolaus de Condato, & Gerardus frater eius, Carolus de Fraisne, Hugo de veteri Condato, & Matthæus filius eius, & Egidius de Denaing, milites, cum omnibus aliis qui sigilla sua apposuerunt, & toto Capitulo Condatensi. Actum Condati
1200. anni incarnati Verbi millesimo ducentesimo.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, amen. Cùm omnia depopuletur mortalis corruptio, senectutis & mortis nulla est inter mortales assertio post mortem tam veridica & testimonialis, quàm attestatio litteralis. Quapropter omnibus nostræ conditionis naturaliter ingredientibus viam vniuersæ carnis, eorum testimonio secum præeunte, per hoc scriptũ testificamur præsentibus & futuris, quia ego VValterus de Auesnis & ego Rogerius, Domini de Condato, hominibus nostris Condatensibus, tam natis quàm nascituris, tota pascua, infra allodium Condati, territorio Brabantiæ contermina, concorditer & benigno assensu nostro, per manum Egidij nostri ibidem Villici, in perpetuum contulimus. Hanc autem donationis nostræ conditionem imparentes, constituimus quòd singulis annis in festiuitate S. Dionysij quinque solidos Valencennensis monetæ pro censu nobis persoluant. Vt verò traditio ista rata & illęsa permaneret, sigillis nostris, & testium subaratorum annotatione præsentem paginam corroborauimus.

Signum Walteri de Proisy. S. Bernardi de Houscans.

S. Willebaldi de Buillemont. S. Walteri de Fraisne.

S. Hugonis & Matthæi de Vies-Condet, militum.

S. Egidij Maioris. S. Eurardi, Terrici, Goberti, Laurentij,

Hellini, Werinici, Condatensium Scabinorum. Si quis autem traditionem istam in posterum infirmare præsumpserit, anathema sit. Fiat, fiat in perpetuum.

NO-

NOTATIONES.

Has tabulas, vt & alias, ex archiuo ecclesiæ Condatensis fideliter depromptas, R.D. Bartholomæus Petit, eiusdem ecclesię Canonicus, antiquitatum Belgicarum peritissimus, nobiscū communicauit. Sunt autem scriptæ circa annum millesimum ducentesimum, quo *VValterus* de Auesnis & *Rogerius* de Condato dominum Condatense simul & indiuisum possederunt. Ex quo liquet, iam inde à quattuor & amplius sæculis Condatū duos habuisse Dominos (vt & Asca olim, & Traiectum Mosæ itemque Grimberga etiamnum habent) vsque ad tempora Mariæ Montmorenciæ, quæ primùm Carolo Comiti de Lalain, pòst Petro Ernesto Comiti Mansfeldio nupta fuit, & alterum ex dominiis Condatensibus à Ludouico Borbonio Duce Montpensierio circa an. 1560. viuente marito priore, alterum verò à Christophoro Etsingio, origine Germano, vidua existens, pretio comparauit. Vtrumque igitur dominiū Maria Montmorencia prima possedit: cuius filius Emanuel de Lalain, (Marchio de Renty iure vxoris Annæ de Croy) reliquit filiam vnicā heredem *Ioannam* vtriusque ditionis Condatensis Dominam, nuptam Ioanni Croyo Comiti Solrano, hodieque superstiti. Ex quibus natus Philippus-Ambrosius, & filiæ duæ Guilielma & Anna. 1200.

VALTERVS] Dominus de Auesnes, Condè, Leuse, Landrechies & Tresson (filius Iacobi de Auesnis, viri fortissimi, qui in Syria apud Assur an. 1191. occubuit) duxit Margaritam Comitissam Blesensem.

ROGERIVS] Condati pro parte Dominus duxit primò *Alidem*, Gosuini Castellani Montensis filiam, secundò *Beatricem* viduam; cui Beatrici filia fuit Agnes, infra ad an. 1218. memoranda. Ex Alide nati sunt *Nicolaus* Condati Dominus, *Godefridus* Cameracensis Episcopus an. 1234. defunctus, & *Gualterus* Cameracensis ecclesiæ Thesaurarius.

Nicolaus Condati dominus duxit N. filiam heredem Arnulfi de Morelli manso, *Moriamez*, in agro Leodicensi. Ex quibus nati, *Iacobus* Condati & Ballioli seu Bellioli in Hannonia Dominus, & *Elisabetha* de Moriamez, vxor Roberti Betuniæ ac Teneræmondæ Domini, an. 1248. defuncti; vt suprà pag. 443. diximus.

Rogerius



CAPVT CLXXXIII.

Henricus I. Brabantiæ Dux, eiusq; frater Guilielmus, Dominus de Peruvves & Ruſebrouck, dotant cœnobium Bruxellenſe S. Iacobi in Monte frigido, an. 1201.

NOtum ſit tam præſentibus quàm futuris, quòd ego HENRICVS Dux Lotharingiæ terram in Rusbruc, quæ Wilhelmi ſacerdotis fuit, quam WILHELMVS frater meus à cenſu annuo, ab omni iure ſuo & ab omni exactione liberam mihi reſignauit & deſeſtucauit, in vſus Canonicorum S. Iacobi in Caldenberga liberam contuli, & ſigillorum mei videlicet & Wilhelmi fratris mei atteſtatione, & teſtium ſubſcriptione corroboraui. Teſtes Sigerus Cameracenſis Archidiaconus in Brabantia, Michaël Parochianus, Arnoldus Notarius, Heinricus Villicus, Alardus Rapa, Arnoldus de Bigardis, Hugo Maurus, Walterus Bach. Actum anno incarnationis Domini milleſimo ducenteſimo primo.

Cauvẽberg.

1201.

EGO WILLELMVS, Dominus de Pervveys & de Ruſebruc, omnibus hoc ſcriptum intuentibus in perpetuum. Scire vos volumus, quòd VVillelmus deuotus ſacerdos terram quandam XII. bonarũ conti-

tinentem, inter terram arabilem & prata, à parentibus suis hereditario iure ei relictam, in Rusebruc nostro dominio iacentem, liberè & absolutè per scriptum domini & fratris nostri Ducis Lotharingiæ in eleëmosynam contulit ecclesiæ S. Iacobi de Caldenberga, ad vsus clericorum ibidem Deo deseruientiũ. Censum verò & exactiones, quas eadem terra nobis debuit, prædictæ ecclesiæ contulimus in eleëmosynam perpetuam liberrimè possidendam.

Et vt hoc nostrum scriptum perpetua firmitate roboratũ teneatur, domini & carissimi fratris nostri sigillo ac nostro duximus vtile paginam præsentem communiri. Huius facti testes sunt, magister Sigerus Cameracensis Archidiaconus, Heinricus Bruxellensis Decanus, magister Michaël, Arnoldus Ducis Protonotarius, Henricus de S. Ioanne de Aerscoet, & Henricus de Hilduberga.

Hugo IV. *Comes S. Pauli, suprà pag.* 414. *laudatus, eiusq; vxor Iole, cum Canonicis S. Saluatoris in opido S. Pauli apud Artesios concambium faciunt, an.* 1201.

Ego *Hugo* Comes S. Pauli, & Iole vxor mea, notum fieri volumus, quòd consensu generorum meorum, Galteri de Castellione, & Ioannis Domini de Nigella, & filiarum suarum Elizabeth & Eustathiæ, concambium fecimus cum ecclesia S. Saluatoris de S. Paulo super molendino quod habebat apud Manilium, in hunc modum. Assignauimus Thesaurario prædictæ ecclesiæ quattuordecim sextarios frumenti, ad mensuram S. Pauli, percipiendos de multura melioris frumenti, quod molitur ad molendinũ in medio burgo; assensu domini Lamberti Morinensis Episcopi, Præpositi ecclesiæ S. Saluatoris, & consilio Balduini Decani & totius Capituli Morinensis, & Petri Thesaurarij & Canonicorum de S. Paulo. Rogauimus etiam dominum Episcopum & Capitulum Morinense, vt super hoc concambio facto scriptũ suum facerent autenticum. Vt autẽ permutantia ista & excambium illibata permaneant, præsentis scripti patrocinio communiri fecimus, & sigilli mei & vxoris meę, nec non & prędictorũ generorũ nostrorum, & filiarum nostrarum appensionibus sigillorum confirmari. Actum anno Domini millesimo ducentesimo primo, mense Ianuario. 1201. *pag.* 414.

Raso Gauera Dominus, Comitis Flandriæ Pincerna, eiusq; vxor Claricia, dotant Abbatiam Niniuensem an. 1201.

pag.462. Ego * Raso de Gauera, Pincerna Flandriæ, notum facio omnibus, quòd consensu vxoris meæ *Claricie*, & liberorum eorum, contuli terram quæ vocatur Strec, per concambium & eleëmosynam, Abbati & pag.374. fratribus de * Niniue, pro terra quæ iacet iuxta Driscum; promittens eidem Abbati & fratribus warandisiam. Vt hæc autem firma in perpetuum maneant, scripto nostro chirographizato & hominum nostrorum testimonio fecimus confirmari. Signum Hostonis Balger, S. Annekini & Giselini de Lilar, Ivvaini de Letra, VValteri de Bocla, 1201. Esheret de VVildenbeck & aliorum. Actum anno M. CC. I. mense Augusto.

EGO RAZO de Gauera, Pincerna Flandriæ, omnibus hoc scriptum lecturis salutem. Quod vidimus & audiuimus hoc testamur, & scripto nostro sigillato notificamus, quòd Hugo cognomento Buzere quidquid iuris vel querimoniæ habebat aduersus ecclesiam de Niniue in loco qui dicitur Calf, & infra limites possessionum, quas ibidem præfata ecclesia de eleemosyna magnæ memoriæ Balduini Comitis in præsenti tenet, in eleëmosynam dedit & exfestucauit. Huius rei testes sunt, Razo de Curtraco, VValterus frater eius, Eromoldus de Rauenscote, Balduinus de Louendenghem, Soihinus de Louendenghem, Ramsinus de Licteruelde, Philippus, Arnoldus clericus, Balduinus Venator, & alij quàm plures.

Adelisa, Gerardi Grimberga & Ninouiæ Domini vidua, dotat Abbatiam Grimbergensem, an. 1201.

Ego Adelisza Grimbergensis ecclesiæ Aduocata..... Nouerint vniuersi, quòd post obitum Gerardi mariti mei, Grimbergensium Principis, liberi nostri paruuli, VValterus Bertoldus, *Gerardus* postea dictus, & *VVillelmus*, vnà mecum in eleëmosynam contulerunt ecclesiæ pag.350. * Grimbergensi.... Testes, Gerardus & VVillelmus filij mei, Rogerus frater meus. Datum anno millesimo ducentesimo primo. 1201.

Notatio

Notatio de Grimbergæ, Mechliniæ & Niniuæ seu Ninouiæ Dominis.

VVALTERVS Dominus Grimbergæ an. 1096. diploma Affligemié- I.
se suprà pag. 269. signauit, & monasteriũ Grimbergense circa an. 1110.
fundare cœpit, adiutante * Odone Cameracensi Episcopo, qui an. *pag. 350.*
1108. electus, an. 1113. obijt. Idem VValterus tres filios reliquit, *Gerardum*, *Arnulfum* & *Aluericum*, vt ex tabulis suprà pag. 350. recitatis constat. Gerardus & Arnulfus, patre defuncto, monasterium Grimberganum S. Norberto eiusque sodalibus an. 1128. tradiderunt; quod Liethardus Ep. Cameracensis an. 1132. approbauit, vt suprà pag. 350. citata docui.

Gerardo sine liberis defuncto, in Grimbergæ dominio successit fra- II.
ter *Arnulfus*, qui in prælio Grimbergano an. 1147. cecidit; relictis duobus filiis, VValtero & Gerardo.

VVALTERVS II. Arnulfi filius ad Damiatam an. 1169. perijt. Filium III.
reliquit *VValterum Bertoldum*, Mechliniæ Dominum, *AEgidium Barbatum* Berlariæ toparcham, & *Henricum* Dusselæ ac Gelæ Dominum: de quorum posteris infrà suis locis agetur.

GERARDVS, VValteri II frater, Grimbergæ Dominus circa an. IV.
1167. duxit Mathildem, * Gerardi Ninouiæ in Flandria Domini filiam *pag. 374.*
heredem, & ex ea genuit *Gerardum* & *Arnulfum*, suprà ad an. 1167. pag. 423. memoratos: qui duo fratres (vt & posteritas ipsorũ in hunc vsque diem) Grimberganum municipium indiuisim possederunt. Quorum quidem posteritas quia hactenus ignota fuit, in gratiam nobilissimæ gentis, breuiter referam quæ ex vetustis Grimbergani, Niniuensis & aliorum cœnobiorum tabulis hausi.

Stemma Gerardi Grimbergæ & Ninouiæ Domini.

GERARDVS, Gerardi Grimbergani & Mathildis Ninouianæ filius, V.
Grimbergæ & Ninouiæ Dominus, duxit Adelisam (cuius diploma iam recitaui) & an. 1188. & 1199. vixit, obiitque circa annum millesimum ducentesimum, relictis duobus filiis *VValtero Bertoldo* (qui posteà Getardus dictus fuit) Grimbergæ & Ninouiæ Domino, & *Guilielmo* Asceæ

Domino: quibus nonnemo tertium adiungit Arnoldum, & N. filiam.

VI. VVALTERVS Bertoldus, dictus postea Gerardus, Grimbergæ & Ninouiæ Dominus, vxorem habuit Agnetem, & an. 1201. & 1227. vixit; obiitque relictis duabus filiabus *Alicia* & *Agnete*: quarum posterior nupsit cuidam Ingelramno.

VII. ALICIA Grimbergæ & Ninouiæ Domina nupsit Godefrido Domino Peruiciaci, *Peruvves*, in Gallo-Brabantia, & annis 1236. 1240. & 1249. floruerunt. Ex eis nati duo filij, *Gerardus* & *Godefridus*, Peruiciaci, Grimbergæ & Ninouiæ ex ordine Domini, sine liberis defuncti, & filia vna nomine *Maria*.

VIII. MARIA, Grimbergæ & Ninouiæ post fratres defunctos Domina, nupsit Godefrido Comiti Viandæ in agro Luxeburgensi. Vixerunt an. 1278. & 1280. & filios duos genuerunt *Godefridū* & *Philippum* Rumstæ Dominum: quorum posterior, nisi fallor, tabulas Cortebergenses infrà recitandas an. 1312. signauit.

IX. GODEFRIDVS Viandæ Comes, & Grimbergæ pro parte ac Ninouiæ Dominus, duxit Alidem de Aldenarda, & an. 1285. monasterio Niniuensi benefecerunt: vt liquet ex tabulis infrà recitandis. Filios duos reliquerunt *Philippum* & *Godefridum*.

X. PHILIPPVS Viandæ Comes & Grimbergæ Dominus tabulas Cortebergenses an. 1312. signauit, & ex Sophia de Scornaco, *Escornay*, prolem non sustulit. GODEFRIDVS itaque Philippo fratri sine liberis defuncto in Viandæ Comitatu & Grimbergæ dominio successit, duxitque filiam Ioannis I. Comitis Namurcensis, & ex ea vnicam reliquit filiam *Adelheidem*. Obiit in Cypro insula an. 1337.

XI. ADELHEIDIS Viandæ Comitissa & Grimbergæ Domina nupsit OTHONI Comiti Nassauio, qui an. 1369. obiit, Dillemburgi in Germania sepultus.

VValte-

VValterus do. Grimbergæ 1096 vixit, & mon. fundauit sub Odone Ep. Camer.
Gerardus Præmonstratenses euocauit 1128. ob. sine lib.
Arnulfus periit in prælio Grimberg. 1147.
Aluericus.
VValterus II. ob. ad Damiatam 1169.
Gerardus I do. Grimbergæ dux. Mathildem,
Gerards do. Niniuæ F. heredem 1167.
VValterus III. Bertoldus do. Mechliniæ ob. 1219.
VValterus IV. d. Margarita Brittannam, ob. 1243.
AEgidius.
Henricus.
VValterus V. do. Mech. dux. Mariam Arragoniam, ob. 1363.
VValterus VI. d. Alidem de Coucy.
Florentius do. Mechl. 1312.
Guilielmus Episc. Virt.
Sophia.
Mathildis.
Ioannes.
AEgidius do. Mechl. s. lib.
Ioannes s. lib.
Sophia vx. Ranaldi I. Ducis Gelriæ, qui ob. 1343.
Maria vx. Guilielmi I. Ducis Iul.
Philippus 1312. s. lib.
Godefridus Co. Viandæ do. Grimb. d. Alidem de Aldenarda.
Philippus do. Rumiæ.
Godefridus Co. Viandæ, do. Grimberg. ob. 1337. relicta Adelheida vxore Oth. Nassauij.
Gerardus 2 do. Grimbergæ & Niniuæ dux. Adelisam, ob. 1200.
VValt. Bertoldus, post d. Gerardus, III dux. Agnetē.
Guilielmus do. Ascæ.
Alicia do. Grimb. vx. Godefridi do. de Perues, 1236. 1249.
Agnes.
Gerardus & Godefridus sine lib.
Maria vx. Philippi Co. Viandæ.
Guilielmus.
Arnulfus do. Grimbergæ pro parte dux. Sophiam 1188. 1214.
Arnoldus do. Grimbergæ d. Adeliciam 1219.
Oda 1236. do. Grimbergæ, vx. VValteri de A, do. de Pollar, 2. Sigeri de Gandauo, 1237.
Leonius de A do. Grimb. dux. Adeliciæ 1266.
VValterus.
Gerardus do. Grimb. 1272. dux. Amaon de Brugis.
Imania.
Adelicia.
Gerardus de A, do. Grimbergæ pro parte, 1312. 1320.

XI. IOANNES, Othonis filius, an. 1400. moriens ex Margarita Marcana seu Cliuensi reliquit *Adolfum* & *Engelbertum*: quorum prior Adolfus an. 1420. moriens non nisi filiam nomine Iuttam reliquit. ENGELBERTVS itaque fratri suo Adolfo in Comitatu Nassauiensi ac Viandensi, itemque in dominio Grimbergensi suffectus, an. 1404. Ioannam Polanam Bredæ & Leccæ Dominam duxit, & an. 1442. decessit, Bredæ conditus.

XII. IOANNES, Engelberti & Ioannæ Polanæ filius, duxit Mariã filiam Ioannis Lossensis seu Heinsbergensis, quæ in dotem attulit Herstallum, Ganglam, Vuchtam, Millam, Ruttam & Steinfurtum. Ex iis nati filij duo *Engelbertus* & *Ioannes*, & filiæ tres Anna, Adriana & Odilia prima Priorissa Montispacis, quod monasteriũ mater prope Bredam ædificauerat, inde Liram an. 1610. translatum. Ioanni attributus fuit Comitatus Nassauiensis cum Dillemburgo & aliis prædiis trans Rhenum sitis.

XIII. Cisrhenanas ditiones, in his Vîandam & Grimbergam, natu maior ENGELBERTVS possedit: qui an. 1473. Eques Velleris aurei creatus, an. 1504. obiit, Bredæ conditus, non relicta sobole ex Lutgarde, Caroli Marchionis Badensis filia. Scripsitque heredem Ioannem fratrem suum, seu eius filium Henricum. Idem Engelbertus II. Guilielmo Duci Iuliacensi Millam, Ganglam & Vuchtam cessit, & pro ijs Distemium, Sichenas, Collem asperum & Vicecomitatum Antuerpiensem accepit.

XIV. Ioannes, Engelberti frater & heres, an. 1516. moriens liberos reliquit Henricum, Guilielmum, Elizabetham & Mariam. Ex his *Henricus* Renatum Principem Arausionensem sine liberis defunctum, *Guilielmus* Guilielmum Delfis an. 1584. cæsum & Ioannem, Guilielmus Philippum, Mauritium & Henricum, Ioannes Ioannem, Ioannis Nassauij, Equitis Velleris aurei, patrem genuit.

Stemma

Stemma Arnulfi seu Arnoldi Grimbergæ pro parte Domini, qui fuit Gerardi Grimbergani & Mathildis Ninouianæ filius alter.

ARNVLFVS Grimbergæ pro parte Dominus, frater Gerardi cuius stemma iam explicuimus, annis 1188.1197.1198.1204.1211.1214. floruit: vt ex variis diplomatibus didici. Duxit Sophiam, (posteà nuptam Leonio Castellano Bruxellensi) & ex ea Arnulfum seu Arnoldum, Arnulfus Odam sustulit. Oda an. 1236. Grimbergæ pro parte Domina primùm Waltero de A, Domino de Pollaer prope Niniuen, pòst Sigero de Gandauo nupsit.

Odæ ex Leonio filio nepos Gerardus de A duxit Annam, filiâ Geldolfi de Bruges aliàs de Gruthuse. Gerardi filius Gerardus de A tabulas Cortebergenses an. 1312. signauit & Leoniũ, Leonius Ioannem an. 1350. celebrem genuit. Ioannis filia & heres Ioanna de A Henrico de Bautersem, Domino Bergarũ ad Zomam, & Ioannæ filia Ioanna Bautersemia Ioanni de Brabantia aliàs de Glimes (Ioannis II Brabantiæ Ducis filio naturali, sed an. 1344. per Lud. Bauarum legitimato) an. 1418. nupsit: vt ex Emundi Dinteri manuscriptis Brabantiæ Chronicis, & ex vetustis Curiæ feudalis Brabantinæ codicibus constat.

Ioannes Ioannem Labeonem, Bergi-Zomij ac Walhemi Dominum, & Philippum Grimbergæ pro parte Dominum procreauit. Philippus Iacobum, Iacobus Georgium, Georgius Ferricum, Ferricus Iacobum, Guilielmum primò Antuerpiensem pòst Cameracensem Antistitem, Gerardum Stabrouci Dominum, & Ferricum; Gerardus Godefridum, primum Grimbergæ Comitem à Philippo IV. Hisp. Rege creatum, genuit.

CAPVT

CAPVT CLXXXIV.

Ioannes Montis Mirelli seu Mirabilis & Oisiaci Dominus, eiusq; vxor ac liberi, Cantipratensem Abbatiam dotant, 1202.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, ego Ioannes Montis Mirabilis & Oisiaci Dominus, Cameracensis Castellanus, & * *Heluidis* vxor mea, notum facimus præsentibus & futuris, quòd assensu liberorum nostrorum, videlicet *VVillelmi & Ioannis* filiorum nostrorum, & *Elisabeth* filiæ nostræ, donauimus in perpetuam eleëmosynam ecclesiæ B. Mariæ de Cantiprato.... Huic autem donationi adfuerunt Benaudus de Vergeriis, Gerardus de Castellione, Ioanne de Valle-campi, Simon de Fontenelle, Iuo Liuuandres, Willelmus de Vileres, Nicolaus de Buxiaco. Actum anno millesimo ducentesimo secundo, mense Martio.

* *al. Helisa.*

1202.



Vniuer-

Vniuersis præsentes litteras inspecturis E. Conchiachi, Montis-Mirelli & Oisiaci Dominus, salutem in Domino Nouerit vniuersitas vestra, quòd nos volumus & concedimus, quòd dilecta nostra ecclesia de Cantiprato habeat & possideat in perpetuum viginti arpenta nemoris, quæ quondam carissimus auunculus meus bonæ memoriæ dominus MATTHÆVS Montis-Mirelli & Oisiaci Dominus... Datum anno millesimo ducentesimo sexagesimo quarto, mense Martio. 1264.

Balduinus Comes Gisnensis monasterio Andrensi beneficia præstat an. 1202.

Ego Balduinus Comes Gisnensis notum facio, quòd Iterius Abbas & ecclesia Andrensis inuadiauit ab Hugone de Sauuinghem terram, quam habebat apud Mas iuxta curtem eorum. Dedit siquidem eadem ecclesia prædicto Hugoni decem libras publicæ monetæ, vt eamdem terram habeat & sicut suam possideat, quò ad vsque memoratum argentum recipiat. Actum anno M.CC.II. Super hoc testes sunt, Willelmus frater meus, Baldeuinus filius meus, Guffridus filius meus, Balduinus filius meus, Gusfridus filius meus, Balduinus filius Willelmi fratris mei, Willelmus frater Tareuoleuel, Rolandus, Henricus Falconarius, & multi alij. 1202.

Ego Balduinus Comes Gisnensis notum facio, quòd ad preces domini Iterij Abbatis Andrensis immunes dimisi & quietos omnes mansionarios sub eo manentes circa ecclesiam Andrensem; ne ijdem mansionarij de cetero gallinas aut alias consuetudines reddant, quas famuli mei, quasi sub nomine meo, annis singulis accipere solebant. Huic autem concessioni Arnulfus de Gisnes, Castellanus de Borburg, filius meus, assensum præbuit, & præsenti chartulæ sigillum suum vnà mecum apposuit. Actum extra Ardeam, anno M.CC.III. coram his testibus, Ægidio de Loressa filio meo, Eustachio de Campaniis, Radulpho de Cochoue, Baldeuino de Bauelingem, Petro de Bauelingem, & multis aliis. 1203.

Henricus I. Loth. & Brab. Dux Antuerpiensium Canonicorum dotem auget, an. 1202.

Henricus, Dei gratia Dux Lotharingiæ & Marchio Romani Imperij, tam futuris quàm præsentibus in perpetuum. Notum sit omnibus quòd Antonius & fratres sui, videlicet Willelmus, Henricus, Arnoldus, milites de Bunsceke, duos manipulos decimæ in *Millengem.* & XIV. bunaria allodij, quod in eadem villa hereditario iure possederant, in manus nostras, ad vsus Canonicorum ecclesię S. Mariæ in Antwerpia, more nobilium liberè & absolutè resignauerunt: & nos eadem bona Canonicis prædictæ ecclesiæ in perpetuum possidenda, sub testimonio nobilium virorum, contulimus. Testium nomina hæc sunt, Godefridus de Scoten, Arnoldus de Grimbergis, Walterus Bertholt de Grimbergis, Arnoldus & Gerardus fratres de Diest, Lambertus de Rumpsdorpe, Henricus de Rikestelle, Nicolaus de Ranst, Willelmus de Craihem, Arnoldus Drossate de Rotselar, Arnoldus de We-
1202. semale, Nicolaus de Sant. Actum anno millesimo ducentesimo secundo.

Pacta inter Brabantos & Colonienses an. 1193. *&* 1203.

Bruno, Dei gratia Colonienſis Archiepiſcopus, notum facimus vniuerſis, quòd nos & priores noſtri, tam liberi quàm Miniſteriales, nec non & ciues, cum Henrico illuſtri Lotharingiæ Duce & hominibus eius veram amicitiam & perpetuum fœdus contraximus: ita videlicet vt in omnibus noſtris iuſtitiis contra omnẽ hominem ad inuicem nobis fideliter aſſiſtamus, & ſi neceſſitas ingrueret, promptum mutuò nobis ferre debeamus auxilium. Nos autem, ne hæc obliuione deleri poſſent, hanc paginam conſcribi, & tam noſtro quàm B. Petri ſigillo iuſſimus communiri; ita videlicet vt vnum ſcriptũ in B. Petri armario Colonienſi, alterum verò in eccleſia Louanienſi reponatur. Acta ſunt
1193. hæc anno M.CXCIII. pontificatus noſtri anno II.

ADOLFVS ſanctæ Colonienſis eccleſiæ Archiepiſcopus notum facimus, quòd ab antiquo inter eccleſiam Colonienſem & Archiepiſcopum

pum ex vna parte, & Ducem Lotharingiæ & terram ſuam ex altera parte confœderata eſt dilectio & confirmata confœderatio. Placuit igitur nobis & Duci Henrico conſanguineo noſtro iſtam dilectionis confœderationem innouare, & perpetua firmitate corroborare. Huius rei teſtes ſunt, Engelbertus maior Præpoſitus, Vdo maior Decanus, Gerardus Sanctenſis Præpoſitus, Bruno Bonnenſis Præpoſitus, Theodoricus Præpoſitus S. Cuniberti, Theodoricus Præpoſitus S. Andreæ, Theodoricus Præpoſitus S. Gereonis, Theodoricus Præpoſitus SS. Apoſtolorum, magiſter Oliuerius, Bruno de Benſchem, Godefridus Notarius, Otto Comes Gelrenſis, Puer de Cliuo, Guilielmus Comes Iuliacenſis, Henricus Comes de Seyne, Gerardus Comes de Are, Lotharius Comes de Hoeſtade, Henricus Comes de Keſſele, Adulphus Comes de Monte, Arnoldus Comes de Altena, Arnoldus Comes de Mercka, Godefridus Comes de Arneberch, Henricus Comes Tecleburch, Otto de Wickerode, Euerardus de Arberch, Rutgerus de Merehem, Giſelbertus de Breme, Rutgerus Stanule, Hermannus Aduocatus Colonienſis, Henricus de Volunſtene, Henricus de Axphain, Hermannus de Aluetre, Otto Camerarius, Henricus de Renſchem, Henricus de Vuchtrich, Theodoricus de Erenpoorte, & alij quàm plures. Acta ſunt hæc anno M.CC.III. 1203.

Pacta inter Henricum I. Brabantiæ Ducem & Othonem Gelriæ Comitem an. 1202. & 1203.

Notum ſit omnibus, quòd cum exorta eſſet diſcordia inter Henricum Ducem Lotharingiæ & Othonem Comitem Gelriæ, ſuum hominem ligium, ſuper eo quòd idem Comes ei debitum ſæpiùs negauerit ſeruitium, tale inter eos pacis reformatæ interceſſit pactum. Quòd ſi Dux memoratum Comitem ad ſuum aliquando inuitauerit ſeruitium, & Comes ei non obtemperauerit, vel fideliter, ſicut homo ſuus ligius, non ſeruierit, ipſe Comes ſua ſpontanea voluntate elegit, quòd omnia bona, quæ à domino Duce in feudum tenet, in ſua ſint poteſtate, vt ipſe Dux de bonis illis pro ſua diſponat voluntate. Hæc autem facta ſunt, præſente Rege Othone, Guidone Apoſtolicæ Sedis Legato, Adulpho Colonienſi Archiepiſcopo. Huius rei etiam ſunt

testes, Henricus Dux de Limburgis, Gerardus Comes de Are, Adolphus Comes de Monte, Henricus de Wassenberch, Raso de Gauera, Arnoldus de Wesemale, Castellanus de Bruxella, Rutgerus de Merehem, Theodoricus de Milhem, Reinerus de Tyge, Sibertus Svveuus, Arnoldus Senescallus de Rotselare, Gosuinus de Heuerle.

1202. Acta sunt hæc Traiecti supra Mosam, anno M.CC.II.

Notum sit tam futuris quàm præsentibus, quòd talis interuenit forma compositionis inter Henricum Ducem Lotharingiæ & Othonem Comitem Gelriæ, quòd Comes renuntiauit omni iuri, quod se dicebat habere in * *Meghem*. Additum est etiam quod burgenses de Silua iuxta *Orten* per totam terram Comitis Gelriæ liberi erunt à teloneo omni. Burgenses quoque de *Tiele* gaudebunt eodem iure. Insuper Comes Gelriæ iurauit, quòd Duci & heredibus suis de cetero tamquã suus homo ligius fideliter seruiet. Vt autem hæc rata teneantur, sigillorum appositione tam Ducis quàm Comitis sunt roborata, testibus & iuratis his Nobilibus. Henricus Comes de Kessele, Rogerus de Merheim, Engelbertus de Horne, Theodoricus de Horne, Theodoricus Aduocatus de Hechte, Theodoricus frater suus, Wilhelmus Molsen, Theodoricus de Altena, Alardus de Driele, Walterus Spering, Gerardus de Wischem, Lambertus de Monte, Henricus de Bruele, Egbertus de Molsen, Arnoldus de Orthen, Theodoricus de Alphen.

pag. 434. & 480.

Nomina Ministerialium iuratorum. Engelbertus de O, Franco de Houthem, Theodoricus de Rurẽmonde, Reinerus de Tregele, Gerardus de Straele, Godefridus Grontuar, Theodoricus Gruntere, Wilhelmus Roble, Stephanus de Pluniste, Theodoricus Hastaert, Reinerus Castellanus de Huleken, Christianus & Rodolphus de Armen, Theodoricus frater Comitis, Arnoldus de Arhem, Selinuch Stelix. Acta sunt hæc apud Louanium anno M.CC.III.

1203.

CAPVT

CAPVT CLXXXV.

Carolus Bonus Flandriæ Comes, Balduinus & Euſtachius Flandriæ Camerarij, & alij dotant Aldeburgenſem Abbatiam.

EGo Karolus Dei gratia Flandriæ Comes notum eſſe cupio, quòd propter remedium animæ domini *Balduini* Comitis anteceſſoris mei beato Petro Apoſtolo & Hariulpho Abbati & monachis ad locum * Aldenburgenſem condonaui duas partes decimæ, id eſt, duas garbas totius ſolitudinis ſeu deſerti, quod Teutonicè vocatur *Vtfanc* vel woſtinia in parochia de Erninghem, & ex Ichtenghem, & de Cocalara & de Bouenkarca vſque in confinium de Flardello, exceptis illis partibus quę ante mortem domini *Roberti* auunculi mei fuerunt in culturam redactæ. Quidquid verò huius deſerti vel ſolitudinis à die mortis præfati Comitis Roberti excultum eſt vel excoletur, prout Comes Balduinus anteceſſor meus condonauerat * *Guillelmo Maleto*, ipſam eamdem decimam liberam ab omni meo vel meorum ſucceſſorũ iure tradidi in eleëmoſynam Abbati & fratribus cœnobij S. Petri Aldenburgenſis; præfato Willelmo idipſum flagitante, qui vt hoc fieri vellet tam propria ſtrenuitate quàm coniugis ſuæ *Liſmoth* deuotione concepit: quatenus monachi pro ſalute noſtra & ipſius Guillelmi ac coniugis eius Liſinoth, atque pro requie animarum glorioſorum Principum, *Roberti* ſcilicet apud Atrebas quieſcentis & filij eius *Balduini*, in flore iuuentutis & ſtrenuitatis eximiæ, proh dolor, tam citò defuncti, XV. Kal. Iulij, Dei miſericordiam inceſſanter implorent. Actum Brugis anno M.C.XIX.XVI. Kal. Auguſti, Rege Francorum Ludouico, filio Philippi, regnante. pag. 334. & 447. pag. 447.

EGO WALTERVS de Heines, Aduocatus eccleſiæ S. Petri in Aldenborch, omnia quæ à patre meo *Conone* atque patruo meo *VValtero*, pro remedio peccatorum ſuorum, ſub hereditario cenſu & perpetuo, præfatæ eccleſiæ ſunt donata, diuini amoris ſpiritu afflatus, ſimili modo quo illi fratribus ibidem Chriſto militantibus, per manum Theodorici Flandriæ Comitis, liberè contradidi. Actum anno M.C.LI. 1151.

BALDVINVS Flandriæ Camerarius vniuerſis fidelibus in perpetuũ.

Nouerit vniuersa posteritas, quòd ego terram illam, quam in parochia de VVestenda de Comite Flandriæ tenebam in feodo, quam & ecclesia S. Petri de Aldenborgh sub annuo censu XXV. librarum cum releuio sub meo nomine possidebat, Comiti Baldeuino coram Baronibus & hominibus suis reddidi & guerpiui, & *Katerinam* vxorem meam & *Huvvemum*, & *Gerardum* fratres meos, qui aliquid iuris in eadem terra in posterũ videbantur habituri, similiter guerpire feci, & ipse Comes ipsam terram cum omnibus appendiciis suis, & si quid alluuione maris accreuerit, in eleëmosynam ecclesiæ iam dictæ contulit. Vt autem donatio ista rata permaneat, litteris eam mandari & sigillorum tam mei quàm soceri mei *Gerardi* Castellani de Aldenborgh impressione, cum testium subscriptione, muniri necessarium duxi. Signum Balduini de VVouma, S. Lamberti & Gosuini de Sedelghem, S. Danielis Kemel,
1201. S. Balduini de Slipes. Actum in territorio Brugensi anno M.CC.I.

EGO BALDVINVS Flandriæ & Hannoniæ Comes posteris præsenti scripto insinuare curaui, quòd Baldeuinus Flandriæ Cubicularius terram illam, quam in parochia de VVestenda de me tenebat in feodo, mihi liberam reddidit & guerpiuit, & *Katerinam* vxorem suam, & Huvvemum & Gerardum fratres suos, cum *Aalit* vxore sua, similiter guerpire fecit. Cùm igitur præfatam terram ita in manu mea haberem resignatam, ego in eleëmosynam præfatæ S. Petri ecclesię contuli. Signum Gerardi Brugensis Præpositi, Flandriæ Cancellarij, S. Balduini Comitis de Ghisana, S. VVillemini Castellani, S. Audomari, S. Arnulphi de Arden, S. Balduini de Praat, S. VVillemini Notarij, S. Gerardi de Rumschura, S. Reineri de Postkerca. Actum Brugis anno
1201. M.CC.II. mense Martio.

EGO I. de Nigelle Castellanus de Brugis, & M. de Harnes Flandriæ Iustitiarius, vniuersis notum esse volumus, quòd Igramnus, filius Ingramni de Erneghem, ecclesiam S. Petri de Aldenborg ab omni vexatione & quẽrela, quam habuit erga ipsam pro decima de Erneghem, coram nobis & multis aliis liberam & quitam dimisit. Ne ergo res ista solemniter facta per obliuionẽ sui rediuiuæ contentionis pariat scrupulum, scripto mandari & sigillis nostris eam fecimus communiri. Testes, Bernardus de Rosbais, VVillelmus VVart, Iustitiarius Comitis, Boudelin de Morkerca, Hugo filius Mariæ, Iordanus Buc, Rolin Bos.
1209. Actum anno M.CC.IX. mense Iulio, Brugis.

EGO

EGO EVSTACIVS Flandriæ Camerarius & Scoutetus de Oudenburgh vniuersis Christi fidelibus in Domino salutem. Quoniam ecclesia S. Petri de Oudenburgh sub mea constituta dignoscitur aduocatia, iustissimè teneor eam præ ceteris fouere & ampliare. Inde est quòd ego in parochia de Westende anguillarum positionem in Isara extra fluſam iacentem, & ad aquæductum mei * officij pertinentem, dictæ ecclesiæ S.Petri de Oudenburgh in eleëmosynam contuli. Vt autem hæc donatio solenniter facta, & à domino Waltero Tornacensi Episcopo confirmata, stabilis permaneat, præsentes litteras sigilli mei impressione & testium qui interfuerunt subnotatione muniui. Signum Walteri & Iacobi presbyterorum de Oudenborgh, S. VVillardi clerici, S. VVillelmi VValghetlinc, S. Gerardi fratris mei, de cuius consensu donationem feci, S. Hostonis auunculi mei, militum. Actum anno M.CC.XXIV. 1224.

Camerlincx ambacht.

VNIVERSIS præsentes litteras visuris vel audituris *Eustachius* Camerarius Flandriæ, & Scoutetus de Oudenborgh, æternã in Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra, quòd cùm controuersia orta esset inter me ex vna parte, & ecclesiam S. Petri eiusdem loci ex altera, super positionibus anguillarum sitis siue iacentibus in officio meo de Sclipis, quas dicta ecclesia dicebat nobilem virum Eustachium quondam Camerarium Flandriæ, patruum meum, ipsi ecclesiæ in eleëmosynam contulisse; tandem ego Camerarius ex vna parte, Abbas & fratres dictæ ecclesię ex altera, comparuimus Brugis in Vircharnia corã domino Guidone Comite Flandriæ super dicta cõtrouersia. Dicti verò Abbas & fratres proposuerunt ibi coram prædicto Comite priuilegium dicti Eustachij patrui mei. Quo inspecto, ego recognoui coram dicto Comite & recognosco me nihil iuris habere in præfatis positionibus anguillarum. Signum prædicti Comitis Flandriæ, S. Roberti Senescaldi, S. Balduini de Balliolo, S. Michaëlis de Lembeca, S. VValteri de Gandauo, S. VValteri Grote, militum, S. Balduini filij Refini, militis, tunc temporis Balliui Brugensis, & multorum aliorum. Actum in Vircharnia Brugensi anno Domini M. CC. LXI. Sabbato post Iacobi & Christophori. 1261.

Henricus

Henricus I. Brab. Dux, eiusq; coniux Machtildis, an. 1201. in silua Sonia prope Bruxellam fundant Cameram, monialium ord. Cistertiensis Abbatiam.

Ego Henricus Dei gratia Dux Lotharingiæ, assensu dilectæ consortis meæ Machtildis Ducissæ, contuli religiosæ sorori Gisle locum iuxta Bruxellam qui vocatur *Pennebeke*, ad construendum inibi cœnobium sanctimonialium, in honore Dei & beatæ virginis Mariæ. Contuli etiam eidem sorori iuxta prædictum locum tres mansos terræ incultæ & nemoris de meo proprio, ab omni iure sæculari liberrimos, & parté meam decimæ de *Russebroech* & viginti bonaria terræ, cum censu quem prædicta Gisla emit à VValtero Kibus. Quod vt ratum habeatur, præsentem paginam sigilli nostri impressione signauimus, & testium subscriptione muniuimus: quorum ista sunt nomina; Sigerus Archidiaconus, magister Michaël, Arnoldus Notarius, Godefridus Castel-
1201. lanus. Actum anno M.CC.I.

IOANNES Dei gratia Cameracensis Episcopus dilectis in Christo
f. Gisle. filiabus, Gertrudi Abbatissæ & monialibus de Pennebeke, obseruantiam ord. Cistertiensis professis, in perpetuum. Deuotionis vestræ precibus grato concurrentes assensu, locum ipsum in quo secundùm institutæ beati Benedicti professionem Cistertiensis ordinis, diuino mancipatæ estis obsequio, sub Dei genitricis Mariæ, nostra & successorum nostrorum protectione suscipimus; statuentes vt bona quæ vobis ab illustri viro Henrico Duce Lotharingiæ, cum assensu sereniss-
mæ consortis suæ Machtildis Ducissæ, collata sunt, siue quæcumque poteritis adipisci, firma vobis & posteris illibata permaneant neces-
1201. sitatibus vestri collegij profutura. Actum anno gratiæ M.CC.II.

CAPVT

CAPVT CLXXXVI.

Guilielmus, Balduini Imp. CP. patruus, illius nomine Hannoniam regens, benefacit Abbatiæ S. Dionysij, an. 1203.

EGo VVillelmus, domini Comitis Flandriæ & Hannoniæ patruus, & eius vicem in Comitatu Haynoensi gerens potestatiuâ, notum facio vniuersis, quòd Clementia de Houdeng, in curia domini mei Comitis & in præsentia mea constituta, totum allodium suum quod in potestate & territorio de Houdeng, & in potestate & territorio de Goignies habebat, * ecclesiæ S. Dionysij in Brocqueroia, tam per se quàm per Aduocatum sibi ad hoc electum, in eleëmosynam contulit, sub testimonio virorum nobilium & aliorũ domini mei Comitis Flandriæ & Hannoniæ fidelium hominũ. Testes, Arnulfus Decanus Tornacensis ecclesiæ, Rogerus de Condato... Actum Montibus M.CC.III. dum dominus Comes Flandrię & Hannonię pro honore Domini nostri Iesu Christi peregrinabatur. *pag 209. 1203.

Guilielmus Dominus de Fielnes, eiusq; frater Thomas benefaciunt monasterio Andrensi, an. 1203.

Ego VVillelmus, filius Ingelramni, Dominus de Fielnes, notum facio omnibus, quòd cappam, quam pater meus dudum appretiauerat ad XVI. solidos sibi ab Andrensis Ecclesiæ eleëmosynario annuatim in festo S. Michaëlis soluendos, postmodum iter Ierosolymitanum arripiens pro prædicto censu annuatim redimi statuit, & nihil Andrenensem ecclesiam amplius quàm hos XVI. solidos pro cappa debere recognouit. Ego igitur patri succedens, pro cappa V. solidos Sterlingorum annuatim mihi dari constitui, in Natali Domini, assensu domini Abbatis Iterij & totius Capituli. Actum anno M.CC.III. apud Fiel- 1203.
nes, Kalendis Ianuarij, concedente vxore mea *Agnete*, & filio meo *Ingelramno*, qui hoc per Aduocatum concessit, audientibus & videntibus, Radulfo de Fielnes patruo meo, VVillelmo de Contes, Arnulfo. *Fiennes.*

de Hesdingnol, Ioanne de Cubbingecum, Ioanne de Tingri, Eustachio de Cotes, Ægidio de Motiers, militibus.

Ego Thomas, frater domini VVillelmi de Fielnes, notum fieri volo, me dedisse Andrensi ecclesiæ in eleëmosynam, vnum polkinum frumenti, ad mensuram Boloniæ, apud Neeuilre singulis annis accipiendum. Hoc autem feci de assensu prædicti domini & fratris mei Willelmi, à quo inter alia bona eumdem polkinum tenebam in feodum. Actum apud Fielnes, die qua versus terram Ierosolymitanam
1207. iter arripui, anno M. CC. VII. Testes sunt, Walterus Abbas de Bello loco, Robertus Canonicus eius, Arnulphus de Hesdingnol, Ioannes de Tingri, Willelmus de Contes, milites, Pares mei, & alij multi.

Theobaldus I. *Barri & Luxeburgi Comes opidi S. Theobaldi incolis an.* 1203. *dat varia priuilegia.*

Ego Theobaldus Comes Barri & Luceburgi omnibus manentibus & mansuris apud S. Theobaldum sub Bormonte hanc contuli libertatem; quòd quicumque ibidem manere voluerit introitum quinque solidorum Pruuinensium ministro meo persoluat, & quinque solidos de reditu annuatim....Omnes autem præscriptas libertates in perpetuum obseruandas filius meus *Henricus* iurauit, & homines mei pro me ipso & à me firmiter tenendas & conseruandas iurauerunt, videlicet Iofridus de Dauilleyo, Lebaudus de Beffremonte, Walterus Aduocatus Bormontis, Petrus de Bormont, Arardus de Chastenoy, & alij homines mei de Castellania Bormontis. Actum anno
1203. M. CC. III. mense Aprili.

Notatio de Comitibus & Ducibus Barrensibus.

Ludouicus I. Comes de Montbeliard. an. 1030. & 1044. vixit; de quo sic Herm. Contractus in Chronico. Anno 1044. Ludouicus Comes Reginoldum Principem, Reginæ Agnetis auunculum, sed Regi Henrico inimicum, dum quoddam castellum eius, quod Mons-pilligardæ dicitur, magna cum manu expugnare pararet, cum parua militū suorum

suorum copia pugnam iniens, vicit. Vxorem habuit * *Sophiam*, Frederici II. Lotharingiæ Mosellanæ Ducis filiam, & ex ea genuit Theodericum, Fredericum, & Beatricem: vt ex ea Genealogia S. Arnulfi & Bertoldi Constantiensis Chronico ad an. 1091. constat. *pag.* 252.

THEODERICVS I. Ludouici filius, Comes de Montbeliard an. 1074. & Comes de * Monsson & Bar, an. 1093. floruit. De eo sic Guillimannus in Historia Episcoporum Argentinensium. Anno 1074. condere cœpit Theodericus Comes Montis Bellicardi monasterium S. Walburgis, ordinis D. Benedicti, in Alsatia. Theodericus ex *Hermentrude*, Guilielmi II. Burgundiæ Comitis filia, supra pag. 47. memorata, genuit filios quinque, Ludouicum II. Comité de Montbeliard, Theoderici II. patrem, Rainaldum I. Comitem de Monsson & Bar, Fredericum, Guilielmum & Stephanum Metensem Episcopum an. 1164. defunctum. Cetera Ludouicus II. anno 1097. obsidioni vrbis Niceæ interfuit; vt Tyrius & Albertus Aquensis testantur: Ludouicus de Monzons mirabilis in opere militari, filius Comitis Dirici de Montbiliart (sic enim legendum, non Monthiliart) Dudo de Cons rufus capite, bello doctissimus, Gozelo... iuxta prædictorum papiliones tabernacula collocauerunt. Eiusdem Ludouici fit mentio apud VVasseburgium in diplomate Mathildis Comitissæ an. 1096. scripto in fauorem monasterij S. Petri de Monte, & apud Ægidium Royam in Annalibus Belgicis in gestis anni 1096. vbi corruptè vocatur Ludouicus de Morona. *Ponta-Mouson.* II.

RAINALDVS I. Comes de Monsson & Bar, Theoderici I. filius, sustulit Rainaldum II. & Theodericum Metensem Episcopum. Idem Bullonienſe castrũ an. 1134. occupauit, & vsque ad annum 1140. tenuit, obiitque an. 1149. III.

RAINALDVS II. Comes de Monsson & Bar ex filia Comitis Campaniæ genuit Henricum I. Comitem de Bar, an. 1193. sine liberis defunctum, Theobaldum I. Rainaldum Carnotensem Episcopum, & N. filiam Comiti Salmensi nuptam, matrem Henrici Comitis Salmensis: vt scriptor Triumphi S. Lamberti apud Chapeauillium cap. 19. tradit. IV.

THEOBALDVS I. Comes de Monsson & Bar ex *Laureta* Comitis Losſensis filia genuit Henricum II. Comitem Barrensem, & Thomas-cetam Frederico Lotharingiæ Mosellanæ Duci nuptam. Obiit Theo- V.

baldus an. 1214. in Terra sancta, qui & Comes Luxeburgi fuit ex parte vxoris Ermentindæ, Henrici Cæci filiæ: prolem tamen ex ea non sustulit. Genealogiam S. Arnulfi consule.

VI. HENRICVS II. Comes Barrensis, Theobaldi I. filius, in prælio Bouinensi an. 1214. pro Philippo Augusto Francorũ Rege contra Othonem IV. Cæsarem stetit. Anno 1239. cum Theobaldo Rege Nauarræ & Comite Campaniæ, Hugone Duce Burgundiæ, Petro Comite Britanniæ in Syriam abijt, & eodem anno ad Gazam pèrijt: vt Sanutus lib. 3. parte 11. cap. 15. narrat. Vxorem habuit N. filiam secundò genitam Roberti Comitis de Dreux.

VII. THEOBALDVS II. Henrici II. filius an. 1292. obijt. Duas habuit coniuges, quarum prior N. soror Guidonis Flandriæ Comitis sine prole obijt. Ex altera *Ioanna*, quæ fuit soror Domini de Toucy, genuit filios quinque Henricum, Ioannem, Theobaldum, Rainaldum & Petrum, & filias tres. Ex his Theobaldus Leodiensis an. 1303. Rainaldus Metensis an. 1302. Episcopus electus fuit. Petrus autem Dominus de Pierrefort filium habuit Hugonem, an. 1352. Virdunensem Episcopum nominatum.

VIII. HENRICVS III. Theobaldi II. filius *Eleonoram* Eduardi Angliæ Regis filiam duxit, & ex ea sustulit Eduardum & Ioannam Comitissam de Varennes.

IX. EDVARDVS I. Henricus III. filius an. 1312. cum Abbate Belli loci in Argonna, ord. Cluniacensis in d. Virdunensi, super quibusdam rebus controuersis transegit; collegium VI. Canonicorum in honorem S. Georgij in templo S. Catharinæ de *Brisy* an. 1331. fundauit, & an. 1336. obijt.

X. HENRICVS IV. Eduardi I. filius ex *Iolenta* Flandrensi genuit Eduardum II. Comitem Barrensem sine liberis defunctum, & Robertum I. Ducem Barrensem.

XI. ROBERTVS, Henrici IV. filius, ex Comite Dux primus Barrensis an. 1357. creatus, ex *Maria* Ioannis Francorum Regis filia sustulit Henricum & Philippum, qui in bello Hungarico contra Turcas perierunt, Eduardum III. Ludouicum Cardinalem, Ioannem, omnes sine liberis defunctos; Iolentam Ioanni I. Aragoniæ Regi, & N. filiam Comiti S. Pauli, nuptas. Decessit an. 1411. cui in Ducatu Barrensi & Castellania Casletensi filius EDVARDVS III. anno 1415. & huic frater LVDOVI-

CVS

cvs Cardinalis succeſſit. Ludouicus porrò ſuæ ſtirpis poſtremus Ducatum Barrenſem & Marchionatum Muſſipontanum Renato Andegauenſi, Guiſiæ Comiti, pòſt Siciliæ Regi, dono dedit, tabulis an. 1419. die 13. Auguſti in opido S. Michaëlis ſcriptis; obijtque an. 1430.

IOLENTA, Roberti I. filia, ex *Ioanne* I. Aragoniæ Rege Iolentam II. genuit. IOLENTA II. nupſit Ludouico II. Andegauenſi, Siciliæ Regi, & an. 1420. deceſſit. RENATVS Andegauenſis, Ludouici II. & Iolentæ II. filius, Dux Barrenſis, ac demum Rex Siciliæ, Iolentam III. procreauit. IOLENTA III. Duciſſa Barrenſis ex *Frederico* II. Comite Vademontano genuit Renatum.

RENATVS II. Dux Lotharingię & Barri Carolũ Audacem ad Nanceium 1477. vicit, & an. 1505. aut 1508. deceſſit. *Antonius* Renati II. & Philippæ Gelrenſis filius an. 1544. *Franciſcus*, Antonij & Renatæ Borbonię filius, an. 1545. obierunt. *Carolus*, Franciſci & Chriſtiernæ Danæ filius, an. 1608. deceſſit, & filios reliquit Henricum III. Loth. & Barri Ducem, Carolum Cardinalem, & Franciſcum Comitem Vademontanum. *Henricus* an. 1624. moriens duas reliquit filias, Nicoleam & Claudiam. *Carolus*, Franciſci Vademontani filius, duxit Nicoleam.

CAPVT CLXXXVII.

Adam Dominus de VVaulaincourt beneſacit cœnobio Cantipratenſi.

EGO ADAM, Dominus de VVaulaincort, notum facio tam præſentibus quàm futuris, quòd cùm Hugo Former homo meus, in extremis laborans, eccleſiæ B. Mariæ de pratis quattuor modiatas..... Signum Goberti de Vaucellis, & Hugonis S. Autberti Cameracenſis, Abbatum, S. VValteri de Bethencort, VValteri de Vieſlir, Ioannis Creton, Theodorici de Douci, militum & hominum meorum, S. Arnulfi de * Landas, Ioannis de Marcoing, Iacobi de Raillancort, militum. *pag.* 392. *pag.* 349.

Actum anno milleſimo ducenteſimo quarto, menſe Martio. 1204.

OMNIBVS Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum peruenerit, *Adam* Dominus de VVaulaincort salutem. Nouerit vniuersitas vestra, quòd Adam miles de Cauderi homo meus, & vxor eius Elizabeth, possessionem suam de *irues*.... Hæc autem omnia ordinata sunt & recitata, præsentibus & testificantibus, Goberto Abbate de Vaucellis, Hugone Abbate S. Sepulcri, Guidone Cantore B. Mariæ Cameracensis, Roberto Camerario, & Godefrido de Oisy, eiusdem ecclesiæ Canonicis, Balduino Buridam, Simone de Aisemvile, Theoderico de Douci, VValtero de Viellis, Ioanne de Deheries. Datum anno millesimo ducentesimo septimo, mense Aprili. 1207.

Albertus Comes de Muha heredem dicti Comitatus nuncupat ecclesiam Leodicensem, an. 1204.

Innotescat tã futuris quàm præsentibus, quòd Comes Albertus de Muha allodium suum de Muha & de VValeue, cum omnibus appenditiis suis, ad honorem Dei beatæ Dei genitricis Mariæ & beati Lamberti, ecclesiæ Leodicensi contulit liberè & absolutè, tali interueniente compositione, quòd ipse in priori libera & legitima possessione, quamdiu viuet, iam dictum allodium possidebit. Post mortem verò eius, si decedat sine liberis, iure hereditario ad iam dictam ecclesiam Leodiensem liberè & absolutè, cum omni integritate, pertinebit. Actũ anno M.CC.IV. Indictione VII. 1204.

Henricus Imp. GP. fratri suo Philippo Nobili Marchioni Namurcensi varias Reliquias sacras dono mittit an. 1205.

Carissimo fratri suo Philippo Marchioni Namurcensi Henricus frater suus, Imperij Romani moderator, salutem. Nouerit fraternitas vestra mihi prædilecta, quòd vobis mitto, per magistrum Danielem de Scausinio, clericum nostrum, vas aureum pulchrum & pretiosum, in quo continetur maxima pars de ligno Crucis Domini, in modum crucis auro circumligata & ornata. Mitto etiam vobis de sacrosanctis Reliquiis Imperialis palatij Bucceleonis, videlicet de spinis coronæ

coronæ Domini, de veſte purpurea Ieſu Chriſti, de pannis infantiæ Saluatoris, de linteo quo præcinxit ſe in cœna, de Zona B. Mariæ virginis, de capite B. Pauli & B. Iacobi Minoris. Præterea mitto vobis tres ſamitos & duos annulos, vnum ſmaragdum & alium rubinum. Ad remouendam autem omnem dubietatem ſæpedictarum Reliquiarum, præſentem paginam ſigilli mei munimine vobis tranſmiſi roboratam. Datum Conſtantinopoli anno Domini M.CC V. men- 1205.
ſe Martio.

PHILIPPVS Marchio Namucenſis, Procurator Flandriæ & Hannoniæ, notum facio vniuerſis, quòd Valterus miles de Genapia, fidelibus meus.... Teſtes, Euſtachius Præpoſitus S. Waldetrudis, Gerardus de Iacea, Adam de Hauſsy, Simon de Haurech, VVillelmus de Gommignies, Almanus de Bauay. Actum apud Aimont le Queſnoy, an. 1206.

NOTATIONES.

HENRIGVS] fratri ſuo Balduino Flandriæ & Hannoniæ Comiti in Conſtantinopolitano Imperio ſucceſſit: vt ſuprà pag. 491. 1206. retulit.

GERARDVS,] Dominus * Iaceæ in Gallo-Brabantia, duxit Me- *Iauche.*
liſindem, Guilielmi de Gommignies ſuprà memorati filiam heredem: ex quibus natus eſt Gerardus Dominus de Iauche & Gommignies: de quo infrà ad an. 1240. & 1243.

GVILIELMVS] Dominus de Gommignies (vicus eſt Hannoniæ, Comitatus titulo nunc clarus) fratrem habuit * Adamum de Gom- *pag. 490.*
mignies, celebrem in bello Conſtantinopolitano, apud Vilharduinium.

CAPVT

CAPVT CLXXXVIII.

Henricus I. *Loth. & Brab. Dux an.* 1206. *fundat ac dotat Louanienſem S. Gertrudis Abbatiam.*

SCiat vniuerſitas præſentium & poſterorum, quòd ego Henricus Dei gratia Dux Lotharingiæ, volens amplificare cultum domus Domini, in eccleſia S. Gertrudis in Louanio Canonicos regulares, de ordine & vita regularium inſtitutionis S. Auguſtini, inſtituendos tamquam verus patronus approbaui, conſenſu Præpoſiti & Canonicorum eccleſiæ S. Petri in Louanio, ad quorum ius eccleſia prænominata ſpectabat: qui libero conſenſu eam, ad vſus diuini ſeruitij à præfatis Regularibus ibidem in perpetuum obſeruandi, tradiderunt. Ad prædictorum itaque Regularium ſuſtentationem contuli in eleëmoſynam ſextam partem totius decimæ de *Landen* & Dormala, illam ſcilicet partem, quam Daniel de Crainhem diu tenuit ſibi pignori obligatam, & filius ſuus Ægidius, & vſum lignorum in ſilua mea quæ dicitur *Merdal*, accipiendorum ad neceſſitates eorum, & cum vno plauſtro tantùm, qui vſus in noſtro vulgari Fagus appellatur. Præterea liberam eis confero poteſtatem prædictæ eccleſiæ atrium circumcludere ſepibus vel muro, ſi poſſint, & in eo ipſorum officinas, quæ religioſis competunt, ædificare, ſcilicet Dormitorium & Refectorium, & alia eorum neceſſaria, & poſſeſſiones quas poſſunt iuxta ſe emere eis indulgeo. Ad loci eorum amplificationem ac dilatationem etiam clauſtralis curiæ liberè concedo præfatis Regularibus domiſtationes, cum curtibus earum quæ concluduntur inter plateam, quæ dirigitur verſus eccleſiam S. Petri & Tilam fluuium, & quæ atrio S. Gertrudis continuantur. Actum
1206. anno M.CC.VI.

EGO HENRICVS, Dei gratia Dux Lotharingiæ, notum eſſe volumus, quòd nos tertiam partē decimarum de *Berle* capellæ ſanctæ Dei genitricis Mariæ, ſanctique VVillebrordi de Bercle recognoſcimus, & perpetuò poſſidendam liberè dimiſimus, & has litteras noſtras dictæ capellæ dedimus in teſtimonium ſigilli noſtri munimine robora-
1214. tas. Actum anno Dominicæ incarnationis M.CC.XIV. in vigilia Circum-

cumcisionis Domini, apud Oosterwijck. Hæc eadem recognitio priùs etiam facta fuit eodé anno in festo SS. Cosmæ & Damiani martyrum, præsente viro nobili Galtero de Tilborch; qui similiter eas decimas eidem capellæ in perpetuum liberè dimisit, & recognoscens eidem solenniter resignauit, testibus Arnoldo Dapifero nostro, Arnoldo de Arschot, VVilhelmo de Gestel, Gerardo de Gorle, magistro Renero de Hocgheem, magistro Sigero, Notariis nostris, & Oliuero sacerdote & Inuestito, & multis aliis.

Philippus Nobilis Marchio Namurcensis anno 1207. declarat, non nisi nobiles feminas admittendas esse ad collegium Canonicarum Andennensium.

Philippus Marchio Namucensis vniuersis Christi fidelibus in perpetuum. Cùm omnibus ecclesiis sub mea constitutis protectione, ad auctionem iuris & honoris sui, maiorem tenear adhibere diligentiam, eas tamen ampliore cura & beneficio honorare decreui, quarum fides & deuotio certioribus mihi innotuit argumentis. Inde est quòd ecclesiam Andanensem, quam in iure & honore suo & libertate & antiquis institutionibus volens pleniùs..... tamquam Abbas & Aduocatus, saluis iis quæ antea gesta fuerant, concedo ei & confirmo, quòd nullam amodò in præbendis dominarum in ecclesia illa feminam instituere debeant, quam non constet esse nobilem, & nobilibus ortam parentibus. Nec aliqua suscipiatur in posterum ad præbendam, quæ in aliqua alia ecclesia præbendam habuerit. Datum anno M.CC.VII. mense Augusto. 1207.

Andenne.

Guilielmus Pipenpoy vir nobilis decimas de Hare, prope Bruxellam, donat Canonicis Bruxellensibus, an. 1208.

Vniuersis præsentes litteras inspecturis G. Decanus, totumque Capitulum B. Gudilæ in Bruxella salutem. Nouerit vniuersitas vestra, quòd cùm dominus VVillelmus Pipenpoy ius decimæ quod habebat in Hare in manus nostras nomine eleëmosynæ resignasset, à nobis sup-

plicauit, vt post vitam *Aleidis* vxoris suæ anniuersarium suum in perpetuum faceremus. Nos verò promisimus eidem anniuersarium ipsius Aleidis facere. In anniuersario prædicto fructus decimæ totius præsentibus distribuentur, excepto quòd inde Custodi ecclesiæ quattuor
1208. denarij pro campanis pulsandis conferentur. Actum anno M.CC.VIII. feria sexta post Trinitatem.

CAPVT CLXXXIX.

Henricus I. *Brab. Dux Liranis Canonicis an.* 1209. *&* 1211. *benefacit, & cum Montensi S. VValdetrudis ecclesia super iuribus opidi Herentalensis transigit an.* 1209.

Crayhē. EGo Henricus Dux Lotharingiæ notum facio vniuersis, quòd Wilhelmus de *Crayhenem*, & nepos eius Ægidius, omni iuri, quod dicebant se habere in aggere molendini de *Scintfort*, renuntiauerunt ad opus Canonicorum de Lira, quorum idem est molendinum, & omne ius eisdem recognouerunt, & in altari S. Gummari resignantes tradiderunt. Quod vt ratum permaneat, sigilli mei appositione roborauí, testibus subnotatis, quorũ ista sunt nomina: VValterus Bertoldus, Arnoldus de Dieft, VValterus de Campenholt, Radulphus de Louanio, VVillelmus de Lira, Balduinus de Maesfoert, VVillelmus de Dedelaer, Nicolaus de Sant, Reinerus Notarius, Henricus, Rummundus, Godefridus, & alij tam clerici quàm laici. Actum anno millesimo du-
1209. centesimo nono.

HENRICVS Dux Lotharingiæ.... Notum sit omnibus, quòd fundus ille, in quo molendina nostra Liræ constructa sunt, magistro Heinrico de Lira XII. denarios Antuerpienses singulis annis persoluebat. Nos autem in recompensatione dicti census dedimus ei x. denarios annuatim, quos ipse, nostro consensu, S. Gummaro & Canonicis eius in eleëmosynam contulit. Testes, Reinerus Notarius de Hugardis, VVillelmus, Lidericus, Arnoldus, Brummicus, Hermannus, Heinricus, Amelius, Godescalcus, Scabini. Actum anno millesimo ducente-
1211. simo vndecimo, in ecclesia S. Gummari.

EVSTA-

EVSTATHIVS Præpositus, Havvidis Decana & totum Capitulum S. Waldetrudis in Montibus, vniuersis Christi fidelibus in perpetuũ. Notum vniuersitatis vestræ facimus discretioni, quòd cùm Princeps illustris Henricus Dux Lotharingiæ & Marchio Antuerpiæ in territorio & potestate de *Herentals* burgesiam nouam constrúeret, & nos inde querimonias faceremus, ipse Dux iam dictus, pro sui & coniugis suæ Machtildis animarum remedio, benignè nobiscũ pacem iniit & concordiam. Compositum quidem est de communi consensu, quòd saluis & retentis nobis reditibus nostris & decimis, Villicoque nostro cum Scabinis & iure mansionariorum nostrorum ac hereditariorum, tam in villa Herentals quàm campis, aqua, molendinis & nemoribus, sicut ea tenebamus antequam prædicta burgesia constrúeretur, eadem burgesia tam constructa quàm in posterum construenda, omnesque vastinæ, quæ terræ siluestres dicuntur, totius alodij & potestatis de Herentals ipsi Duci & nobis communes permaneant... Villicus ipsius Ducis, & Villicus noster & Scabini burgesiæ communem Duci & nobis semper tenentur exhibere fidelitatem. De omnibus autem prædictis, quæ infra alodium & potestatem de Herentals sibi retinuit, non liceat sibi aut successori suo aliquid alicui dare aut vendere vel invadiare, seu in feodum aut beneficium vel censum concedere, vel in eleëmosynam conferre, nisi nobis & ecclesiæ S. Waldetrudis; sed ea semper ad manum suam & proprietatem retinere debet is qui Ducatum Lotharingiæ possidebit. In prædictis quippe alta iustitia dicto Duci suisque successoribus tota sine participatione remaneat. Vt hæc autem rata permaneant, sigilli nostri appensione eadem approbamus & confirmamus. Testes, Gillebertus Præpositus S. Germani Montensis, Nicolaus Nacha, Romundus, Wilhelmus Euerain, Walterus Geruasij, Ludouicus & alij Canonici B. Waldetrudis, Machtildis & Agnes de Fontaines, Gela de Hormetis, Maria & Bertha & Iacquelina de Quarigũ, Besela de Louvvis, Petronilla de Ladusa, Aleidis de Goy, Elisabeth & Clarissia de S. Simphoriano, & aliæ dominæ Montensis ecclesiæ. Actũ anno M.CC.IX. mense Octobri. 1209.

Otho IV. *Imp. Niuellenſi eccleſiæ benefacit, an.* 1209.

OTTO diuina fauente clementia Romanorum Rex Auguſtus..... Accedens ad nos fidelis noſtra *Berta*, Niuellenſis Abbatiſſa, flebili querimonia propoſuit quòd... Iuxta priuilegium Frederici Rom. Imperatoris ipſi Abbatiſſæ & eccleſiæ reſtituimus & confirmamus burgum & ipſam villam Niuellenſem, cum mercato, teloneo, moneta ac menſis concambiorum, cum maceria, quæ alio nomine *Grut* appellatur, cum cambis & molendinis, terris cultis & incultis. . Huius rei teſtes ſunt, Euerhardus Salzburgenſis Archiepiſcopus, Ioannes Cameracenſis Epiſcopus, Vulferannus Abbas VViſemburgenſis, Gerardus Præpoſitus de Carpena, Sibodo Præpoſitus S. Adelberti de Aquis, Hermannus & Fredericus Marchiones de Baden, Boppo Comes de Louſe, Rodolphus de Kiſelovve, Henricus de Scarfemb. Conradus de Bobardia, Henricus de Riuere, Reinardus & Ioannes fratres de Lucra, & alij quàm plures. Ego Conradus Spirenſis Epiſcopus, Imperialis aulæ Cancellarius, vice Sifridi Moguntinenſis ſedis Archiepiſcopi & totius Germanię Archicancellarij, recognoui. Acta ſunt hæc
1209. anno M.CC.IX. Indictione XII. regnante Ottone Romanorum Rege. Datum apud Spiram, XVI. Kalendas Iulij.

Nicolaus Dominus de Lalaing prope Duacum Marchianenſi Abbatiæ benefacit, an. 1209.

Ego Nicolaus Dominus de Lalaing, miles, notum fieri volo quòd pro animæ meę & anteceſſorum meorum ſalute quitaui in perpetuum eccleſiæ Marchianenſi omne wienagium, quod exigere vel capere ſolebam de blado & vino & aliis catallis ad eccleſiam pertinentibus; indulgens vt in omni poteſtate mea tam per terram quàm per aquam liberè & abſque vlla tributi exactione res eccleſiæ tranſeant. Quod vt debitam obtineat firmitatem, præſentem paginam noſtri appenſione ſigilli fecimus inſigniri. Ne quis igitur noſtrum hoc perturbare beneficium præſumat, nouerint omnes, quòd in præſentia domini Abbatis

batis Michaëlis & totius conuentus, quidquid iuris habebam in wienagio per cespitem & ramum super altare prædictæ ecclesiæ reddidi, & hoc ipsum coram domino Atrebatensi Episcopo, & domino Petro, & domino Simone Ostreuatensi Archidiacono, & domino Bartholomæo Decano, & multis aliis Canonicis & clericis recognoui. Actum anno M.CC.IX. IV. Kal. Octobris. 1209.

Balduinus Cominy Dominus, eiusq; filius Balduinus Castellanus Arienſis, aliquot seruas donant ecclesiæ S. Petri Insulensis, an. 1209.

Ego Balduinus Dominus de Comines, & filius meus Balduinus iunior Arienſis Castellanus, notum fieri volumus, quòd nos in eleëmosynam dedimus in ecclesia S. Petri de Insula Mabiliam de Ronc & quinque filias eius, Clementiã videlicet, Adelidim, Adelidam, Euam & Idam, & eas ab omni seruitute quitas & liberas clamauimus & immunes. Hæc autem & quidquid de eis exiuit & exiet, in vita eorum vel earum duos denarios annuatim ecclesiæ prædictæ soluere tenentur, in morte verò XII. Actum anno M.CC.IX. 1209.

CAPVT CXC.

Eustachius de Campaniis, vir nobilis, dotat Andrense cœnobium, anno 1206. & 1210.

EGo Eustachius de Campanies notum fieri volo, quòd de di in eleëmosynam Andrensi ecclesiæ XIII. polkinos frumenti de illis decẽ & VII. polkinis quos Andrensis ecclesiæ Eleëmosynarius singulis annis mihi debebat.

Post modicum verò temporis, cum fratribus eiusdem ecclesiæ apud *Fielnes* proficiscens, quod factum fuerat, coram domino Willelmo, à quo præfatam eleëmosynam, cum aliis bonis, in feodum tenueram, & coram Paribus meis recognoui; & vt ipse assensum præberet impetraui. Ipse verò tanquam superior dominus petitioni meæ annuit, & huic scripto sigillum suum apposuit. Actum anno M.CC.VI. mense 1206.

Februario. Testes sunt, dominus Radulfus de Fielnes, Ioannes de Tingri, Ingelramnus de Renningessem, Balduinus de Lo, Adam de Boninges, Balduinus Peleth, Lambertus Pip, qui omnes sunt Pares mei, & multi alij.

EGO Eustachius de Campanies notum fieri volo, quòd dum nuper cruce signatus essem, & multa mala quæ Andrensi ecclesiæ irrogaui mente reuoluerem, compunctus eidem ecclesiæ dedi in eleëmosynam, per manum domini mei Arnulphi Comitis Gisnensis, assensu vxoris meæ *Mathildæ*, concedente filia mea primogenita *Eufemia* per manum domini *Ingelramni* fratris mei, quem suum Aduocatū constitui, quidquid ego vel prædecessores mei solebamus habere apud *Hames*. Andrenses verò monachi quattuor anniuersaria se facturos promiserunt, primum pro patre meo, secundum pro fratre meo *Balduino*, tertium pro vxore mea, quartum pro meipso. Actum est hoc coram domino meo Arnulpho Gisnensi Comite, & coram Paribus meis, Radulphō de Andrens, auunculo meo, Wido de Elembom, Eustachio de Liskes, Daniele de Bauelinghem, Iacobo de Nieles, Ægidio de Loteslā, & multis aliis, anno millesimo ducentesimo decimo, mense Iulio. 1210.

EGO ARNVLPHVS Comes Gisnensis scire volo præsentes & futuros, quòd Eustachius de Campaniis, homo meus, recognouit se dedisse in eleëmosynam ecclesiæ Andrensi quædam iura & consuetudines, quæ apud *Hames* ei & prædecessoribus suis ab antiquo debebantur, pro IV. anniuersariis ibidem faciendis, pro se scilicet & vxore sua *Mathilde*, pro patre suo, & *Balduino* fratre suo. Et quia ipsa eleëmosyna de meo fuerat feodo, rogauit me vt deuotioni suę assensum præberem, & tanquam ecclesiæ Andrensis Aduocatus eamdem eleëmosynam ipsi ecclesiæ vvarantirem. Ego verò precibus eius acquieui. Ipse quoque & prædicta vxor sua, & filia primogenita *Eufemia*, per manū Ingelramni de Campaniis, qui suus est Aduocatus, hanc eleëmosynam liberaliter contulerunt. Facta est autem hæc donatio & hæc mea confirmatio anno M.CC.X. mense Augusto, apud Ardeā, eo tempore quo memoratus Eustachius cruce signatus ad terram Albigensium ire proposuit. 1210.

Philip-

Philippus Nobilis, Marchio Namurcensis, Henrico I. Brabantiæ Duci an. 1209. facit homagium de ditione Aloſtana. Idem an. 1211. auget numerum Canonicorum in Namurcensi S. Albani eccleſia, & an. 1212. nobiles viros à quadam ſeruitute liberat.

Ego Philippus Marchio Namucenſis notum facio vniuerſis, quòd cùm poſt mortem auunculi mei Philippi Comitis Flandriæ, Comitis Haynoenſis, Balduinus pater meus & mater mea Margareta, dicti Philippi ſoror, ratione ſanguinis terram Flandrenſem hereditario iure adepti eſſent, Henricus Dux Lotharingiæ patrem meum & matrem meam ſubmonuit, vt ipſi de terra Aloſt facerent homagium, ſicut ius ſuum exigebat. Prænominati verò pater meus & mater mea, conſentiente eorum filio primogenito Balduino, fratre meo, Conſtantinop. Imperatore, poſtmodum Flandriæ & Hannoniæ Comite, me, qui poſt primogenitum maior natu inter filios eorum exiſtebam, præfato Duci ad ſupradictum faciendum obtulerunt. Ipſe verò Dux de tota terra Aloſt, & de eius appenditiis omnibus & iuſtitiis, quæ protendunt à Ponte Gandaui, qui dicitur Pons Brabantinus, vſque ad Pontem de Aldenarde, me legitimè feudauit; & ego de præfata terra & appendiciis omnibus & iuſtitiis præfato Duci feci homagium ligium. Quod vt ratum permaneat, ſigilli mei appenſione communiui. Datum Lotianij, die Martis ante feſtum S Andreæ Apoſtoli, anno M.CC.IX. 1209.

PHILIPPVS Marchio Namucenſis vniuerſis fidelibus in perpetuum. Nouerit vniuerſitatis veſtræ diſcretio, quòd cùm eccleſiam in Namuco S. Albani martyris inueniſſem aliquantulùm deſertam & quaſi vacuam, ſincera dilectione eam amplectens pluribus eam reſtruxi, tam in altaribus quàm nouo presbyterio, tam campanis quàm campanariis ac Dormitorio, glorioſiſque Sanctorum reliquiis & pretioſis ornamentis honoraui; aſſenſuque domini Hugonis Leodienſis Epiſcopi, à domino Stephano Cantuarienſi Archiepiſcopo, Angliæ Primate, & à domino Bertranno Metenſi Epiſcopo, Dominica qua cantatur, Quaſi modò geniti, anno M.CC.VIII. feci conſecrari, & numerum Canonicorum eiuſdem eccleſiæ, qui erat ſeptemdecim, auxi- 1208.

tribus

tribus præbendis de propriis bonis meis, & refeci numerum plenum
1211. viginti Canonicorum. Actum anno M.CCXI.

Ego Philippus Marchio Namucensis notum facio vniuersis, quòd consuetudines quasdam indecentes, quas contra honorem militarem iniustè vsurpaueram, iniquas esse discernens, statui vt à nullo milite, qui sit de familia vel aduocatione mea, melius mobile (quod quidem melius cathellum dicitur) de cætero accipiatur post eius decessum, nec id ab eius herede pro illo mortuo exigatur. Vt autem hoc habeatur ratum, præsente scripto & sigilli mei appositione confirmaui. Actum
1212. apud Reaton, anno M.CC.XII.

Henricus I. *Brab. Dux Godefrido Bredæ Domino, eiusq; subditis varia priuilegia indulget, an.* 1212.

Henricus Dux Lotharingiæ omnibus notum volumus fieri, quòd hominibus qui teloneum nauium per Strinam & Scaldam à nobis in feudum tenebant, propter violentiã quam transeuntibus inferebant, sententia hominum nostrorum & Parium ipsorum, fecimus abiudicari. Cuius telonei medietatem nobis reseruantes, aliam medietatem dilecto homini nostro ligio *Godefrido* de Breda in rectum feudum contulimus. Similiter & feudum de Stakersloot & Ossendrecht ipsi Godefrido contulimus in feudum. Item quicumque homines Godefridi opida quæ de nouo feceramus intrauerint ad manendum, scilicet Oosterwijck, Arendonc, Herentals, Turnhout, Hoochstraten, si voluerint, ibi semper maneant. Verùm si homines sui ad opida nostra ab antiquo ædificata, Buscum, Sichenen, Liram, Arschot, Antwerpiam, Louanium & his similia caussà manendi transire voluerint, liberè hoc facere poterunt, tali iure quali semper ab antiquo transire solebant. Hæc omnia nos consanguineo & fideli homini nostro ligio Godefrido de Breda & suis heredibus in rectum feudum contulimus. E contrà præfatus Godefridus homagiũ nobis sicut domino suo ligio promisit & iuramento confirmauit, quòd omnibus castris suis, tota terra sua, hominibus & ministerialibus suis, & corpore proprio ipse & heredes sui nobis & heredibus nostris seruient fideliter, contra omnes homines. Et ad huius rei confirmationem omnes terræ suæ milites & militũ

filij,

filij, & XII. villarum homines ducenti & quadraginta ad hoc electi iurauerunt, quòd si fortè idem Godefridus vel eius heredes nobis fideliter non seruierint, ipsi totis viribus & bonis suis nobis vel heredibus nostris seruient, donec ipsum vel suos heredes ad nostrum seruitium reuocauerint. Vice versa, si Godefrido aliquis caussâ nostrâ guerram mouere attentauerit, nos illi modis omnibus assistentes erimus:.... Nomina testium sunt hæc: Waltherus Bertholt, Gerardus de Grimbergen, Arnoldus de Ranst, Godefridus Castellanus Bruxellensis, Arnoldus de Wesemale, Arnoldus Dapifer, Rolin de Thenis, Wilhelmus de Ekerne, Wilhelmus de Lira, Waltherus de Ruman, Arnoldus Amman Antvverpiensis, VVilhelmus de Halle, & alij complures. Acta sunt hæc anno M.CC.XII. VI. Kalendas Martij. 1212.

CAPVT CXCI.

Raso Gauera Dominus, Comitis Flandriæ Pincerna, eiusq; filij benefaciunt Abbatiæ Niniuensi, an. 1212.

EGo Razo de Gauera, Comitis Flandriæ Pincerna, omnibus in perpetuum. Notum sit præsentibus & futuris, quòd filius meus *Arnoldus* fundũ in Breedenbroc, quem Ægidius cognomento Schreihase ab eo in feudũ tenebat, ipso in manus eius resignante & vverpiente, ecclesiæ Niniuensi in eleëmosynam contulit & vvarandisiam repromisit, consentientibus filiis meis, *Razone* de Bouleir & *Philippo* fratre suo. Vt autem hoc ratum permaneat, scriptum hoc sigillo meo & sigillo filij mei Razonis de Bouleir, & hominum nostrorum, & hominum ipsius Arnoldi testimonio corroboro. Signum hominum de Gauera, S. Giselini de Lilar, VValteri Gratsel, SS. hominum de Bouleir, S. Balduini de Hasselt, SS hominũ de Felseca, Fulconis & VVoitini de VVormines, Hoiri de Lilar, & Annekini de Bracla. Actum anno M.CC.XII. 1212.

Ego RAZO de Gauera, cum filio meo Razone, liberè contuli ad capellam de Bochout, in honore sanctæ Dei genitricis Mariæ constructam, decem solidos annuè in festiuitate S. Dionysij soluendos, de reditu meo Bouchout, ad comparandum oleum, quo lampas ardere

& lucere debeat coram sancto altari. Testes, Godefridus de VVenti, Hosto Rufus, Soikinus Fuscus, Bernerus de Rosbais, & frater eius Bartholomæus, Gerardus Villicus de Bochout.

Theodericus Dominus de Altena dotat Auerbodium, anno 1212.

Ego Theodericus Dominus de Antena notum facimus, quòd nos de assensu vxoris nostræ *Mariæ*, & nepotum nostrorum *Engelberti* & *VVillelmi*, omnem decimam nostram (quam in duabus villulis, quarum
Eiuerbodē, vtraque Mirta dicitur, possidemus) partim ab ecclesia de * Auerbo-
pag. 390. dio accepta quadam summa pecuniæ à nobis redimi permisimus, partim etiam eidem ecclesiæ nomine eleemosynæ in perpetuū possidendam contulimus. Acta sunt hæc anno M.CC.XII.
1212.

Ego Theodoricus Dominus de Altena notum facio, quòd ecclesia de Auerbodio mansum vnum in villa, quæ dicitur Mirda, diu legitimè possedit, & censum trium solidorum Colonienſium ecclesiæ S. Odradis in Alem persoluit. Nunc verò prædictam exactionem iam dictę ecclesiæ remisimus & in perpetuum indulsimus.

Petrus Comes Autisiodorensis & Namurcensis cum Petro Domino de Bioul super silua Marlania an. 1213. *transigit, & Namurcensibus Canonicis B. Mariæ an.* 1214. *benefacit. Iolenda, Petri vxor, Philippo filio suo Comitatū Namurcensem an.* 1216. *cedit.*

Hugo Leodiensis Episcopus vniuersis tam præsentibus quàm futuris. Noueritis hanc esse formam compositionis inter *Petrum* Comitem
pag. 491. Autisiodorensem & Marchionem Namucensem & * *Iolendam* vxorem eius, & *Gobertum* de Bioul, super querelis quas ipse Gobertus contra prædictos Comitem & Comitissam mouerat de nemoribus quæ di-
Marlaigne. cebantur esse de Marlania & de Bioul. Gobertus siquidem sub pluriū Parium suorum & aliorum nobilium testimonio, omne ius quod in prædictis nemoribus se habere dicebat prędictis Comiti & Comitissę

& eorum

& eorum heredibus in proprietatem dimisit. De consensu autem prædictorum Comitis & Comitissæ, Gobertus retinuit sibi & heredibus suis in prædictis nemoribus ligna viui nemoris, ædificiis suis propriis necessaria infrà potestatem de Bioul, & ligna mortui nemoris suo loco proprio oportuna, & pascua porcorum suorum domus suæ propriæ de Bioul. Huic scripto sigilla sua apposuerunt in testimonium viri nobiles, Alardus de Cimaco, Hugo de Florinis, VVilhelmus patruus, Nicolaus de Condeto, VValterus de Fontanis, Clarenbaldus de Alta ripa. Actum apud Floreffiam anno M.CC.XIII. mense Augusti. 1213.

PETRVS Comes Autisiodorensis & Tormirensis & Marchio Namucensis, & *Iolendis* Comitissa vxor eius & Marchionissa, vniuersis in perpetuum. Nouerit vniuersitatis vestræ discretio, quòd cùm vir illústris bonæ memoriæ * *Philippus* Marchio Namucensis, prædecessor noster, graui detentus infirmitate, viros venerabiles Conradum Villariensem, Balduinum Camberonensem, Nicolaum Marchianensem & Renerum Valencenensem, Abbates, testamenti sui executores constituisset, decimas suas omnes eisdem Abbatibus inter cetera resignauit, conferendas ecclesiis eorum dispositione & ordinatione in eleemosynam perpetuam, exprimens eis loca quibus decimas illas conferri desiderabat. Iam dicti igitur Abbates assignauerunt ecclesiæ B. Mariæ in Namuco omnes partes decimarum, quas prædictus Marchio habuerat apud Esmines & Vmbercees, & ad Burges, ad S. Medardũ, Nouillam, Altrepiam, & ad VVarisoul, & quartam partẽ totius grossæ decimæ de Genine & Anhea. Nos equidem dicto Marchioni in Marchia & Comitatu Namucensi iure hereditario succedentes, omnia prædicta approbamus, sigillisque nostris confirmamus. Actum anno M.CC.XIV. mense Maio. *pag.* 491. 1214.

Ego Iolendis, Comitissa Autisiodorensis & Marchionissa Namucensis, notum facio vniuersis, quòd cùm terram meam Namucensem cum integritate feodi dedissem * *Philippo* filio meo in proprietate; retinui mihi de ipso feodo in reditibus Bincensibus quindecim libras denariorum, annuatim conferendas ad voluntatem meam in eleëmosynam. Institui quidem Capellaniam perpetuam in ecclesiæ B. Albani Namucensis altari, ante sepulcrum germani mei *Philippi*, quondam Marchionis Namucensis, pro ipsius & mea & viri mei *Petri* Comitis Autisiodorensis salute. Et filius meus, de tota terra Namucensi legi- *pag.* 491. *Binche.*

timè adheredatus, dictæ Capellaniæ institutionem approbauit, & sigillo suo, cum mei sigilli confirmatione, roborauit. Actum anno
1216. M.CC.XVI.

Contractus antenuptialis inter VValeramum, Henrici III. *Ducis Limburgensis filium, pòst Ducem illo nomine secundum, & Ermesindem Comitissam Luxeburgensem an.* 1214. *initus.*

Ego Walramus, filius Henrici Ducis de Limborch, & Marchio Arlunensis, castrum meum de Arlon, cum omnibus appenditiis, assensu prædicti patris mei Ducis, & fratrum meorum *Henrici* de Vassenberch & *Gerardi* de Borne, & filiorum meorum *Henrici* & *VValrami*, dominæ *Ermensendi* Comitissæ Lucelburgensi & Rupensi, vxori meæ, in legitimam dotem contuli & concessi.... Si vxor mea Ermensendis de me prolem susceperit, quilibet heredum tam illorum quos de me genuerit, quàm ille heres quem vxor mea prædicta, priusquam eam ducerem, habebat, in hereditate habeat id quod de iure debet habere. Si verò demùm prolem non habuerit, hereditas sua ad heredem suum reuertetur, hereditas autem mea meis heredibus remanebit.... Hæc omnia me firmiter seruaturum super sacrosanctas reliquias iura-
1214. ui, anno M.CC.XIV. mense Maio.

CAPVT CXCII.

Engelbertus Angiæ Dominus, cum vxore sua Ida & filiis suis Sigero ac Iacobo, dotat Cantipratense cœnobium, an. 1215.

Anghien. EGo Engelbertus Dominus de * Angien, notum facio quòd ecclesiæ B. Mariæ de Cantiprato quidquid decimæ in parochia de *Breges* habebam, consentientibus vxore mea *Ida* & filiis meis *Sigero* & *Iacobo*, in perpetuam eleëmosynam, per manum domini Cameracensis,
1215. contuli. Datũ anno Domini millesimo ducentesimo decimo quinto.

ENGELBERTVS Dominus de Angien vniuersis hoc scriptum inspecturis in Domino salutem. Cùm dominus Egricus de Risoer contu-

lerit

lerit in eleëmosynam ecclesiæ Cantipratensi omnes suos reditus, quos habebat apud *Hernes* & reditus nemoris de *Raspalt*, & tria dietaria terræ allodij de *Lo*, & tria bonaria terræ & dimidium, partim sita in territorio de *Boengardù* & partim in territorio de *Haut Croix*, & partim in territorio de *Castres*....Hanc collationem ratam habeo & confirmo, & ad petitionem prædicti Egrici sigillum meum apposui huic scripto. Actum anno millesimo ducentesimo vicesimo sexto. 1226.

Vallis Dei, Abbatia monachorum ord. Cistertiensis, tertio lapide à Limburgo fundatur an. 1216. à Lothario Comite Hostadiensi, fauente S. Engilberto A. Coloniensi.

Engilbertus, diuina fauente clementia, sanctæ Colonienſis ecclesiæ Archiepiscopus, vniuersis Christi fidelibus in perpetuum. Nouerit tam præsens ætas quàm succedura posteritas, quòd Lotharius Comes de Hostaden, de consilio ministerialium suorum, mansum terræ duodecim bonaria continentem, iuxta Sartum S. Ioannis, ab heredibus comparatum, Abbati Widoni & confratribus suis de S. Agatha, Cistertiensis ordinis, per manus nostras, liberum ob omni censu contradidit: vt fratres iam dicti monasterium suum in locum transferrent eumdem, tamquam ipsis commodiorem. Huius rei testes sunt, Conradus maior Decanus & Archidiaconus Colonienſis, Godefridus Capellanus, Conradus & Arnoldus Canonici Colonienſes, Henricus de Ellende Canonicus SS. Apostolorum, Otto de Wikerhode, Adolphus de Ellende, Willelmus de Nuenhagen, Reinardus Dapifer de Hostaden, Herbrordus de Mareke, Adolphus de Culen, Petrus de Wickerhode, Lodouicus Dapifer de Dolehem, Peregrinus Notarius, & alij quàm plures. Acta sunt hæc anno M.CC.XVI. pontificatus nostri anno I. 1216.

Alardus Dominus de Antoing & de Croiſilles benefacit monaſterio Cantipratano an. 1207. *& eccleſiæ Condatenſi anno* 1216.

Ego Alardus, Dominus de Antoing & de Croiſilles, notum facio præſentibus & futuris, quòd cùm cariſſima mater mea *Agnes* ſuam vellet animam à periculo liberare, eccleſiæ B. Mariæ de Pratis quidquid decimę in tota parochia & territorio de Ormegnies de proprio alodio pertinebat..... ſigilli mei impreſſione muniui, eorum qui adfuerunt nominibus ſubnotatis. ſignum Reimundi Decani de Croiſilles, S. Ioannis de Croiſilles, militis, S. Matthæi prædictæ eccleſiæ Abba-
1207. tis. Actum anno milleſimo ducenteſimo ſeptimo.

Ego ALARDVS, Dominus de Antonio, notũ facio omnibus, quòd vir nobilis dominus *Matthæus* de veteri Condato, & nobilis mulier domina *Eua* vxor eius, & eiuſdem ſucceſſores, *Nicolaus* frater ſuus, & dominus Ægidius de Peronne, & dominus Ioannes de Creſpinio, venditione facta, omnes decimas quas poſſident in territorio Condatenſi eccleſiæ veteri & nouæ eccleſiæ S. Mariæ de nouo Condato ſponte nei obtulerunt, exceptis vicinis de *Grimaumes* & de *Elmonte*. Quòd ſi fortè euenerit (quod nunquã accidat) quòd domina Eua, prædicti Matthæi vxor, medietatem prædictarum decimarũ, qua dotata erat, velut dotẽ ſuam velit reclamare, & exinde damnum incurrat eccleſia, prædictus Matthæus quoddam feodum apud Condatum, quod de me tenet, & ad meum ſpectat dominium, in manu mea reddidit; & prædictæ eccleſiæ, loco reſtitutionis decimarum, vſque ad quattuordecim modios annuatim conferã, donec prædicta Euâ viam vniuerſæ carnis ingreſſâ, vel ab hac inquietatione ſedatâ, præfatæ decimæ ad præfatam eccleſiam penitus reuertantur. Præterea ſi aliquis ex eorum heredibus vel alius præfatæ eccleſiæ de decimis iſtis vellet iniuriari, eas illi debebo guarandire, vt fideiuſſor & dominus. Et vt omnis ambiguitas abſcindatur, ego Alardus Dominus de Antonio decimas illas, quas ſæpedictus Matthæus & vxor eius Eua in manu mea penitus reddiderunt, & quas iudiciali ſententia homines mei nobiles & ignobiles nihil amplius in eis habere teſtificati ſunt, coram hominibus meis nobilibus,

libus, huius rei testibus, super altare Dei genitricis Mariæ de Condato obtuli. Testes huius venditionis, & emptionis & oblationis sunt ex hominibus meis, vir nobilis Arnulphus Dominus de Pervvez, dominus Goselllus del Quesnoy, dominus Ægidius de Peronne, dominus Oliuerius de Roucourt, dominus Gossuinus de le Val, Walterus Poignes; & alij non homines mei, dominus Bertholdus de Rache, dominus Walterus del Caisnoet, Eurardus presbyter illius loci. Actum in ecclesia beatæ Dei genitricis Mariæ apud Condatum, anno millesimo ducentesimo decimo sexto, dominica prima Aduentus Domini. 1216.

Ego PETRVS, Præpositus ecclesiæ Condatensis, notum fieri volumus, quòd medietatem decimarum illarum, quas ecclesia Condatensis de manibus domini *Matthei* de Veteri Condato, vxorisque eius *Eue*, pretio mediante extorsit, Godefrido presbytero, filio domini *Eurardi* de le Pont, tenendam concessimus: ita tamen quòd ipso mortuo ad nostram ecclesiam reuertatur. Reliquam verò medietatem Waltero fratri suo, quamdiu vixerit, contulimus; tali conditione, quòd si VValterus, antequam frater suus Godefridus debitum mortis soluerit, medietas illa Godefrido cedet in vsus. Actum anno millesimo ducentesimo decimo sexto. 1216.

NOTATIO.

ALARDVS Dominus de Antonio] prope Tornacum, & de Croisilles, filium, vt existimo, habuit Hugonem: cuius hoc extat diploma in tabulario ecclesiæ Condatensis: *Iou Hues, Sires d'Espinoit & d'Antoin, fache scauoir, que Thieris le Doyen de Condet à rapporté en main à hommes d'egliſe de Condet huict bonniers de terre, qu'il tenas de my à Bury. Fait l'an 1232. le vigile dou Noël en mois de Decembre.*

CAPVT

CAPVT CXCIII.

Theodericus & S. Engelbertus, Archiepiscopi Colonienses, fœdus renouant cum Brabantis, an. 1208. *&* 1217.

THeodoricus sanctæ Colonienſis eccleſiæ Archiepiſcopus notum facimus, quòd ab antiquo inter Eccleſiam Colonienſem & Archiepiſcopum ex vna parte, & Ducem Lotharingiæ & terram ſuam ex altera, confœderata eſt dilectio & confirmata confœderatio. Placuit igitur nobis, ex conſilio priorum, nobilium, miniſterialium & burgenſium noſtrorum ex vna parte, & Henrico Duci & fidelibus ſuis ex alia, iſtam dilectionis confœderationem innouare, & firmitate perpetua roborare. Huius rei ſunt teſtes, Engelbertus Præpoſitus maior, Conradus maior Decanus, Tirricus Præpoſitus S. Gereonis, Oliuerius Scholaſticus maior, Gerardus Comes Gelrenſis, Tirricus Comes de Cliuio, Wilhelmus Comes Iuliacenſis, Henricus Comes de Seyna, Comes Adolphus de Monte, Georgius Comes de Wiede, Henricus Comes de Keſſele, Rutgerus de Merch, Otto de Wickerode, Galeramus & Henricus fratres, Miniſteriales, Hermannus Aduocatus, Godefridus Camerarius, Tirricus de Roſlaer, Franco Pincerna,
1208. Wilhelmus Salline, & alij complures. Acta ſunt hęc anno M.CC.VIII.

ENGELBERTVS, Dei gratia ſanctæ Colonienſis eccleſiæ Electus, omnibus præſentem chartulam intuentibus ſalutem in Domino. Vniuerſorum notitiæ cupimus declarari, quòd nos vinculum amicitiæ indiſſolubilis inter Eccleſiã Colonienſem & Henricum Ducem Lotharingiæ, ſuoſque progenitores ab antiquo habitæ, innouare inuicem & corroborare volentes, ipſi de conſilio priorum & fidelium noſtrorum promiſimus, quòd contra omnem hominem aſſiſtemus eidem..... Teſtes ſunt, Theodoricus maior Præpoſitus, Conradus maior Decanus in Colonia, Gerardus Præpoſitus SS. Apoſtolorum, Gerardus Præpoſitus S. Mariæ de Gradibus, Gerardus Comes Gelrenſis, Adolphus Comes de Altena, Otho de Wickerode, Gerardus de Rondenaerde, Hermannus Marſcalcus de Aluetre, Theodoricus Dapifer, Bruno Pincerna, Franco de Rothemin, & alij plures. Acta ſunt hæc Coloniæ
1217. anno M.CC.XVII. III. Nonas Iulij.

Roge-

Rogerus Condati pro parte Dominus & AEgidius de Trit benefaciunt Canonicis Condatensibus an. 1218.

Ego Rogerus de Condato,& vxor mea *Beatrix*, & *Agnes* vxoris meæ filia,ad quam hereditas spectabat,notum facimus vniuersis,præsentes litteras inspecturis, quòd nos assensum nostrum præbuimus benigniter & integrè dono & eleëmosynæ,quã Petrus Præpositus Condatensis contulit ecclesiæ B.Mariæ de Condato,videlicet tria bonnaria terræ, iuxta villam de *Blecki* iacentia, quæ à nobis tenebat in feudum, cũ alio feudo spectante & descendente à Dominis de *Blecki*. Assensum autem istum & eleëmosynam sigillo nostro, & hominum nostrorum testimonio confirmauimus,quorũ nomina sunt hæc: Herbrandus de Ellignies, Alardus de Fosseis,Gosuinus Comes,Ioannes Comes.Datum anno incarnationis millesimo ducentesimo decimo octauo. 1218.

SCIANT præsentes & posteri,quòd ego *Rogerus* in parte Dominus de Condato contuli ecclesiæ B.Mariæ apud Condatum omnem portionem, quam in decimatione totius feodi de Condato habebam. Hanc autem decimationem dicta ecclesia duobus filiis meis clericis *Godefrido & Gualtero* contradidit, quoad vixerint, percipiendam: ita tamen quòd altero decedente reliquus nihilominùs eamdem decimationem totam percipiet. Ambobus verò defunctis, ecclesia liberè & absolutè illa vtetur vt propria. Vt autẽ prætaxata ecclesia iam dicta gaudeat decimatione,chartam hanc sigillorum mei & Nicolai filij mei,de cuius consilio & assensu hoc factum & astipulatum est, appensionibus prædictæ contuli ecclesiæ.

NOVERINT vniuersi, quòd ego Ægidius de *Trit decimas, quas Willelmus miles de Main in eiusdem villæ territorio de me in feodo tenebat, in præsentia hominum meorum, de consensu *Ricaldis* eius vxoris,reddidi ecclesiis de Condet & de *Crespin* liberè & absolutè. Testes, Walterus de S. Petro, Amandus de Puis, & ipse VVillelmus de Main, milites. Actum anno millesimo ducentesimo decimo octauo. 1218.

Balduinus Comes Gisnensis monasterio Claræ paludis, suprà pag. 474. memorato, eiusq; filius ac successor Arnulfus Andrensi cœnobio benefaciunt.

pag. 338. Ego Baldevvinus Dei gratia Gisnensium Comes, & Christiana Comitissa, vxor mea, Abbati Dauid de Claromaresch, & fratribus ibidem Deo seruientibus, quidquid in villula, quæ dicitur Niuuerlede... *vt suprà pag* 387.

Et sciendum quòd aliquanto tempore post obitum patris mei Arnulfi, cùm super maresçum prædictorum fratrum calumniam ponerem, decem mensuras maresci mihi dederunt, quas rursus ego & vxor mea Christiana Comitissa in eleëmosynam eisdem fratribus reddidimus, in manu domini Dauid Abbatis. Quod vt ratum permanere valeat, sigilli mei impressione signaui, & hominum meorum attestatione munire curaui. Horum autem testes sunt, Petrus Abbas Andrensis, Simon de Rodelingehem, Lambertus de Scala, monachi, VVildo de Elenbom, Eustathius de Montgardin, Eustachius de Bauelingehem, Paganus de Morholt, Clemens de Arda, Hugo de Salpervvich, Eustathius Strabo, Simon de Ekarde, Manasses de Scardoue, Matthæus
1174. de Sutkerke. Actum anno M.C.LXXIV. mense Iulio.

EGO ARNVLPHVS Comes Gisnensis scire volo præsentes & futuros, me & heredes meos esse plegios erga VVillelmum de Gisnes, cognatum meum, super viuario vel stagno quod est inter Bokerdes & Fontaines, quod ipse VVillelmus vverpiuit, & si quid iuris in eo habuerat, in Andrensi ecclesia super maius altare obtulit. Actum est hoc
1219. & auctoritate sigilli mei corrobatum, anno M.CC.XIX. mense Maio, die quo ab amicis & hominibus meis licentiam accepi, vt cum domino meo Ludouico pergerem ad partes Albigensium.

CAPVT

CAPVT CXCIV.

Gilbertus de Sotteghem, Gerardi Domini de Raſſegem & Beatricis Dominæ de Maſmines filius & heres, dotat an. 1220. Pitſeburgum, domum Equitum Teutonicorum, in vrbe Mechlinienſi.

GIllebertus de Sottegem omnibus Chriſti fidelibus in perpetuum ſalutem. Nouerint tam moderni quàm poſteri, quòd ego Gillebertus de Sotteghem contuli fratribus domus beatæ Mariæ Teutonicorum de Ieruſalem vvaſtinam, quam habui inter Felſeka & Elne, & ad opus prædictorum fratrum liberè reſignaui, ſalua tamen mihi & ſucceſſoribus meis iuſtitia de cauſſa ſanguinis. Teſtes, Hillinus presbyter de Racengheem, Boidinus, Henricus, fratres de Landengheem, Boidinus de Rode, Boidekinus van Larne & alij multi. Actum anno Domini M.CC.XX. quinta menſis Maij. 1220.

NOTVM ſit omnibus, quòd ego *Beatrix* Domina de Maſſeme, per conſenſum filiorum & filiarum mearum, ad conſulendum animæ meæ & cari mariti mei *Gerardi* de Sottengheem piæ memoriæ in vvaſtina mea iacente prope Maſſeme, ad vagos hoſpitandos & pauperes reficiendos, nouam domum, ſcilicet Hoſpitale, feci conſtrui & ædificari. Ad eamdem verò domum ſuſtentandam nouem iugera terræ de præfata vvaſtina, & duos manipulos liberæ decimæ allodij mei in Maſſeme in perpetuum contuli. Ad opus autem Capellani, in eadé domo celebrantis, ſexdecim menſuras terræ ad *VVillemskercke* iacentes, quas Godefridus tenuit, tribui. Vt hoc autem ratum permaneat, præſens ſcriptum ſigillo noſtro & ſigillis filiorum meorum feci communiri.



Ego VValterus de Sothengem, cum fratre meo *Oliuero*.... Notum sit, quòd eleëmosynam, quam pater noster *VValterus*, nostraque mater *Alaisa* sororibus in Nouo Sarto Deo & B. Mariæ deseruientibus contulerunt, nos quoque eis annuimus....

NOVVM SARTVM] olim virginum ord. Præmonstratensis cœnobium, altero lapide à Grimberga, iam desijt.



Honde-

Hondeschotanam in Flandria domum Trinitariorum, à patre suo Galtero Hondeschotæ Domino (an. 1204. defuncto & ibidem sepulto) fundatam, Clari Viuary nomine olim celebrem, dotat filius & heres Galterus an. 1220.

EGo Galterus miles de Hondeschota, de consensu vxoris meæ *Aelidis* & heredum meorum, scilicet *Ioannis* primogeniti mei & aliorũ, dedi in perpetuam eleëmosynam fratribus ordinis sanctæ Trinitatis & captiuorum Christi terram meam de Viuario, à capito scilicet viuarij versus meridiem vsque ad pontem qui est sub molendino, & à ponte sicut via illius pontis ducit vsque ad terram heredum Bruning de Houtheem, & à terra illa vsque ad terram Gileberti Albi; item versus meridiem & arbores quę sunt circa viuarium sitæ, cum fundo earundem, & molendinum cum libera moutura, & omnia iura ad molendinum pertinentia, & viginti millia cespitum & decem libras Flandrensis monetæ supra decimam de * Hosthoc. Præterea terram illam quæ fuit domini Roberti militis de Bambeka, Castellani de Furnis, de consensu Roberti filij sui de Bambeca, quæ iacet in parochia de Hondeschota per partes diuisa. Et vt hoc ratum permaneat, hanc paginam impressione sigilli mei roboraui, his testibus, domino Ingelmaro Abbate, & Galtero Priore, Ioanne VValois, Michaële nepote dicti Abbatis, Ioanne filio Zachariæ, monachis de Bergis; Ioanne Capellano domini Galteri de Hondeschota, Theodorico de Quatipra, presbyteris, domino Roberto de Bambeca, domino Ioanne de Ipris, militibus, Michaële clerico, Zacharia, Ioanne filio Tislini, Nicolao Ruschart, Scabinis de Bergis, & multis aliis. Actum anno millesimo ducentesimo vicesimo. Datum Bergis in festiuitate beati Laurentij martyris & leuitæ. 1220.

Oostboue.

Matthæus II. *Dux Lotharingiæ Moſellanæ promittit ſe ſoluturum debita fratris & prædeceſſoris ſui Theobaldi, an.* 1220.

pag. 256. Ego Matthæus Dux Lotharingiæ & Marchio notum facio, quòd cùm dominus meus *Theobaldus* Comes Campaniæ nobilem mulierem *Gertrudem* Comitiſſam Dasburgenſem & Metenſem, relictam claræ memoriæ Theobaldi quondam Ducis Lotharingiæ, fratris mei, acciperet in vxorem, domina mea Blancha Comitiſſa Trecenſis, & prædictus dominus meus Theobaldus Comes, natus eius, ex vna parte, & ego qui prædicto Duci fratri meo in eodem Ducatu ſucceſſeram, ſtatuimus, quòd debita omnia, quæ idem Dux Theobaldus debebat burgenſibus Metenſibus, communiter per medium redderemus. Ipſi verò Comitiſſa & Comes redderent omnia debita, quæ prædictus Dux Theobaldus debebat in Comitatu Dasburgenſi: ego verò redderem omnia alia debita, quæ Dux Theobaldus debebat. Actum anno 1220. M.CC.XX. menſe Auguſto.

Arnulphus de Landaſt, Dominus de Eynes, collationem præbendarum Eynenſium cedit VValtero Maruiſio Tornacenſi Epiſcopo, circa an. 1220.

pag. 349. Ego VValterus Tornacenſis Epiſcopus, & Arnulphus de* Landaſt, Dominus de Eynes, notum facimus, quòd ſuper collatione præbendarum de Eynes diu habita eſt controuerſia, à tempore prædeceſſoris mei bonæ memoriæ Goſuini quondã Tornacenſis Epiſcopi, & quòd de aſſenſu Capituli Tornacenſis ad concordiam negotium eſt perductum. Ego Arnulphus de Landaſt, Dominus de Eynes, de fidelitate dicti VValteri Epiſcopi plenam reportans fiduciam, in ipſius ordinatione, quidquid iuris habueram in collatione præbendarum, de conſenſu filiorum meorum, liberaliter quitum clamaui: confirmantes tam ego quàm filij mei, quòd in collatione dictarum præbendarum nihil iuris de cetero exigemus.

CAPVT

CAPVT CXCV.

Ioanna Flandriæ & Hannoniæ Comitissa Brugensi & Tornacensi ecclesiis benefacit, & Franciscanorum monasterium Valentianis fundat.

EGo Ioanna, Flandriæ & Hannoniæ Comitissa, tam futuris quàm præsentibus notum fieri volo, quòd dilectus & fidelis meus Wilhelmus Præpositus Brugensis, & Flandriæ Cancellarius, mihi seruiuit & Concilio meo de sexcentis libris, pro hospitibus suis de Præpositura. Testes, Sibylla Domina de Waurin, Michaël de Harnis, Hello de VVaurin patruus, VValterus de Curtraco, & Arnulfus de Teruanna, clericus meus. Datum Curtraci anno Domini millesimo ducentesimo decimo octauo, post Octauas Epiphaniæ. 1218.

Nos Ferdinandus de Portugallia, Dei gratia Flandriæ & Hannoniæ Comes, de beneplacito & assensu domini nostri Regis Franciæ & ad eius requestam, fratribus Minoribus, in suburbanis villæ nostræ Valencenensis commorantibus, eiusdem villæ dongionem donamus, xx. solidos annuos dumtaxat exceptos pro feodo & dominium penes nos retinentes: hac præsupposita conditione, quòd Ioanna, prædictarum prouinciarum Comitissæ, consortis nostræ, assensus beneplaciti ad hoc concurrat & voluntas. In cuius rei testimonium sigillum, quo nunc in remotis vtimur, præsentibus est appensum. Datum Parisius in Lupara anno M.CC.XX. in mense Martio. 1220. *Valencienne.*

Nos Ioanna Flandriæ & Hannoniæ Comitissa donationem dongionis Valencenensis, & xx. solidorum annuorum ac dominij retentionem communem, à Fernando prouinciarum prædictarum Comite, marito ac domino nostro, fratribus Minoribus Valencenensibus factam approbamus & ratificamus. Datum in Insulis anno M.CC.XXV. in Aprili. 1225.

Ego Ioanna Flandriæ & Hannoniæ Comitissa omnibus certum facio, quòd post longam guerram habitam inter me & Philippum Marchionem Namucensem, consanguineum meum & fidelem, ex vna parte, & virum nobilem dominũ Valeramum Ducem de Lembourg, Comitem

Comitem de Luxenbourg, & dominám Ermensindem, vxorem eius, ex altera parte, super Comitatu Namucensi; pax est reformata in hunc modum..... Actum apud Dionantum feria secunda post Inuocauit,
1222. anno M. CC. XXII. mense Martio.

IOANNA Flandriæ & Hannoniæ Comitissa vniuersis..... Cùm ecclesia Tornacensis conquereretur de viro nobili *Euerardo Radoul*, Domino Mauritanensi, Castellano Tornacensi, fideli meo, super eo quòd bannos faciebat, ne terræ ecclesiæ Tornacensis ab ipsius hominibus vel aliis excolerentur, & ne quis bona eorum per Castellaniã suam deduceret vel deferret; in mea præsentia recognouit, quòd talia facere nõ poterat & iniuriã fecerat de prædictis, & dictas illatas iniurias prædictæ ecclesiæ emendauit. Huic recognitioni interfuerunt venerabiles patres mei, Guilielmus Remensis Archiepiscopus, Apostolicę Sedis legatus, Godefridus Cameracensis & VValterus Tornacensis, Episcopi, & Margareta soror mea, & viri illustres VV. Blesensis & Philippus Namucensis, Comites, nobiles viri Robertus de Betunia & R. de Croisilles & de Aigremont, VV. Dominus de Fontanis, Ægidius Dominus de Barbencon, VValterus & Fastradus fratres de Linea. Actum
Linge. apud Hannoniæ Quercetum anno M. CC. XXII. feria tertia ante Pu-
1222. rificationem B. Mariæ.

Euerardus

Euerardus Radulfus, Castellanus Torn. & do. Mortaniæ, Abbatium 1155. ibi fundauit, & ob. 1180. ibidem sepultus, suprà pag. 410.

- *Euerardus Radulfus 1222. duxc. filium Engelberti de Euguē, 2. filium heredem*
- *Balduini do. Neuelæ.*
- *Ida vxor VValteri do. Auesn.*
- *Richildis vx. VValteri do. de Sottegem.*

Ex 1.
Arnulfus Castl. Torn. do. Mort. d. Iolentam F. Thomæ de Coucy, do. de Vernm 1239. 1250.

Ex 2.
Michaël.

Radulfus do. Neuelæ d. filiam Guilielmi Betuniæ, do. Pontis Rorardi.

Rogerus d. heredem de Senaste, vix. 1261.

Ioannes Castl. Torn. do. Mort. d. Mariam F. Eustachij do. de Constans & Mareul 1260. 1275.

- *Maria heres, vxor Ioannis de Brab. do. de Vierson 1306. vendidit Mortanum Regi Franciæ, ob. sine lib.*

Thomas do. de Romeries d. Mariam F. AEgidij le Brun de Trasignies 1260. 1286.

Arnulfus Can. Cam. 1285.

Guilielmus do. de Rumes d. Isabellam Aldenardensem do. Pamelæ.

Balduinus d. Beatricem F. heredem AEgidij do. de Laudast 1285. 1296.

Mathildis.

Isabella.

Maria.

CAPVT CXCVI.

Philippus II. *Marchio Namurcensis Namurcensem S. Albani ecclesiam dotat an.* 1221.

pag. 491. EGo Philippus Marchio Namucensis omnibus notum facio, quòd pro animabus *Petri* bonæ memoriæ Imperatoris Constantinopolitani, patris mei, & *Iolendis* Imperatricis, matris meæ, ecclesiæ S. Albani Namucensis in eleëmosynam contuli omnes calceos, qui mihi debebantur omni anno, duobus terminis de stallagio Namucensi. Testes huius rei, Gillebertus Præpositus, Hugo Decanus S. Albani, magister Ioannes Custos S. Albani, Notarius meus, cum præsentibus eiusdem loci Canonicis, Alardo, Renmo, Dionysio, Petro & Seruatio, & aliis. Testantur etiam hoc factum meum vir nobilis Gerardus de Iacea, Simon de Genleng & Balduinus de Lobiis, milites. Sub testimonio etiã Philippi de S. Lupo, Villici Namucensis, & Scabinorum, Renaldi, Sigeri, Lamberti de Burges, Philippi de Venasseur, & Colini de Vellomonte, & multorum aliorum. Actum in festo beati Dionysij, anno
1221. millesimo ducentesimo vicesimo primo.

VValeramus Dux Limburgensis & Còmes Luxeburgensis Robertimontense virginum cœnobium, ord. Cistertiensis, anno 1221. *dotat.*

VValeramus Dux de Lemburg, Comes de Lucemburg & Marchio de Arlon, vniuersis Christi fidelibus.... Inde est quòd conuentui sanctimonialium de Robertimonte, Cistertiensis ordinis, nemus de *Nigirrey*, sicut in spelunca eiusdem loci vsque ad nemus earum extenditur, contulimus & concessimus perpetuò possidendum. Datum Lem-
1221. burg anno M.CC.XXI.

Henri-

Henricus VII. *Rex Romanorum dat varia priuilegia Henrico* I. *Brabantiæ Duci, an.* 1222.

Nouerint vniuersi, quòd cùm apud Aquisgranum Henricus Rex Romanorum in solenni curia sederet, præcepit Henrico illustri Duci Lotharingiæ & Brabantiæ, quòd iura Imperij firmiter obseruaret, & in terra sua faceret obseruari. Igitur sententiatum est ibi, quòd in iure feudali omnis ministerialis feudatarius æquè iudicare possit super feudis nobilium & ministerialium: exceptis tamen feudis Principum. Ad hæc ibidem per sententiã fuit Ducis adiudicata tutela paruulorum vsque ad XII. annum. Probationi istarum sententiarum interfuerunt hi Principes & testes, Sifridus Maguntinus, Engelbertus Colonienſis, Theodoricus Treuerensis, Archiepiscopi, Cunradus Metensis & Spirensis Episcopus, Imperialis aulæ Cancellarius, Herbipolensis & Augustensis Episcopi, Comes de Distz, Comes Palatinus Rheni, Comes Ludouicus de VVertenberge, Adolfus Comes de Marka, Fredericus Comes de Althena, Dux de Hemesberg, Comes Lutsel de Hofstade, Comes de Castele, Henricus Dapifer de VValpurch, Pincerna de Cyp, VVernerus de Bollendia, Gerardus de Senceka, & alij plures. Datum apud Aquisgranum in solenni curia, in nostra coronatione, anno M.CC.XXII. mense Maio. 1222.

S. Engelbertus A. Colonienſis & Theodericus Heinsbergæ Dominus benefaciunt monasterio Heinsbergensi, suprà pag. 420. *laudato.*

Engelbertus Dei gratia sanctæ Colonienſis ecclesiæ Archiepiscopus vniuersis Christi fidelibus in perpetuum. Vniuersitati vestræ cupimus constare, quòd nos monasterium B. Gerlaci & S. Mariæ virginis apud *Heinesberg*, ob intimam deuotionem tam fratrum quàm sanctimonialium quam ad cultum & seruitium Dei habent, in specialẽ protectionem recepimus, eisque omnia bona quæ nunc habent vel in posterum poterunt adipisci confirmamus. Specialiter tamen eximi-

mus prædium in *Munen*, videlicet centum duodecim iugera terræ arabilis: quod prædium idem monasterium iusto emptionis titulo conquisiuit ab Hermanno de Bruege,& ipse Hermannus in præsentia nostra apud Lehegenich eidem monasterio contradidit: & frater suus Reimarus clericus huic facto consensit, & omni iuri vterque renuntiauit & exfestucauit. Huius rei testes sunt, Gerhardus Præpositus
Carpen. Carpenensis, Godefridus Carpenensis Canonicus, Fridericus Præpositus Monasterienſis, Comes VVillelmus Iuliacensis, Theodericus de Roslare, Arnoldus de Gimmenich, Emundus de Brakele & alij plures.
1218. Acta sunt hæc anno M.CC.XVIII.

THEODERICVS Dei gratia Dominus Hensbergensis omnibus in perpetuum. In cœnobio B. Mariæ virginis in Heinsberg à nostris prædecessoribus fundato, religiosum conuentum fratrum & sororum, sub districtione Præmonstratensis ordinis, regularibus intentum disciplinis, adhuc in nostris temporibus defectu cognoscentes laborare temporalium, indignum duximus sine compassionis exhibitione prætereundum. Vnde prope Heinsberg in quodam loco nostræ iurisdictionis paluſtri & nemoroso, qui vulgò Palus dicitur, à termino circa Randerode qui Hurst nuncupatur, per terminos parochiarum Drummene & Heinsberg, in eodem loco omnem decimam noualium ipsi cœnobio contulimus. Vtque hæc collatio robur haberet, dominum *Hugonem* Episcopum ecclesiæ Leodiensis adiuimus, eamdem decimationem in manus suas resignantes. Placuit tamen nobis & per ipsum & per nos decimam quandam excipi, quæ iamdudum Canonicis Heinsbergensis castri, sub priuilegio felicis memoriæ Philippi Colonienſis Archiepiscopi, infra prædictum terminum est denominata. Ceterùm cùm mater mea & vxor, vnà cum filio meo, ecclesiasticam habeant in sæpedicto cœnobio sepulturam, itemque ibidem dilecta soror mea & filia in statu religionis vacent contemplationi, dictum factum sigilli nostri fecimus appensione muniri. Primi verò facti nostri apud cœnobium Heinsbergense testes sunt, Giselbertus Præpositus, Ivvanus Prior, Sibertus & Henricus sacerdotes eiusdem cœnobij, Arnoldus miles de Gimnich, Alardus de Hauekesdale, Albertus Pincerna, Reinardus Schermus, Euerardus Morsel, Rutgerus de Berg, Gozuuinus Knupsel, Goznuinus de Holtheim, & plures alij.

Facti

Facti autem posterioris, domini Leodiensis Episcopi & nostri apud Leodium, in proximo Sabbato post Caput ieiunij, testes sunt Sibodo Præpositus S. Alberti Aquensis & Canonicus S. Lamberti in Leodio; item alius Sibodo Decanus ecclesiæ S. Mariæ in Aquis, Ioannes Plebanus in Linne & Decanus Svvestrensis Capituli, Godefridus sacerdos in Geilenkirchen, & miles VValterus de Bunde, Adam de Haren & Gozuinus frater suus, Alardus de Hauekesdal, Rainardus Schermus, Rutgerus de Berge, & alij plures. Acta sunt hæc an. M.CC.XXIII. 1223. VI. Nonas Martij, Indictione XI.

CAPVT CXCVII.

Machtildis, Tenremondæ Domina, Xenodochium S. Ægidij in Abbatiam Suinecanam monialium ord. Cistertiensis an. 1223. conuertit, & cum Ioanna Flandriæ Comitissa transigit.

SCiat vniuersitas vestra, quòd ego Machtildis Domina de Tenremonde cultum domus Domini ampliari desiderans, domum S. Ægidij in Tenremonde temporibus meis factam, cum suis appenditiis, ad struendam Abbatiam sanctimonialium ord. Cistertiensis liberè contuli & approbaui. Eam verò cum suis possessionibus sub nostra ego & filius meus *Robertus* & successorum meorum protectione suscepimus. Vt autem ampliori dicta domus gauderet beneficio, bonis à nostris feudalibus ad opus Abbatiæ in manus nostras resignatis, scilicet terra Rengoti & terra Heribrandi, nec non & bonis à nobis collatis, scilicet *Peerbrouck* & *Meerbroeck*, ad nos pertinente brulo, molendino iuxta fossatum apud Tenremonde, decima nostra in *Hamme*, decima de *Herdebure*, & piscatione in aqua quæ vocatur Deure, eam donauimus. Testes, Ioannes Archidiaconus Brabantiæ, VVilhelmus Archidiaconus in Antvverpia, Giselbertus presbyter de Gandauo, Arnulphus presbyter de Opvvijck, VVilhelmus de Betunia, Hugo de Gandauo, Sigerus frater eius, Giselbertus de Rassenghem, Ioannes de Betunia, Ægidius de Morseka, Margareta de Tenremonde, Marga-

reta de Berunia, Machtildis Domina de Raſſenghem. Actum anno
1223. M.CC.XXIII. V. Idus Octobris.

Ego Machtildis Domina de Tenremonde notum facio, quòd talis eſt conuentio inter me & dominam Comitiſſam Flandriæ & Hannoniæ circa terram de Aloſt & Tenremonde; quòd neutra poteſt veſtigare & ſequi ſeruos, neque albinos, nec hominem Aduocatiæ nec ancillam de vno dominio in alterum; ſed in feudis poteſt veſtigare & ſequi, & earum homines ſequentur, vbicumque ſolebant. Et eſt ſciendum quò ad Aduocatiam S. Bauonis Gandenſis, quòd remanet eo modo, quo fuit eo tempore quo Comes Balduinus ſeruabat hanc cõſuetudinem erga Aduocatum Wilhelmum: idque debebit reſciri per fidam inquiſitionem domini Bernardi de Morſele. Hæc conuentio debet ſeruari, ſi Comes non contradicat, quando erit egreſſus è car-
1221. cere. Datum Cortraci M.CC.XXI.

Hildegardis Melnæ Domina, vidua Gerardi Domini de Rodes, eiuſq; filius Radulphus, Abbatiæ Niniuenſi anno 1223, benefaciunt.

Melle. Ego Hildegardis Domina de * Melna notum facio, quòd ego ob æternam gloriam promerendam, & piæ recordationis domini Gerardi de Roden, mariti mei, ac meorum memoriam, eccleſiæ Niniuenſi de omnibus animalibus & vniuerſis rebus ad ipſam pertinentibus, & per pontem apud Gandauum, qui *Brabant brugghe* dicitur, tranſeuntibus ac redeuntibus, omne ius & exactionem telonei annuatim vſque ad octo ſolidos Flandrenſis monetæ remiſi, & inde eam liberã in perpetuum eſſe conceſſi. Vt autem huius noſtræ deuotionis beneficium ratum permaneat, ſcriptum præſens ſigilli mei appoſitione ſtudui roborare, cum ſigillo domini *Radulphi* filij mei, qui huic dono eleëmoſynæ voluntarium aſſenſum attribuit. Actum apud Melna in capella
1223. curiæ, anno milleſimo ducenteſimo viceſimo tertio, menſe Martio.

Ingel-

Ingelbertus Angiæ Dominus an. 1224. dotat Prioratum seu cellam Bellingemensem prope Hallas, quæ nunc gaudet iure ac titulo Abbatiæ Cantipratana.

Ego Ingelbertus Dominus de Ainghin, præsente *Sigero* filio meo primogenito, sub testimonio proborum virorum, H. Prioris de Bellengin, Walteri de Moriamez, O. fratris eius, Walteri de Mussem, mansum de *Bruc*, viuarium cum prato vsque ad terram arabilem, & decem bonaria terræ, prædicto manso propinquiora versus villam de Santhes, ecclesiæ de Bellenghin, in qua locum sepulturæ meæ elegi, in eleëmosynam legaui perpetuam. Similiter ecclesiæ de Cambron decem bonaria terræ, ecclesiæ S. Auberti Cameracensis octo, ecclesiæ S. Dionysij in Brokeria sex, ecclesiæ S. Adriani de Gramont quattuor, ecclesiæ S. Gudulæ Bruxellensis tria, ecclesiæ de * Auvvirez septem, *Aquiria.* ecclesiæ de Grimberges quattuor, ecclesiæ de Camera sex, & ecclesiæ Niniuensi duo contuli in eleëmosynam perpetuam. Et præsentibus litteris sigillum Decani de Hal, sigillum Sigeri filij mei, & sigillum *Ostonis* patrui mei, cum meo feci apponi. Actum anno millesimo ducentesimo vicesimo quarto, mense Martio. 1224.

Ego Engelbertus Dominus de Engien notum facio vniuersis, quòd ecclesia Cantipratensis comparauit sibi nemus quinque bonariorum & dimidij..... His omnibus præordinaris interfuerunt, ex clericis Brictius, Henricus, Robertus, presbyteri, Walterus de Mussem, Henricus de Rist, milites, Walterus Lelhapt, Walterus Charon, Walterus de Buuenghen, Ingelbertus de Haucroix, Soto de Bongardes, Mauritius de Bonne, testes. Ego Engelbertus, ad preces & instantiam Adæ & Belæ vxoris eius, & fratrum suorum..... Actum anno millesimo ducentesimo vicesimo quinto, mense Septembri. 1225.

Ego Sigerus, filius Engelberti Domini de Enghien, dictus Dominus de * Sotengin, notum facio vniuersis, quòd ecclesia Cantipratensis sibi comparauit titulo emptionis nouem bonaria terræ & pratorum.....ab Engelberto de Otenges, Mathilde eius vxore sponte consentiente. Actum anno millesimo ducentesimo tricesimo, mense Februario. *iure vxorio.* 1230.

NOTATIONES.

VIII. Kal. Martij obijt vir nobilis *Engelbertus* Dominus de Angien; de cuius beneficio habemus ad valorem XXXVI. bonariorum terræ, & centum modios siliginis & auenæ, annuatim in perpetuum recipiendos. Ad extremum verò in ecclesia nostra de Bellinghen suam elegit sepulturã. X. Kalendas Octobris obijt *Ida* Domina de Angien, quæ in loco nostro de Bellinghen sepeliri elegit. De cuius etiam dono habuimus decimam de *Breiges*, & sex bonaria terræ arabilis apud *Herines*, & pallium sericum & centum solidos.

II. Kalendas Iunij obijt *Egricus* miles de Risoy, qui dedit nobis quadraginta mencaldas nemoris, modò redactas in terram arabilem in nemore de *Raspalt*. Dedit etiam nobis tres mencaldas terræ arabilis & decimam sex bonariorum terræ & reditus de *Herines*. Dedit etiam nobis domum suam de *Risoy*, modò sitam in atrio de Bellinghen, ad habitationem fratrum. Hactenus ex Necrologio cœnobij Cantipratani. Ceterũm Abbatia Cantipratana olim ad muros vrbis Cameracensis, sed in fundo Artesiæ sita, sæuientibus bellis Gallicis, cùm in ci-
Bellingen. neres fuisset redacta, nostro æuo Bellingemium seu Bellingam, prope Hallas Hannoniæ opidum, est translata.

CAPVT CXCVIII.

Henricus I. *Brab. Dux Thenense an.* 1221. *& Bruxellense minus an.* 1226. *Canonicorum collegia fundat.*

Thinen. HEnricus Dei gratia Dux Lotharingiæ omnibus salutem. Sciatis quòd nos ad præbendas faciendas * Thenis in ecclesia B. Germani contulimus in eleëmosynam eidem ecclesiæ XII. bonaria paludis, quæ tenemus iuxta *VValseberghe*, & decimam de tota palude, quàm primùm ad prata & ad quæcumque commoda fuerit conuersa, scilicet de octoginta & tribus bonariis quæ ibidem tenemus, & ad hæc tria terræ bonaria iuxta *Bosst*. Testes, Gosvvinus de Gorencourt, Walterus Decanus

canus Thenensis, N. Scholasticus de Thenis, N. de Hopen Notarius, & alij complures. Datum anno M.CC.XXI. 1221.

HENRICVS Dei gratia Dux Lotharingiæ, bonorum ecclesiæ Niuellensis Aduocatus.... Nouerint vniuersi, quòd homo noster Sigerus miles de *Archenne*, & fratres sui, Godefridus, Robertus & Gerardus, villicationem Niuellensis opidi, in qua se ius habere aliquando dixerant, coram nobis venerabili dominæ *Helvvidi* Dei gratia Niuellensi Abbatissæ, & successoribus suis in perpetuum quitam clamauerunt; omni iuri, quod se dixerant habere, renuntiantes. Testes, Abbas Villarensis, Walterus de Campenhor, & filij sui Walterus & Guilielmus, Bolinus de Ottigni, Arnulphus de Lieuale, Renerus de Lana, VValterus de la Conte, Canonici Niuellenses, & alij quàm plures clerici & laici. Actum Louanij, anno M.CC.XXV. mense Ianuarij. 1225.

HENRICVS Dei gratia Dux Lotharingiæ omnibus salutem. Notum vobis facimus, quòd Gerardus clericus de Faucouvves sextam partem decimæ in *Ittere*, quæ ipsum iure hereditario contingebat, per manus domini Cameracensis Episcopi & nostras ecclesiæ contulit B. Gertrudis in Niuella; petens à nobis, tanquam ab Aduocato dictæ ecclesiæ, vt huic suæ donationi debitam præstaremus vvarandiam & defensionem. Datum Traiecti anno M.CC.XXV. mense Februario. 1225.

Henricus Dei gratia Dux Lotharingiæ tam præsentibus quàm futuris in perpetuum. Cùm in ecclesia Bruxellensi à prædecessoribus nostris pauci sint Canonici instituti, nos cupientes cultum diuinum ampliare & Canonicorum numerum augmentare, pro salute nostra & animarum vxorum nostrarum *Mathildis* & *Mariæ*, memoratæ ecclesiæ Bruxellensi (quæ ad voluntatem nostram & admonitionem de nouo reædificari incipit in honorem beatissimæ virginis Dei genitricis Mariæ) donamus allodium nostrum in * Didenghem, quod comparauimus à nobili viro Ægidio de VVangha, & duas partes totius decimæ de * Golpa, cum ecclesia eiusdem villæ, necnon & quattuor mansos terræ ibidem. Hæc autem concedimus ad vsum decem Canonicorum de nouo instituendorum in ecclesia memorata, qui à Decano & Capitulo debent eligi, & nobis & successoribus nostris præsentari: nec aliquid de prædictis bonis percipient, si non faciant residentiam personalem, & si admoniti à Decano & Capitulo ad sacros ordines non sint promoti; nisi Decano & Capitulo videatur aliud pro vtilitate *Dighem.* *Hulpen.*

1226. Eccleſiæ faciendum. Actum anno M. CC. XXVI. menſe Auguſto.

Henricus, Dei gratia, Dux Lorharingiæ.... Sciant tam futuri quàm
Vurcn. præſentes, quòd nos duas capellas ſitas in allodio noſtro in Vura, alteram infra curiam noſtram, reliquam in ſummitate dictæ villæ, fratri-
pag. 342. bus de * Parco iuxta Louanium, Canonicis regularibus Præmonſtratenſis ordinis, in eleëmoſynam contulimus, tenendas ſibi ad vſus proprios: volentes quòd tres de dictis Canonicis ſacerdotes, vnus in capella noſtra infra curiam noſtram, reliqui in reliqua capella miniſtrent & celebrent quotidie perſonaliter. Hinc inter cetera ordinauimus, quòd alter ſacerdotum qui miniſtraturi ſunt in capella, quam diximus ſitam in ſummitate villæ prædictæ, celebret & oret pro animabus ſpecialiter vxorum noſtrarum bonæ memoriæ *Machtildis* & *Mariæ*. Huic autem capellæ duas partes decimæ maioris infra territorium villæ dictæ contulimus: reliquæ autem capellæ, infra curiam noſtram ſitæ, decimas culturarum noſtrarum inter Iſerna & Duſenborch, iuxta Parcum noſtrum iacentium, aſſignauimus. Et vt donatio iſta rata permaneat, præſens ſcriptum ſigilli noſtri impreſſione roborauimus, teſtibus his, domino Hoſtone de Traſenis, G. de Stertbeka, W. de Iſcha, militibus, magiſtro Gerardo Phyſico, C. de Herkinghem, magiſtro K. de Hoghem, I. de Stertbeka, clericis noſtris. D. Villico de Bruxella, G. de
1227. Weida, I. filio Seboidi, & aliis plurimis. Actum anno M. CC. XXVII. menſe Nouembri.

Henricus VVormatienſis Epiſcopus an. 1225. *Heidelbergenſe caſtrum, cum burgo adiacente, in feudum tradit Ludouico Comiti Palatino Rheni, eiuſq; filio Ottoni, marito Agnetis.*

Henricus, Dei gratia VVormatienſis Epiſcopus, domino *Ludouico* illuſtri Duci Bauariæ & Comiti Palatino Rheni ſalutem. Quia vobis commiſit Dominus poteſtatem, & dominæ *Agneti*, vxori (Ottonis) filij veſtri, per quam VVormatienſem eccleſiam iuuare poteſtis, & ei aſſiſtere in ſuis neceſſitatibus; vt ad auxilium & conſilium tam noſtrum quàm eiuſdem eccleſiæ, tam vos quàm ſucceſſores veſtri, & dominæ Agnetis, qui per maſculinũ ſexum deſcendunt, ſitis perpetuò obligati,

vobis

vobis & successoribus dictis in feodum concessimus & assignamus, de communi consensu Capituli nostri, castrum in *Heidelberg* cum burgo ipsius castri, & comeciam *Stalbuhel*, cum omnibus attinentiis suis. Actum sunt hæc VVormatiæ anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo quinto, IX. Kalendas Aprilis, Indictione XIV. 1225.

NOTATIONES.

CASTRVM in....] Hinc constat arcem eo tempore ibi exstitisse, *Heidelberg* nomine, eamque burgum subiectum habuisse, id est, opidulum muro cinctum portisque clausum. Id enim est *burgum* seu burgus veteri voce Francica. Vnde Otfridus monachus (quo nullus scriptor Germanici idiomatis antiquior habetur) illum Euangelij locum, Ite in ciuitatem, ita vertit; *Faret in thia burg*. Quomodo & Notgerus in Psalmorum Paraphrasi passim. Vnde vetera Germanorum opida, Asciburgium, Teutoburgium. Vnde & *Burgundiones* dicti, Isidoro & Paulo diacono auctoribus; vnde item *burgenses* pro ciuibus.

COMECIA,] comitia, siue Comitatus; cui *Stalbuhel* nomen olim fuit, hodie *Stalberg* fortasse.

AGNES, vxor Othonis] Otho Ludouici Bauariæ Ducis filius, Othonis nepos (teste Auentino lib. 7.) anno 1225. duxit *Agnetem*, Henrici vltimi ex illa familia Comitis Palatini filiam heredem. Hoc fœdere matrimoniali in vnum coierunt duo nobilissimi Germaniæ Principatus, Bauaria & Palatinatus Rheni. Sed & insignia illa gentilicia vtriusque domus, Palatinæ & Bauaricæ, vno in scuto siue vmbone tunc coaluerunt; quæ priùs distincta erant; vt Leo coronatus in campo nigro Palatinæ, textum verò illud decussatim albo cæruleoque colore variegatum, Bauaricæ familiæ deigma siue decorum esset.

CAPVT CXCIX.

Ruremondæ nobilium virginum Abbatia ord. Ciſtertienſis, à Gerardo Gelriæ Comite, eiuſq; coniuge Margarita, fundatur anno 1224.

EGo Gerhardus Comes Gelrenſis notum eſſe cupio, quòd cùm mater mea *Richardu*, ſæcularibus negotiis faſtidita, veterem hominem exuere & nouum videlicet Ciſtertienſis ordinis habitum induere decreuiſſet, extra fines proprios in partes extraneas propoſuit declinare. Vnde non modica correptus fui triſtitia: ipſam enim in proprijs patriæ malebam prædiis degere ſub ordine deſiderato, quàm in alienis partibus prædicto modo conuerſari. Igitur ego *Gerhardus* & *Margareta* coniux mea, vnà cum filio noſtro *Ottone*, pium eius deſiderium ſtudentes promouere, eam, perſonis Ciſtertienſibus tam fratrum quàm ſanctimonialium, Ciſtertienſis ordinis, ſibi prouidè deputatis, in opidum noſtrum Ruremonde honorificè perduximus; & eccleſiam B. Mariæ ibidem in prædio noſtro conſtructam, cum omni iure ſuo, quod nobis dignoſcebatur attinere, & præterea quadraginta areas circumiacentes, & tres areas quas contulit quidàm Hermannus cum Anca dictus, cum omnibus attinentiis ſuis, atque bona alia Deo & B. Mariæ obtulimus. Conferentes ea venerabili matri noſtræ in eadem eccleſia Abbatiſſę, ac conuentui ibidem Domino deſeruienti, perpetuò poſſidenda; ius quoque patronatus eccleſiarum *Gelren* videlicet nouæ & veteris, cum totali decima, ſiluis ac attinentiis ſuis; patronatum eccleſiæ *VVettene*, cum totali decima, ſiluis, ac attinentiis ſuis; patronatum eccleſiæ *Rodhem*, cum totali decima, ſiluis atque attinentiis ſuis. Teſtes, vir nobilis Henricus de Monte, VValtherus de Eile, Gerhardus de Barſdunc, & frater ſuus Henricus, Gerhardus de Rotheim, Arnoldus de VVachtendunc, Theodericus Aduocatus in Ruremonde, Nicolaus-
1224. ſcriptor, & alij quàm plures. Datũ Traiecti anno M.CC.XXIV.XVI.Iulij.

Vallis

Vallis Rosarum, monialium ord. Cistertiensis Abbatia, in Brabantia ad Netham fl. sub toparchia Duffelensi, prope VValem, an. 1227. ab AEgidio Bertoldo dotatur decimis in Berlaer & Ghele.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Ægidius Bertaut, vir nobilis, omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Notum esse volumus tam futuris quàm præsentibus, quòd nos intuitu miserationis diuinæ, & pro animarum prædecessorum nostrorum salute, decimas de *Berlaere* & de *Ghele* conuentui monialium Cistertiensis ordinis de claustro iuxta *VValem* in honore Dei genitricis Mariæ constructo, in quo etiam filias nostras locauimus, cum omnibus attinentiis suis, perpetuò possidendas in eleëmosynam contulimus, & coram ipso conuentu, multisque aliis, tam nobilibus quàm ministerialibus, in altari B. Mariæ reportauimus; his omnibus nostris heredibus assensum præbentibus. Et vt hæc pia donatio firma permaneat, scriptum præsens nostro sigillo munire curauimus. Huius rei testes sunt, VValterus Bertaut & Henricus frater eius, Eustachius Camerarius de Flandria & Gerardus frater eius, aliique quàm plurimi. Actum anno gratiæ M.CC.XXVII. 1227.

NOTATIONES.

Ex his colligi videtur, Ægidium Bertoldū, monasterij * Vallis Rosarum non tam fundatorem quàm dotatorē primarium fuisse. Quis autem illud & quo anno primùm fundauerit, ex illius loci archiuis hactenus erui non potuit. Hoc constat; quartam ordine ibi Abbatissam fuisse *Sophiam Bertout*, Florentij Bertoldi Toparchę Duffelensis filiam, & ab anno 1294. vsque ad annum 1328. præfuisse, atque ab eodem fratre suo vvastinam seu miricam monasterio vicinam, & villam *Staeydeke*, Duffeliæ sitam, emisse. Ceterùm ob tumultus bellicos hodie moniales in vrbe Mechlinienſi agunt: & inter alia adseruant diplomata confirmationis, quod Innocentius IV. Papa anno Christi 1244. pontificatus sui primo scripsit.

ÆGIDIVS Bertout] seu Bertoldus. Idem Ægidius anno 1235. fundum dedit ad cœnobium Loci S. Bernardi in vico *Vremde* exstruendū, ad Scaldim secundo lapide ab Antuerpia: vt infrà docebimus.

CAPVT CC.

Hugo Castellanus Gandensis dat libertatem Mariæ-kercæ incolis, an. 1228.

EGo Hugo Gandensis Castellanus, vxor mea *Oda*, & filius meus *Hugo* primogenitus, notum facimus quòd villam de Baserode S. Mariæ liberam sub hac forma constituimus; vt inhabitantes villam liberā mensuras quinquaginta pedum latitudinis & centum pedum longitudinis habeant: & singulæ mensuræ singulis annis duos solidos Flandrēses, & duos capones nobis & successoribus nostris soluant. Actum an-
1228. no Domini M.CC.XXVIII. mense Martio.

Abbatia monialium Suiuecæ prope Teneramondam collocatur, 1228.

GODEFRIDVS Dei gratia Cameracensis Episcopus notum fieri volumus, quòd cùm nos dedissemus in mandatis W. Affligimensi & R. Nineuensi Abbatibus, Waltero Cameracensi Archidiacono in Antuerpia, vt accederent apud *Syviuek*, ad considerandum locum competentē, in quo posset claustrum sanctimonialium Cistertiensis ordinis infra ambitum parochię de *Syviuek* collocari, ipsi nobis retulerunt, quòd in dicta villa, vbi priùs sita erat parochialis ecclesia, locus esset aptus ad prædictum claustrum ædificandū, locus verò parochiæ competentior, vbi priùs erat claustrum. Cùm igitur Personæ & presbytero parochiali ad plenum satisfactum sit, nos huic transmutationi nostrum consensum adhibemus, prædictis monialibus dictū locum (vbi scilicet erat priùs parochialis ecclesia) præsentibus litteris confirman-
1228. tes. Datum anno M.CC.XXVIII. feriâ quartâ post festum B. Barnabæ Apostoli.

Robertus

Robertus Betuniæ & Teneræmondæ Dominus an. 1228. Calkenam, Larnam & Maſminiam dat ſorori ſuæ Machtildi, Gilberto de Sottegem Raſſegemij Domino nuptæ; & an. 1231. dotat Suiuecanam Abbatiam.

Ego Robertus, Aduocatus Attrebatenſis, Betuniæ & Tenremondæ Dominus, notum facio, quòd omnia quæ habebã in parochia de *Calkene*, dedi in feudum domino Gilberto de Sottenghem, cum omnibus iuſtitiis, excepto manſo de Raueſchoot, exceptis etiam quindecim bonariis vvaſtinæ. Dedi etiam dicto Gilberto ſimiliter in feodum omnia quæ habebam in parochia de *Laerne*, exceptis ſeruis & hominibus Aduocatiæ, quos ego habeo in dicta villa. Bona autem omnia, cum alodio quod dictus Gilbertus habebat in parochia de *Maſſeme*, recepit ipſe à me in feodum. Et ſciendum quòd dictam donationem ei feci pro mille libris quas ei debebam de maritagio *Machtildis* ſororis meæ, quam ipſe habebat in vxorem. Et quia ego Michaël Flandriæ Conſtabularius, & ego Walterus de Ghiſtelle, de aſſenſu domini Roberti de Betune, & domini Gilberti de Sottenghem, prædictæ rei fuimus ordinatores, ſigilla noſtra præſenti ſcripto duximus apponenda. Actum anno M.CC.XXVIII. menſe Martij. 1228. pag. 540.

EGO ROBERTVS Attrebatenſis Aduocatus, Betuniæ & Tenremondæ Dominus, notum facio quòd Abbatiſſæ & conuentui de Tenræmonda, Ciſtertienſis ordinis, pomerium & nemus & herbagium terræ meæ de *Gyt* in eleëmoſynam contuli & donaui. Actum anno milleſimo ducenteſimo triceſimo primo. 1231.

Bellum

Bellum pratum, monialium ord. Cistertiensis Abbatia, ad Tenetam fl. prope Gerardi-montem, an. 1228. *ab Alide Domina Boularia conditur.*

Ego Aelidis, Domina de Boular, notum facio quòd prouidi in possessione mea locum quendam iuxta *Grimenghem*, ad religiosum cœnobium instaurandum, in quo sanctæ mulieres, sub regimine Abbatissæ, secundùm Cistertiensis ordinis obseruantias, Domino famulentur. In perpetuam itaque eleëmosynã ad hoc dedi, de assensu omnium liberorum meorum, quinque bonaria in prato & nemore, in loco prædicto ad ipsum monasterium construendum; item sex bonaria nemoris. Addidi quoque totum ius patronatus ecclesiæ de Grimenghem, quod ad me pertinebat, & omnes prouentus ad personatum & presbyteratum eiusdem ecclesiæ pertinentes: ita quòd Abbatissa & collegium dicti loci, qui dicitur Bellum pratum, prouideant & præsentent presbyterum instituendum ibidem, sicut ego & antecessores mei facere solebamus. Superaddidi etiam reditum sex modiorum duri bladi & decem modiorum auenæ, quem habebam in villa prædicta. Desiderans insuper vt omnimoda gaudeant libertate, concessi vt per totam terram meam & filiorum meorum quælibet res eorum ab omni pedagio, teloneo, siue aliis quibuscumque angariis aut consuetudinibus sint exemptæ. Vt autem effectus propositi tam salubris permaneat in futurum, chartam istam proprio signaui sigillo. Ego verò *Michael* Constabularius, ego *Philippus* de Boular, ego *Osto* de Trasenies, ego *Ægidius Niger*, heredes præfatæ Aelidis carissimæ matris nostræ, omnia prænotata approbantes, ea firmauimus nostrorum testimonio sigillorum. Et quia ego *Raso* proprium sigillum non habeo, vsus sum sigillo Abbatis Gerardimontis, prædicta omnia fideliter approbans. Ego quoque *Gosuinus* de Scendelbeka, maritus * filiæ prædictæ dominæ, meum apposui sigillum, omnia prænotata confirmans. Actum anno 1228. M. CC. XXVIII.

* *Ada.*

Ego Aelidis, Domina de Boular, notum facio quòd ego nouem modios siliginis de redditibus meis, quos habebam in parochia de *Grimengem*, & duodecim modios auenæ, & quadraginta capones & octo de

de reditibus pratorum iacentium in parochia memorata, & octo bonaria nemoris & dimidium, & dimidium bonarium prati in eadem parochia siti, contuli, de assensu liberorum meorum omnium, sanctimonialibus Cistertiensis ordinis de *Belloprato* iuxta Grimenghem in eleëmosynam, & chartam istam proprio signaui sigillo. Ego verò * *Michael* Constabularius Flandriæ, ego *Philippus* de Boular, ego *Osto* de Trazegnies, ego *Egidius le Brun*. heredes præfatæ Aelidis carissimæ matris nostræ, eleëmosynam prænotatam approbantes, eam nostro consensu firmauimus testimonio sigillorum nostrorum. Et quia ego *Raso* proprium sigillum non habeo, vsus sum sigillo venerabilis Abbatis Gerardimontis, sæpè dictam eleëmosynam approbans: ego quoque *Gosuinus* de Scendelbeka, maritus filiæ dominæ memoratæ, meum apposui sigillum, pleno fauore confirmans eleëmosynam suprà dictam. Actum anno millesimo ducentesimo vigesimo nono, mense Maio. * o'iit. 1230. 1229.

EGO AELIDIS, Domina de Boular, notum facio quòd *AEgidius le Brun* filius meus resignauit in manus meas reditus duodecim modiorum auenæ & XLVIII. caponum, quos de me tenebat in feodum de reditibus pratorum iacentium in parochia de *Grimengem* recipiendos, ad opus sanctimonialium de Belloprato. Ego verò præfatos reditus, ad petitionem prædicti Ægidij, de consensu etiam omnium filiorum meorum, & *Gosuini* Domini de Scendelbeka, & vxoris eius *Adæ*, filiæ meæ, contuli præfatis dominabus in perpetuum possidendos. Vt autem donatio prænotata perpetua' gaudeat libertate, præsente pagina sigilli mei appensione munita, & præterea sigillis filiorum meorum, *Philippi* scilicet Constabularij, *Ostonis* de Trazegnies, *Ægidij le Brun*, *Gosuini* de Scendelbeka, & Abbatiæ de Geraldimonte, pro *Rasone* filio meo (quia proprium sigillum non habet) corroboratam contuli iam dictis dominabus in munimen. Actum anno millesimo ducentesimo tricesimo, mense Iulio. 1230.

Vniuersis Christi fidelibus ego *Ægidius* le Brun de Trazegnies miles notum facio, quòd Arnulphus de Mergeen & Gertrudis eius vxor, Henricus etiam de Mergeen & Margareta eius vxor, à me in feodum duo bonaria terræ sita in parochia de *Grimenghen* possederint, & dicti Arnulphus & Gertrudis eius vxor, tanquam veri heredes & successores prædictam terram, de mea voluntate ac licentia, vendiderint ecclesiæ B. Mariæ de Belloprato, Cistertiensis ordinis, & in manu mea repos-

reportauerint ad opus ipsius ecclesiæ. Ego verò eamdem terram, mutato iure feodali in allodium, contuli iam dictæ ecclesiæ perpetuò possidendam in allodium. Astiterunt autem, cùm hæc facta fuerunt, in testimonium vocati homines carissimæ matris meæ & dominæ *Alidis*, Dominæ de Boulario, scilicet, Oeuo de Mourbeke, Simon de Vos, Ioannes de Waremberghe, Daniel de Hunebeke, Arnulphus de Ouerboular, Ioannes Vleests & Michaël Piscator, & alij quàm plures. In cuius rei testimonium exhibui præsentes litteras ipsi ecclesiæ,
1230. appensione sigilli mei roboratas. Actum anno millesimo ducentesimo tricesimo, mense Iulio.

NOTATIO.

ALLIDIS] aliàs Alidis & Ada, Boulariæ Domina ex suo capite, nupsit primùm *Michaeli* Domino de Harnes prope Duacum, Constabulario Flandriæ, pòst *Ægidio* Domino de Trasignies, & tertiùm circa an. 1212. *Rasoni* de Gauere, filio Rasonis Domini de Gauere & Clariciæ. In fundo primi sui mariti, cùm esset vidua, monasterium Braëllense an. 1196. condidit: vt suprà pag. 478. docui, tabulis in medium productis, in quibus *Ada de Harnes Constabularia Flandrensis* nuncupatur.

Ex Michaele nati sunt, *Michael* Flandriæ Constabularius, qui an. 1218. diploma suprà pag. 543. signauit, & an. 1229. aut 1230. sine prole obijt, *Philippus* Boulariæ Dominus, & *Ada* Gosuini Scendelbecæ Domini coniux.

Ægidius Dominus de Trasignies cruce signatus in Oriente militauit, vt suprà pag. 490. ex Vilharduino docui. Ex Ægidio nati sunt, *Osto* Dominus de Trasignies, *Ægidius* Niger, Gallicè *le Brun*, regni Franciæ Comestabilis, & *Raso* monachus Gerardimontensis. Ægidius Niger genuit *Ostonem* Nigrum, aliàs *le Brun*, infrà an. 1256. memorandum, & *Mariam* vxorem Thomæ de Mortaigne, suprà pag. 543. laudatam.

CAPVT

CAPVT CCI.

Henricus VI. Imp. Giſleniane Abbatiæ priuilegia confirmat an. 1229.

HEnricus Dei gratia Romanorum Rex vniuerſis Imperij fidelibus notum fieri volumus, quòd fidelis noſter Galterus Abbas monaſterij S. Giſleni in pago Hainau, ad Celſitudinis noſtræ magnificentiam veniens, ſupplicauit vt nos ipſi eccleſiæ ſuæ iura, libertates & omnia bona ad eamdem eccleſiam pertinentia confirmare dignaremur. Nos igitur dicti Abbatis petitionibus aurem benignam præbentes, dicto Abbati & eccleſiæ ſuæ iura & libertates, ſeruos quoque & ancillas ad eamdem eccleſiam pertinentes, omnia etiam bona auctoritate regia cõmunimus concedimus, confirmamus, & confirmando ſigillo aureo ſublimitatis noſtræ corroboramus, atque ipſum locum, & omnia ſibi pertinentia, in noſtram defenſionem ſuſcipimus; præcipientes vt nullus Dux, nullus Comes, nullus Marchio, aut aliqua alia perſona ipſum monaſterium perturbare, vel ſuper rebus ad ipſum pertinentibus moleſtare præſumat. Teſtes qui præmiſſis interfuerunt ij ſunt: Siuridus Moguntiæ Archiepiſcopus, Hermannus Herbipolenſis, Heinricus Wormatienſis, Epiſcopi, Otto Præpoſitus Aquenſis, Henricus Comes de Seina, Cunradus Burgrauius de Nurimberch, Frideuuicus Comes de Riginhage, Gelracus de Butingin, Hermannus de Mulmarche, Gotfridus de Hoinloch, Euerhardus Dapifer de VValpurg, Cunradus Pincerna de Winterſtetin, Cunradus Pincerna de Clinginburc, Cunradus de Smidebelt, Vlricus de Truchtelingin, Cõradus de Winſperc, fratres, L.L. & E. de Grindelahe, & alij quàm plures. Datum apud Worm anno Dominicæ incarnationis ducenteſimo vigeſimo nono, XVI. Kal. Febr. Indictione II. 1229.

Scladinienſe Canonicorum collegium, in agro Namurcenſi, an. 1229. dotatur à Florentio Abbate S. Cornelij Indenſis prope Aquaſgrani.

Florentius Dei gratia Abbas, totuſque conuentus Indenſis eccleſię, notum facimus vniuerſis, decimam totam groſſam & minutam, quam habebamus in villa noſtra de *Sclain*, nos de communi aſſenſu contuliſſe conuentuali eccleſiæ Canonicorum B. Mariæ de Sclain, perpetuis temporibus tenendam, titulo eleëmoſynæ, eiuſdem eccleſiæ tenuitate nimia piè conſiderata, cùm Indenſis eccleſia, tamquã pia mater, filiæ ſuæ Scladinienſi adeſſe teneatur & prodeſſe. Datum anno 1229. M.CC.XXIX. menſe Iulio.

Argentonium, monialium ord. Ciſtertienſis Abbatia in Gallo-Brabantia, an. 1229. à Guilielmo Harentonij Domino & Ida eius coniuge fundatur: Guilielmo Peruesij Domino, & Ioanne Epiſcopo Leodicenſi, approbantibus.

Vniuerſis Chriſti fidelibus VVillelmus de Harenton & vxor eius... Vniuerſitati veſtræ notum facimus, quòd nos contulimus in eleëmoſynam conuentui monialium, quæ conſilio noſtro ſe tranſtulerunt de Grandi-Valle ad locum qui dicitur *Argenton* prope Harenton, omnia bona noſtra quæ habemus apud prædictum Harenton, tam in agris quàm in pratis, nemoribus, molendino, viuario, redditibus, cenſu & domibus; exceptis ſeptem bonariis terræ arabilis, quæ contulimus eccleſiæ de Gemblaco. In cuius rei teſtimonium præſentes litteras ſigillo domini Iacobi quondam Aconenſis Epiſcopi fecimus ſigillari. Actũ anno 1229. M.CC.XXIX. menſe Maio.

Ego Godefridus Dominus de Peruez, Ducis Lotharingiæ fratris filius, notum facio, quòd *VVillelmus* de Harenton, & vxor ſua IDA, de licentia mea in eleëmoſynã contulerunt domui de Argenton, Ciſtertienſis ordinis, Leodienſis diœceſis, terras, aquas, ſiluas, prata & ædificia,

ficia, cum molendino & rebus aliis, quas habent & habituri sunt apud Harenton, nihil mihi iuris, nihil sibi vel suis heredibus reseruando, præter vsumfructum, quem dicti VVillelmus & Ida, quamdiu vixerint, tantùm sibi reseruauerunt, & septem bonaria terræ, quę iam dicti VVillelmus & Ida domui Gemblacensi tenentur assignare post obitũ suum, iure perpetuo possidenda. Præterea etiam omnibus innotescat, quòd voluntate nostra & assensu filiæ domini Thomæ militis de Smechim, Clara & Achias, domum monialium de Harenton possunt intrare, & ibidem de licentia nostra habitum assumere monialem. Datum anno M.CC.XXX. feria III. post festum B. Laurentij. 1230.

Ioannes Dei gratia Leodiensis Episcopus notum facimus, quòd domum monialium de Argenton, Cistertiensis ordinis, & locum ipsarum sub nostra protectione recipimus; donum, quod eis contulit Willelmus de Harenton & Ida vxor sua, auctoritate nostra confirmantes. Datum anno M. CC. XXXII. mense Augusto, feria VI. post festum B. Laurentij. 1232.

CAPVT CCII.

Rainildis seu Regilindis, Folcardi viri potentis vidua, VValterus & Leonius de Bruxella, Oliuerus, Henricus & AEgidius de Sottegem, & alij viri nobiles dotant ac benefaciunt Anderlechtensi Canonicorum S. Petri collegio prope Bruxellam.

EGO FOLKARDVS liber & liberis parentibus editus, vtriusque partis cognatis & amicis fauentibus, dilectam hanc *Regilindem* mihi desponsi in vxorem. Dotis titulo & conditionis libello dono igitur ei, per hanc dotis chartulam, & donatam in perpetuum esse volo tertiam partem castelli & villæ quæ dicitur *Erpe*, cùm appendente familia & omni vtilitate: in villis quoque *Latheim* & *Holtheim* quantum mihi iure prouenit: similiter & in *Eroldingem* meam partem tam ecclesiæ quàm villæ, in *Landast* tertiam partem & villæ & ecclesiæ: in Tongris cum omnibus appenditiis quartã partem: præterea in villa quæ dicitur *Anderlecht* quidquid mei iuris, in villa Aa tertiam partem, in Hembeka *Donatio antenuptialis.*

medietatē eccleſiæ & villæ, in Comptica quidquid ibi habeo, in Hoccenſela duos manſos, hæc omnia dotis titulo trado prænominatæ
1057. ſponſæ meæ. Actum publicè regnante Henrico Rege, anno primo. Signum Anshelmi, S. Ansfridi, S. Reineri, S. Lantberti, VVibberti, Herzzonis, Ruodolphi, Sigeramni, Oſtonis, Ingelberti.

NOTVM ſit omnibus, quòd ego REINILDIS, haut immemor *Folcardi* dilectiſſimi mei coniugis, conſtituerim B. Petro in villa quæ dicitur *Anderlecht*, pro anima ipſius & mea, allodij mei XL. bonaria, vt vnumquodque ſingulis annis IV. ſoluat denarios. Et tradidi ea conditione, vt non ampliùs hoc allodium aliquis conſequeretur, ſed vt hoc fratres deſeruientes B. Petro poſſiderent liberè. Eodem verò tempore viuebant heredes mei, *Franco* ſcilicet & *Sigerus*, filij mei, gener meus *Steppo*, *Fredeſneidiſq;* filia mea, *Adhela* cum liberis ſuis: quibus omnibus conſentientibus voui B. Petro munuſculum allodij iſtius. Actum
1078. eſt publicè in Anderlecht Dominicę incarnationis anno M. LXXVIII. tempore Henrici Imperatoris, Gerardi Præſulis, Henrici Comitis. Teſtes laici, Franco, Sigerus, Geroldus, Giſelbertus.

Notum ſit omnibus, quòd ego *Rainildis*, ingenua & ex ingenuis orta parentibus, tradidi allodium meum ad altare S. Petri in loco qui dicitur Andarlecht, pro redemptione animæ mariti mei *Folkardi* & filij mei *Ledberti*, X. iugera de hereditate Olboldi.... Huius traditionis teſtes ſunt, Gillebertus de Laka, Geroldus, Albero, Gozzuinus de Erp,
circa & filij ſui Anſelmus & Sigerus. Actum publicè Gregorio Papa præſi-
1080. dente, Henrico IV. imperante, Gerardo Cameraci pontificante.

IN nomine.... ego *Euerardus* curtillum allodij mei in Anderlecht domino Lamberto in eadem villa Canonico, omni eo iure quo ipſe tenui, liberè vendidi, & cum vxore mea *Heldegarde*, & filiis meis Theodorico, Galtero, Henrico, & filia mea Claricia huic facto conſentientibus, publicè in eccleſia reſignaui. Prætactus verò Canonicus Lambertus, ob perpetuam anniuerſarij ſui obſeruationem, eumdem curtillum Canonicis eiuſdem eccleſię, poſt obitum ſuum, perpetuo iure tradidit poſſidendum. Vnde ne qua in poſterum poſſit oriri calumnia, nobilium & ignobilium non prętermiſſo teſtimonio, filios meos teſtes adhibui, & eidem eccleſiæ ſigilli impreſſione confirmaui. Signa Canonicorum, Alberti, Lamberti de VVatermola, Oliuerij. Signa militum, Deſiderij, Arnoldi de Oppem, Theodorici, VVetherici, VValteri,

teri, Gozuini. Actum est hoc publicè in Anderlectensi ecclesia anno M.C.LXXII. regnante Frederico Imperatore, Duce Louaniæ Godefrido, & Henrico filio eiusdem inclyto, & Alardo Cameracensi Episcopo. 1172.

In nomine sanctę & indiuiduæ Trinitatis, GALTERVS Anderlectensis Præpositus..... quòd Lambertus de A ecclesiæ S. Petri Anderlectensis super decimam quandam apud *Obeche* tres marcas, concessione Euani de *Sellecke* & vxoris suæ Mabiliæ.... Signum Franconis Lupi, Desiderij, Gozuini de Capella. Actum anno millesimo centesimo septuagesimo quarto incarnationis Dominicæ, anno electionis domini Petri septimo. Ego Vlricus scripsi & recensui. 1174.

GALTERVS de Brucsella, Anderlectensis ecclesiæ Præpositus & Aduocatus, & vniuersum eiusdem ecclesiæ Capitulũ omnibus in perpetuum. Sciat fidelium vniuersitas, quòd domina *Maheldis*, vxor Leonij de Brucsella, ecclesiæ Anderlectensi allodium quoddam in eadem villa, scilicet curiam & VIII. bonaria terræ, & pratum quoddam in Pithebruc in eleëmosynam tradidit. Signa militum, Desiderij, Arnoldi de Oppem, Galteri de Oppem, Wetherici. Actum in ecclesia Anderlectensi, anno incarnationis Dominicæ M.C.LXXV. electionis domni Alardi primo. 1175.

Notũ sit tam futuris quàm præsentibus, quòd ego *Galterus* de Brucsella, Anderlectensis ecclesiæ Aduocatus, dignum duxi scripto committere, vniuerso præfatę ecclesiæ Capitulo consentiente, quòd si quis Canonicus stationarius ad scholas perrexerit, singularem præbendam quam à cæteris Canonicis habet diuisam, integram recipiat, nullum commune beneficium cum stationariis participans. Actum anno Dominicæ incarnationis M.C.LXXXIX. Indictione VII. 1189.

Notum sit vniuersis, quòd ego GALTERVS de Brucsella quamdam decimam ex omni terra mea de Querbos contuli.... Actum M.C.LXXV. 1175.

Ego LEONIVS de Bruxella posterorum notitiæ duxi committendũ, quòd consilio & voluntate matris meę *Gisle*, vxore mea *Clementia*, filio meo *VValtero*, & reliquis liberis meis assensum præbentibus, decimam quam in Anderlectensi parochia possidebam, cùm iam vitæ meę terminus appropinquaret, ecclesiæ Anderlectensi in eleëmosynam legaui.... Hanc igitur donationem ratam permanere cupiens, testium nomina subnotari, & memoratæ matris meæ, cum mei & cognati mei

Castella-

Castellani Bruxellensis sigillorum impressionibus presentem paginam feci communiri. Adfuerunt autè, cùm hæc fierent, Godefridus Castellanus Bruxellensis, Franco de Ruyscabrouc, Henricus de Wembelne, Henricus de Alsinghem, Reinbaldus de Dielbeca, Balduinus de Pi-
1215. thia, milites. Actum anno M.CC.XV. mense Iulio.

AD posterorum transeat memoriã, quòd ego * OLIVERVS de Sot-
crucesignatus. tegem, vnà cum coniuge *Perona*, decimam, quam in Anderlectensi parochia à prædecessoribus meis ad nos deuolutã possidebamus, ecclesiæ de Anderlecht, vnanimi consensu liberorum, contulimus. Actum
1215. M.CC.XV. mense Septembri, IV. Kalendas Octobris.

Vniuersis Christi fidelibus HENRICVS de Sottengem salutem. Præsenti duxi committendum memoriali, quòd ego omnem decimam de allodio meo, quod in parochia de Dilbeka teneo, de consensu *Walteri* fratris mei, ecclesiæ B Petri de Anderlecht, ad vsus Canonicorum ibidem seruientium, liberè contuli, & contra *Ægidium* fratrem meum, cuius copiam de facili habere non potui, quia Parisius studuit, & alios quoscumque dictam ecclesiam supra præfata decima promisi warandire. Actum M.CC.XXV. mense Aprili.
1225.

Vniuersis... ego ÆGIDIVS de Sottegem omnem decimam in parochia de Dilbeca in vsus Canonicorum S. Petri Anderlectensis contuli. Testes interfuerunt, Henricus Decanus, Godefridus, Ioannes Scholasticus, Theodoricus, Andreas, Michaël, presbyteri; Ioannes, Henricus, Arnoldus, Renerus, Franco, Canonici Anderlectenses; vir nobilis Leonius Castellanus Bruxellensis, Hugo miles de Borgeuael, Walterus de Ruchebruc, & Willelmus, Franco, Daniel, fratres de Vckela, Godefridus, Leonius, filij dicti nobilis. In huius rei testimonium, præsentem paginam, quia proprium non habeo sigillum, sigilli iuunculi mei dicti nobilis appensione duxi communire. Actum anno
1230. M.CC.XXX. mense Augusti.

Vniuersis præsentes litteras inspecturis *Henricus* Dux Lotharingiæ, Walterus de Aa, Osto de Crainhem, Arnoldus de Meinsa, Ægidius de Sottenghem, patroni Anderlechtensis ecclesiæ, salutem in Domino.... Et quia ego Osto de Crainhem, ego Arnoldus de Meinse, & ego Ægidius de Sottegem propria non habemus sigilla, vsi sumus sigillo
1233. domini Walteri de Aa. Actum M.CC.XXXIII. mense Iulio.

Cùm

Cùm nos *Ioannes* Dux Brabantiæ, Theodericus Dominus de Aa, & Renerus de Crainchem, viri nobiles & fideles, simus patroni ecclesiæ Anderlectensis... Actum M.CC.XCVII. 1197.

Vniuersis præsens scriptum inspecturis THEODERICVS de Walicourt, Dominus de Aa & Leniaco, ac Hannoniæ Marescalcus, do *Lennick.* præbendam vacantem domino Ægidio... Datum M.CCC.XL. feria sexta post festum S. Matthæi. 1340.

NOTATIONES.

ANDERLECHT] ampla parochia prope Bruxellam multos sub se vicos, nostratibus *Gehuchten*, complectitur, in his *Aa*, *Walicourt* & alios. Vicus Aa (qui potenti olim Castellanorum Bruxellensium familiæ cognomen dedit) ad Sennam fl. medio fere itinere inter Anderlechtum & Forestum situs, præter molendinum aquaticum habet sacellū vetus amplè dotatū, ad quod in diebus Rogationum quotannis clerus & populus Anderlechtensis solenni supplicatione procedit. Cæterùm in Anderlechto est insigne XVIII. Canonicorum collegium à variis fundatum ac dotatum. Gasbecæ Baro, tamquam Dominus dicti vici de Walicourt, Canonicatus seu præbendas vndecim, Dux Brabantiæ quattuor, Magistratus Bruxellensis tres confert.

EGO LEONIVS de Bruxella, an. 1215.] Fuit is, vt arbitror, ex illustri familia de Aa, cuius familiæ gentilitium insigne, Crucem videlicet transuersam seu notam istam X. quam Gallicè *Sautoir* vocant, in sigillo dicti Leonij expressam vidimus Anderlechti. Idem Leonius cum vxore sua Clementia moniales in Camera prope Bruxellam an. 1207. dotauit: vt sequenti pagina docebo.

VSI sumus sigillo domini Walteri de Aa.] In quo quidem sigillo expressus est Leo, & in pectore Leonis visitur Crux transuersa, quam *Sautoir* vulgò nuncupant. Fuit autem Walterus iste (vt existimo) filius Leonij de Bruxella & Clementiæ: quorum tabulas an. 1215. datas hoc ipso capite pag. 567. recitauimus.

THEODERICVS de Walicourt, Dominus de Aa & Lennick, Marescalcus Hannoniæ,] an. 1340. obijt. Ex Margarita de Lidekercke filium reliquit *Ioannem* de Walicuria, Marescalcum Hannoniæ, à quo

tabulæ an. 1547. scriptæ exstant in archiuio Anderlechtensis ecclesiæ. Alterutrius, nisi fallor, tumulus marmoreus exstat in naui dictæ ecclesiæ Anderlechtensis, sine inscriptione. In scuto visitur Aquila alis expansis, cum lambello, vt loquuntur.

CAPVT CCIII.

Henricis Brabantiæ Duces, Leonius Castellanus Bruxellensis, VValterus Dominus de Aa, Oliuerus de Sottegem & alij dotant Cameram monialium Abbatiam, suprà pag. 512. laudatam.

1207. MOdernis innotescat & posteris, quòd ego LEONIVS de Bruxella, de consensu vxoris meæ *Clementiæ*, decimã quam in parochia de Sanbergen possidebã, Abbatissæ & conuentui de Camera, ord. Cistertiensis, in eleëmosynam donaui. Signum Reinbaldi de Lake, Danielis, Reinbaldi de Dilbeke, militum. Actum anno M.CCVII. VII. Idus Aprilis in prædicto Cameræ cœnobio.

Ego OLIVERVS de Sottenghem, de coniugis meæ *Perone* consensu, de allodio meo decem bonaria terræ in parochia de Anderlecht sanctimonialibus de Camera contuli. Actum M.CCVII. XIV. Kalendas Septembris.

Ego HENRICVS Dei gratia Dux Lotharingię omnibus in perpetuũ. Modernis innotescat & posteris, quòd nos tres mansos incultæ terræ & nemoris fratribus & sororibus cœnobij B. Mariæ de Camera, in an. 1201. *prima ipsius fundatione, promisimus, & partem fecimus assignari. Postea verò, cùm essemus in procinctu itineris terræ Ierosolymitanæ, partem residui de nemore nostro, prædicti cœnobij terræ contiguo, assignauimus. Testes, Arnoldus de Walhein, Walterus Clutinc, Bastinus de Dist, Henricus Prits, Walterus Vleminc, & Lambertus fi-
1221. lius eius. Datum anno millesimo ducentesimo vicesimo primo, mense Iunio.

HENRICVS maior filius Ducis Lotharingię tam posteris quàm modernis notum facimus, quòd nos conuentui de Camera titulo eleëmosynæ contulimus LXXXV. bonaria terræ in quadam silva de Viluordia iacentia.

iacentia. Huic donationi testes interfuerunt, Leonius Castellanus Bruxellensis, VValterus de A, Henricus Fuscus de Isca, Derzo de Helirde, Robertus de Angia, VValterus Clutinc, VValterus de Boutersem, VVilhelmus de Borde & alij. Actum anno M.CC.XXX. 1230.

Henricus maior filius Ducis Lotharingiæ fidelibus suis Villico & Scabinis de Viluordia salutem. Constat dilectioni vestræ, quòd fratres de Camera, manentes in curia de Holthem, & commorantes in allodio de Filfordis, vsum huc vsque habuerunt in fodiendis turbis, ad opus domus suæ. Vnde vobis mandamus, quatenus prædictum vsum, quem huc vsque habuerunt qui in allodio de Filfordis commorantur, præfatos fratres pacificè possidere faciatis. Datum anno M.CC.XXXII. 1232.

VVALTERVS de A & *Arnoldus* frater suus ad posterorum transfundimus notitiam, quòd nos conuentui de Camera, ducti amore sororis nostræ, quæ ibidem Domino famulatur in habitu religioso, XXV. bonaria terræ apud *Laket*, & XIII. bonaria in *Anderlecht* in eleëmosynam contulimus. Huic donationi interfuerunt, VValterus Clutinc, Henricus de Alsenghem, Henoinus Villicus noster de A. Præsentem verò paginam sigilli Henrici Ducis, & sigilli nostri, & sigilli domini Castellani Bruxellensis appensione duximus roborari. Actum anno M.CC.XXIX. 1229.

GREGORIVS, seruus seruorum Dei, dilectis in Christo filiabus Abbatissæ de Camera, eiusque sororibus in perpetuum. Quæcumque bona monasterium S. Mariæ de Camera possidet, aut in futurum poterit adipisci, vobis illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; locum ipsum in quo præfatum monasterium situm est, grangias de *Lansrode*, Noua curia & Qualenbeca, grangiam nouam de *Houthem* cum pertinentiis suis, decimas & possessiones de *Hunsenghem*, *Holar*, *Zantberch*, *Eppenghem*, *Hallet*, *Filfort*, cum pratis, terris, vineis, nemoribus & pascuis. Datum Laterani, per manum magistri Bartholomæi S.R.E. Vicecancellarij, XI. Kal. Aprilis, Indictione VII. Dom. incarnationis anno M.CC.XXXIV. pontificatus domini Gregorij Papæ VIII. anno VIII. *Boondale*.

LEONIVS Castellanus Bruxellensis omnibus notum facimus, quòd nos domui de *Camera*, ad opus pauperum ad portam eiusdem domus, in eleëmosynam contulimus omnem censum, qui nobis debebatur de curtili quod situm est in *Bondale*, quod domus de Camera emit ex ga-

Godefridum, filium Geldolfi de Bondale, & de curtili quod similiter dicta domus emit erga Henricum fratrem eiusdem Godefridi; exceptis duobus denariis quos nobis reseruamus: ita vt sæpedicta domus præfata curtilia à nobis teneat iure hereditario sub annuo censu duorum denariorum. Hoc etiam sciri volumus, quòd nos pro necessitate pauperum subleuanda, omnes manentes & perpetuò mansuros in sæpè fatis curtilibus ab omnibus petitionibus pecuniariis, quas à vicinis suis hominibus nostris exigere consueuimus, reddimus absolutos & liberos: ius tamen dominij nostri circa eosdem nobis reseruantes. Hæc autem vt rata permaneant, præsens scriptum * sigilli nostri roboramus appensione. Actum anno M.CC.XXXIV. mense Maio.

X. *in pectore Leonis.*

ALIDIS Domina de Boular omnibus notum facimus, quòd nos donationem à domino* *Leonio* de Bruxella, viro nobili, conuentui de Camera quondam factam, titulo eleëmosynæ, de decimis de *Zanbergh*, quas ipse de manu nostra iure tenebat feodali, ratam habemus & gratam. Quidquid etiam iuris habuimus in dictis decimis præfato conuentui in eleëmosynam contulimus, de consensu filiorum nostrorum, perpetuo iure possidendum. Actum anno Domini M.CC.XXXV. mense Martio.

hoc cap. suprà.

1235.

LEONIVS Castellanus de Bruxella omnibus præsens scriptum visuris salutem. Ad notitiam vniuersorum peruenire volumus, quòd *Franco* miles de Brania, dictus de Strata, ad terram Ierosolymitanam perrecturus, duo bonaria prati, quæ à nobis apud *Rode* iure possidebat feodali, conuentui de Camera in eleëmosynam contulit. Huic donationi interfuerunt, Leonius filius noster, Godefridus de Brania, Rogerus, Arnoldus de Larbeka, Ioannes de Zauentinis. Datum anno M.CC.

1237. XXXVII.

Vniuersis Ludovvicus *Bertoldus* salutem. Innotescere volumus, quòd nos vendidimus domui de Camera V. bonaria terræ palustris. Huic facto interfuerunt, Gosuinus cognomento Boc miles, Walterus Scel-

1243. linc Dapifer noster. Datum anno M.CC.XLIII.

Vniuersis Walterus miles de *Rusebroc* salutem. Nouerint vniuersi, quòd ego vendidi domui de Camera tria bonaria siluæ, quam pater meus *Franco* miles à Duce Brabantiæ in feudum possidebat, & quæ me tamquam primogenitum filium dicti Franconis debebat contingere.

1245. Datum M.CC.XLV.

Vniuer-

Vniuersis præsentem paginam inspecturis ELISABETH Domina de Asca salutem. Nouerint vniuersi, quòd nos de consensu *VVillelmi* de Grimbergis, mariti nostri, & filiorum nostrorum *VVillelmi* & *Henrici* militum, conuentui de Camera ord. Cistertiensis vendidimus quinque bonaria in Aska. Huic facto interfuerunt, Gilbertus de Weesebeke & Macarius de Esken, milites. Actum M.CC.XLVIII. 1248.

Ego ARNOLDVS dictus de Amiles... Datum M.CC.XLVII. 1247.

Notum sit vniuersis, quòd LEONIVS Castellanus Bruxellensis, & filius eius *Leonius* miles, & iam dicti Leonij militis filia *Machteldis* resignauerunt... Actum anno M.CC.LII. 1252.

Vniuersis præsentes litteras visuris *Maria* Domina de Gasbeka, & *Henricus* de Louanio, eius natus, salutem. Vniuersitati vestræ innotescat.... Datum M.CC.LVIII. mense Martio. 1258.

IOANNES Dux Brabantiæ, Florentius Bertout Dominus Mechliniæ, Gerardus Dominus de Diest, Rogerus de Leuedale... Datum M.CC.XXII. 1222.

BEATRIX de Louanio, Domicella de Harstal, Gasbeque & Moncornet in Tirassia.... Datum M.CC.XXXIII. & M.CC.XXXIX.

CAPVT CCIV.

Arnoldus Grimbergæ Dominus, eiusq; soror & heres Oda, benefaciunt Sinuecanæ monialium Abbatiæ, suprà pag. 549. laudatæ.

EGO LEONIVS Bruxellensis Castellanus, & *Sophia* vxor mea eiusdem villæ Castellanæ, notum facimus vniuersis, quòd *Arnoldus* de Grimbergis, filius prædictæ Sophiæ vxoris meæ & Arnoldi quondam Grimbergæ Domini, septemdecim bonaria nemoris de allodio suo in Buggenhout, sita iuxta locum qui dicitur Bedrinuelt, claustro monialiũ B. Mariæ iuxta Tenremondam, ord. Cistertiensis, in eleëmosynam liberè contulit. Quæ vt rata permaneant, sigilli nostri munimine roborauimus. Actum anno Domini M.CC.XXX. mense Martio. 1230.

EGO ODA de mera volũtate matris meæ *Sophiæ*, & domini *Leonij* mariti eius, & prædilecti *VValteri* Domini de A mariti mei, liberè vendidi Abbatissæ & conuentui B. Mariæ, Cistertiensis ordinis, de Tenremõde, XVI. bonaria de allodio meo iacentia in territorio de Bugenhout. Præterea eleëmosynam quinque solidorum Bruxellensium, quos dilectus germanus meus *Arnoldus* de Grimbergis contulit prædictis Abbatissæ & conuentui, approbo, & consensum meum eidem eleëmosynæ plenè adhibeo. Actum anno Domini M.CC.XXXV. mense Maio.

1235.

Ego ODA de Grimbergis, vxor quondam viri nobilis domini Walteri A, notum facio quòd ego contuli sanctimonialibus ecclesiæ B. Mariæ de *Suiveke* in eleëmosynã sex bonaria terræ, sita in Buggenhout, quæ à me Arnoldus de Spelt miles tenuit. Actum anno M. CC. XXXVI. mense Maio.

1236.

Nouerint vniuersi, quòd vir nobilis SIGERVS miles dictus de Gandauo, & vxor ipsius *Oda* de Grimbergis, licentiauerunt cuidam homini suo Gosuino Rufo agnomine de Buggenhout, quòd ipse Gosuinus vendidit Abbatissæ & conuentui de *Suiveke* quattuor bonaria terræ sitæ in loco qui dicitur *Groot-Varent*. Actum anno M.CC.XXXVII. mense Maio.

1237.

Vniuersis Christi fidelibus dominus LEONIVS de A salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra, quòd Abbatissa & conuentus de *Suiveke* monasterij Tenremondensis, Cistertiensis ordinis, omnem terram & pratum, quæ inferiùs nominabuntur, à me tamquam à domino fundi tenent, & ea legitimè possident, & hoc eis coram meis Scabinis & hominibus recognosco: & quia super ijs indebitã moui quæstionẽ, illam penitus quitam clamaui, volens quòd hoc idem faciat meus heres. Vnde cùm ALISIA filia mea, vel si casu contingente alius fuerit heres, ad annos peruenerit discretionis, hoc idem debet recognoscere coram meis hominibus & Scabinis. Quòd si requisita facere noluerit, dabo dictis Abbatissæ & conuentui 100. libras Flandrenses, & dictam terram & pratum pacificè possidebunt eo iure quo huc vsque possederunt; & de dictis centum libris constitui eis plegios, scilicet dominum Guilhelmum de *Grimberge*, dominum Arnoldum de *Roisaere* & dominum Gerardum de *Rasenghem*. Præterea omnia bona dictis monialibus ab antecessoribus data approbo & confirmo. Hæc autem est terra & pratum de quibus suprà facta est mentio: sex bonaria terræ sitæ in loco

qui

qui dicitur *Paleke*, quam tenent dictæ moniales in allodio, & decem & septem & dimidium bonarium terræ sitæ iuxta viam Affligemensem; quatuor bonaria terræ sitæ in campo qui dicitur Groote-Varent; item quinque bonaria terræ quam tenuit frater Henricus, quam dedit postea de consensu domini Leonij. Item moniales emerunt duo bonaria prati sita in prato de Buggenhout, per consensum domini Leonij. Datum anno M.CC.LVI. mense Iunio. 1256.

Vniuersis Christi fidelibus LEONIVS de Amiles notum facio, quòd religiosæ dominæ Abbatissa & conuentus monasterij B. Marię de Suiueke iuxta Tenremondam, Cistertiensis ordinis, omnem terram subscriptam, quam in parochia de Bughenhout acquisiuerunt, à me tamquam à domino fundi tenent & possident, & à meis in perpetuum tenere & possidere tenebuntur, sub annuo censu. Et vt hæc omnia rata permaneant, præsentem paginam sigilli mei, vnà cum sigillo vxoris meę dominæ *Hymanæ*, munimine prædictis religiosis tradidimus roboratam. Datum anno M.CC.LXVII. mense Aprili. 1267.

NOTATIONES.

ARNOLDVS] siue Arnulfus, Grimbergæ pro parte Dominus, Gerardi Grimbergani & Mathildis Ninouianæ filius, suprà pag. 501. laudatus, annis 1188. 1211. 1214. floruit. Vxorem habuit *Sophiam*, quæ fœcundis nuptiis iuncta fuit Leonio Castellano Bruxellensi. Leonius (ex Sophia, nisi fallor, filium reliquit Leonium itidem Castellanum Bruxellensem. Arnoldus porrò ex Sophia genuit *Arnoldum* Grimbergæ an. 1229. Dominum, sine liberis defunctum, & *Odam*.

ODA,] pòst Arnoldi fratris sui sine liberis defuncti obitum, Grimbergæ dominium pro parte obtinuit. Nupsitque primùm Waltero de Aa, pòst Sigero de Gandauo, militi, Sigeri Castellani Gandensis filio, Hugonis itidem Castellani Gandensis fratri.

Sophia



Ex his leuiter corrige ea quæ suprà pag. 501. & 503. diximus; & disce *Odam* Arnoldi non filiam, sed sororem & heredem fuisse; itemque Odæ filio Leonio de A vxorem fuisse *Hymanam*, non Adeliciam.

Ceterùm in Cameræ monasterio prope Bruxellam exstat diploma à Leonio Castellano Bruxellensi an. 1258. signatum, & alterum à Machtilde Castellana Bruxellensi an. 1289. Gallica lingua scriptum.

CAPVT

CAPVT CCV.

Contractus antenuptialis, inter Henricum Blondum Comitem Luceburgensem & Margaritam Barrensem an. 1231. initus.

EGO ERMENSINDIS Comitissa Lucemburgensis, Marchionissa Arlunensis, notum facio, quòd *Henricus* Dominus de Lucemburg, filius meus, ducere debet in vxorem *Margaretam* filiam domini Henrici Comitis Barrensis: & idem Comes dedit filio meo prædicto in maritagio *Lineyum* & Castellaniam cum dependitiis, hominiis & domeniis..... Si verò Margaretam filiam Comitis sine herede corporis sui, vel heredes suos, si quos haberet de filio meo, sine herede mori contingeret, terra prædicta ad Comitem & heredes suos rediret. Et si Elisabeth filiam meam, prædicti Comitis sororem, filij mei Walerami vxorem, sine herede corporis sui, vel heredes suos si quos haberet, sine herede mori contingeret, *Marci-villa* & *Arencey* cum appenditiis suis, sicut ego eadem teneo in dote, redirent ad Margaretam filiam Comitis, & ad Henricum maritum eius, filium meum, & heredes eorum: & tunc terra de *Lineyo* supradicta ad Comitem Barrensem & heredes suos alios reuerteretur.... Et idem filius meus tenetur ducere in vxorem eamdem Margaretam, quàm citò ipsa ad ætatem deuenerit competentem. Et super hoc ipse filius meus fidem dedit: & ego Ermensindis Comitissa mater eius hoc matrimonium & omnes conuentiones suprà dictas tenere & facere teneri creantaui, & super his fidem dedi. Actum anno M.CC.XXXI. mense Iulij. 1231.

pag. 148.

pag. 516.

Ego ERMENSINDIS Comitissa Lucemburgensis & Rupensis promisi nobili viro *Henrico* Comiti Barrensi de matrimonio, quod debet contrahi inter *Henricum* filium meum & *Margaretam* filiam eiusdem Comitis Barrensis... Actum an. M.CC.XXXV. 1235.

Origo & incrementa Abbatiæ Grandipratensis, quæ est monachorum ord. Cistertiensis in agro Namurcensi.

Henricus Marchio Namucensis & Viennæ Comes, & *Margareta* Marchionissa & Comitissa, vxor eius, notum facimus, quòd cùm nos
Villers. per commutationem recepissemus ab Abbate & conuentu de Villari, Cistertiensis ordinis, d. Leodiensis, omnes possessiones, quas eadē Abbatia habebat apud Grande-pratum, Troncourt & Burchis, cùm suis appenditiis, & omne quod habebat ex illa parte Mosæ inter Dionantum & Hoyum & Mosam: nos easdem possessiones in allodium liberum contulimus Abbatiæ de Grandi-prato, quam fundauimus secun-
pag. 491. dùm legatum prædecessoris ac fratris nostri *Philippi* bonæ memoriæ,
1231. quondam Marchionis Namucensis. Actum M. CC. XXXI. mense Augusto.

HENRICVS Marchio Namucensis & Comes Viennæ, & *Margareta* Marchionissa & Comitissa, vxor eius, vniuersis fidelibus salutem. Ad vniuersitatis vestræ notitiam volumus peruenire, quòd nos fratribus de Villari, Cistertiensis ordinis, Leodiensis diœcesis, per commutationem in fundo & vellere contulimus quadringenta bonaria siluæ in perpetuum allodium liberè possidenda. Sciendum etiam, quòd dictas possessiones eisdem fratribus commutauimus pro possessionibus quas ipsi vltra Mosam tenebant apud Troncourt & Grande-pratum cum suis appenditiis, & pro eo quodcumque habebant inter Dinatum & Hoyum & Mosam. Quæ nobis commutata integraliter contulimus ad vsus Abbatiæ Grandis-prati, pro remedio animæ carissimi prædecessoris ac fratris nostri *Philippi*, Marchionis Namucensis, qui testamento suo Abbatiam construendam ordinauit. Actum anno
1231. M. CC. XXXI. mense Augusto.

Nos BALDVINVS heres Imperij Romaniæ, Comes & Marchio Namucensis, & Dominus Curtiniaci, notum facio quòd nos fratribus de Villari, Cistertiensis ordinis, Leodiensis diœcesis, pro commutatione à nobis ipsis facta, super possessionibus quas ipsi vltra Mosam tenebant apud Troncourt, Burchis & Grande pratum, cum suis appenditiis, & pro eo quod habebant inter Dionantum & Hoyum & Mosam,

Mosam, damus & concedimus quadraginta bonaria siluæ, in perpetuum allodium liberè possidenda. Datum Valencenis M.CC.XXXVII. 1237.
mense Aprili.

BALDVINVS heres Imperij Romaniæ, & Comes Namucensis. Ad fidelem vniuersitatem dignũ duximus peruenire, quòd nos Constantinopolim, pro negotio Crucis & sanctæ Ecclesiæ, de præcepto domini Papæ, profecturi, domui de Grandi-prato, Cistertiensis ordinis, (cuius fundator pię recordationis exstitit *Philippus*, frater noster, quondam Comes Namucensis) vendidimus centum & sexaginta nemoris, cum fundo suo, bonaria, quod nemus vulgò dicitur *Ieusol*, cuius pars est Grecerum iuxta VVarex in terra Namucensi, idem nemus cum fundo suo in allodium liberè in dictam domum transferentes. Hoc autẽ de consensu illustris domini Comitis, & serenæ Comitissæ Flandriæ & Hannoniæ, factum est, de quibus mouet Comitatus Namucensis. Actum M.CC.XXXIX. XIV. Kalendas Maij. 1239.

FERNANDVS, Flandriæ & Hannoniæ Comes, & IOANNA vxor eius, Flandriæ & Hannoniæ Comitissa, omnibus salutem. Nouerint vniuersi, quòd nos excambium quadringentorũ bonariorum nemoris, trecentorum videlicet & XXIX. & vnius iornalis de Marlaigne, in loco qui dicitur *Ofait*, & septuaginta, vno iornale minùs, in Osteng, quod *Henricus* Marchio Namucensis & Comes Viennæ, & *Margareta* vxor eius, fecerunt Abbati & conuentui, pro curte quæ Grande-pratum appellatur, cum appenditiis suis, quam habebant in Comitatu Namucensi, vbi Abbatia Cistertiensis ordinis, secundùm legatum pię recordationis *Philippi* Marchionis Namucensis, fundata est, laudamus & approbamus. Datum M.CC.XXXII. 1232.

Vniuersis Christi fidelibus THOMAS, Flandrensis & Hannonensis Comes, & IOANNA Comitissa, vxor eius, cognoscere veritatem. Cùm piæ recordationis *Philippus* Comes Namucensis in vltima voluntate Abbatiam Cistertiensis ordinis in Comitatu suo Namucensi fundari statuerit, & eadem Abbatia ab *Henrico* Comite Viennensi & *Margareta*, vxore eius, sorore bonæ memoriæ Philippi Comitis prædicti, tunc terram Namucensem possidentibus, sit fundata, & annui reditus, quos idem Philippus Comes, ad fundationem ipsius Abbatiæ, in eleẽmosynam contulerat, ab eisdem Henrico Comite & Margareta, tam in terra Namucensi quàm Flandrensi, quæ à nobis tenentur, in feudum

dati sint, & postmodum supradictæ Abbatiæ, quæ *Grande-pratum* vocata est, fundatio, & redituum dictorum assignatio & aliorum, quæ præfatus Philippus Comes memoratæ Abbatiæ de Grandi-prato donauit vel assignari præcepit, à *Balduino* Imperij Romaniæ & Namucensis Comitatus herede (postquam suprà dicta terra tamquam legitimo heredi reddita sibi fuerat, & ab eo possessa) approbata sit & confirmata: nos eadem omnia, tamquam Domini superiores, conce-
1238. dimus, approbamus & confirmamus. Datum M.CC.XXXVIII.

Hugo de Chastillon, Comes S. Pauli & Blesensis, an. 1231. *confirmat donationes à se factas monasterio Pontis Dominarum ord. Cistertiensis, quod in diœcesi Meldensi fundarat.*

EGO HVGO de Castellione, Comes S. Pauli, notum facio omnibus, quòd de assensu *Mariæ* vxoris meæ, filiæ Galteri de Auesnes & Comitis Blesensis, confirmo omnia dona quæcumque feci, antequam essem Comes S. Pauli, & postquam fui Comes, Abbatiæ sanctimonialium B. Mariæ de Ponte, Cistertiensis ordinis, à tempore quo fundaui di-
1231. ctam Abbatiam. Actum anno millesimo ducentesimo tricesimo primo, mense Aprili.

Notitia

Notatio de Comitibus S. Pauli ex familia de Chastillon. De antiquioribus Comitibus suprà pag. 414. egimus.



WALERAMVS Luxeburgius an. 1415. deceſſit, ſuodij conditus. Ex Bona vnicam reliquit filiam Ioannam Furæ ſepultam, quæ ex Antonio Burgundo Brabantiæ Duce peperit *Ioannem* Brab. Ducem, & *Philippum* Comitem S.Pauli & Ligneij.

Philippus auo ſuo materno Waleramo in Comitatu S. Pauli ſucceſſit, & cœlebs obijt.

XV. Margarita Luxeburgica Domina de Beaureuoir, Comitiſſa S.Pauli.

Petrus Luxeburgius, Comes de Conuerſan & Braine, Dominus de Enghien & Fiennes, Margaritæ in Comitatu S.Pauli ſuffectus, Eques Velleris aurei, an. 1433. obijt, ſepultus in Ceruicampo, monachorum Ciſtertienſium in Arteſia cœnobio.

Ludouicus Luxeburgius, Comeſtabilis Franciæ, anno 1475. Pariſiis capite plexus eſt iuſſu Ludouici XI. ſepultus ibidem apud Minores.

Ioannes Luxeburgius Ludouici F. perijt cœlebs ad Nanceium, pro Carolo Audace pugnans.

Petrus Luxeburgius, Ioannis frater, Angiæ 1482. obijt, in Ceruicampo conditus.

XX. Maria Luxeburgia, Petri filia, an. 1483. Iacobo Sabaudo Comiti de Romont, Ludouici Sabaudiæ Ducis filio, pòſt Franciſco Borbonio Comiti Vindocinenſi nupſit.

Franciſcus Borbonius Comes de Vendoſme & S.Paul.

Maria Borbonia, Franciſci F. ex Leonoro de Orleans, Longeuillæ Duce, genuit inter alios liberos *Henricum* Longeuillæ ac Toutevillæ Ducem & *Franciſcum*.

Franciſcus de Orleans, Comes S. Pauli, Dux de Fronſſacq, Par Franciæ, an. 1630. viuebat. De his fuſiùs Andr. Quercetanus in ſua Hiſtoria genealogica Caſtellionenſi.

CAPVT

CAPVT CCVI.

Ioanna Flandriæ & Hannoniæ Comitissa Abbatiam S. Ioannis Valentianensis dotat, Valentianense & Brugense Dominicanorum cœnobia fundat, & Athi moniales ord. Cistertiensis collocat.

FErnandus Flandriæ & Hainoniæ Comes, & *Ioanna* vxor eius, Flandriæ & Hainoniæ Comitissa, notum facimus, quòd contulimus in eleëmosynam ecclesiæ S. Ioannis in Valencenis decem modiatas nemoris, in nemore nostro de Viconia, versus villam de *Escaupons*, iuxta vinarium domini Gossardi de * *Lalaing*, pro libito voluntatis suæ incidendas, nobis & heredibus nostris altam iustitiam & cachiam venationis in prædicto nemore retinentes. Actum Valencenis anno millesimo ducentesimo tricesimo primo, mense Iulio. 1231. pag. 286. pag. 524.

IOANNA Flandriæ & Hannoniæ Comitissa omnibus salutem. Nouerint vniuersi, quòd cùm Prior S. Saluij & illius loci conuentus, & Ioannes presbyter parochialis B. Mariæ de Calceia in * Valencenis, Priori & fratribus de ordine Prædicatorũ concessissent, vt in loco eis assignato, in manso Iacobi de Campania in Valencenis, possent ecclesiam ædificare, cæmeterium habere, oblationes recipere, & alia omnia facere quæ ordinis eorum instituta requirunt; ego pro fratribus Prædicatoribus ex parte vna, & Prior & conuentus S. Saluij, & Ioannes presbyrer parochialis B. Mariæ ex altera, compromisimus in viros venerabiles, Decanum Christianitatis Valencenensis, magistrum Gerardum Remensem, Canonicum Tornacensem, & Hellinum militem, Dominum de Alneto; ratum habentes quidquid ipsi super his dicant ordinandum. Actum anno M.CC.XXXIII. mense Octobri. 1233. *Valenciennes.*

IOANNA, Flandriæ & Hannoniæ Comitissa, omnibus salutem. Nouerint vniuersi, quòd pro remedio animæ domini & mariti nostri carissimi *Ferdinandi*, felicis memoriæ, quondam Flandriæ & Hannoniæ Comitis, ac pro nostra salute, sollicitè laborauimus, vt ad ampliandum cultum Domini, & ad profectum populi domus fratrum ordinis Prædicatorũ constructur in Brugis. Et ad incohationem eiusdem

domus

domus de pecunia, quam idem dominus Comes in testamento suo assignauit, de consilio & voluntate eiusdem executorum testamenti trecentas libras dabimus, ac de nostro proprio Fratribus ibidem mansuris, ad commodum ipsorum, ædificia quædam construi faciemus. Rogamusque eosdem venerabiles & carissimos Fratres, quatenus orationibus suis pro ipso domino Comite & pro nobis deuotè orare studeant, tamquam pro fundatoribus sui loci, & in prædicationibus suis ad populum orationes faciant fieri speciales. Datum Insulæ, feria quinta
1233. post Epiphaniam, anno M.CC.XXXIII.

IOANNA Flandriæ & Hannoniæ Comitissa notum facimus vniuersis, quòd cùm quædam moniales Cistertienſis ordinis, filiæ Claræ-Vallis, in villa vel prope villam de *Audenarde* inhabitandi gratia consedissent, ibique mansiunculas suas ædificare cœpissent, nos dictum locum considerantes, quòd scilicet nec earumdem paci congrueret nec proposito conueniret, earum collegium in locũ alium, religioni monasticæ magis aptum, prope villã nostram de Ath censuimus transferendum. Et ad hoc faciendum consensum obtinuimus venerabilium patrum Cameracensis & Tornacensis Episcoporum; assensum etiam obtinuimus Abbatis & Capituli de Liessies, ad quorum personatum pertinet præfatus locus prope Ath. Et ita, de beneplacito venerabilium patrum Cistertiensis & Claræ-Vallis Abbatum, dictas moniales ex loco illo prope Audenardum, vbi manere cœperant, ad alium præfatum locum prope Ath, qui nunc *Refugium B. Mariæ* dicitur, cum suis omnibus, perpetuæ inhabitationis gratia, fecimus transmigrare.
1234. Actum anno M.CC.XXXIV.

Margarita Dampetræ Domina, pòst Flandriæ Comitissa, an. 1234. fundat cœnobium monialium ord. Cistertiensis prope Orchiacum opidum, quod inde posteà Flinas est translatum haut procùl à Duaco.

Ego MARGARETA Domina de Dampetra notum facio vniuersis, quòd pro remedio animæ meæ & domini *Willelmi* de Dampetra, quondam mariti mei, locum qui dicitur Honor B. Mariæ, situm prope villã de *Orchies* in diœcesi Tornacensi, cum omnibus appenditiis suis, contuli

contuli in eleëmosynam domino *Bernardo* & ordini Cistertiensi: ad hoc quòd sit in perpetuum Abbatia monialium eiusdem ordinis, & specialis filia Claræ-Vallis. Actum anno M.CC.XXXIV. in die S. Dionysij. 1234.

MARGARETA Flandriæ & Hannoniæ Comitissa. vniuersis præsentes litteras inspecturis salutem. Nouerit vniuersitas vestra, quòd nos ecclesiam seu monasterium sanctimonialium de *Honore B. Mariæ virginis*, Cistertiensis ordinis, quod nos pro remedio animæ nostræ & domini *Willelmi* de Dampetra, quondam mariti mei, nec non & omnium antecessorum successorumque nostrorum, iuxta Orchies primò fundauimus, ac postmodum ipsum transtulimus iuxta *Felines*, specialiùs in Domino diligentes (maximè cùm in dicto monasterio carissima filia nostra *Maria* se in Christi perpetuum dedicauerit famulatum) in perpetuam contulimus eleëmosynam.... Datum M.CC.LIII. 1253.

Walterus de Tilborg vir nobilis dotat Louanienſe S. Gertrudis cœnobium an. 1234.

Gilbertus miles de Tilborgh, nobilis vir, vniuersis notum facimus, quòd *Walterus* miles, nobilis vir de Tilborg, frater noster, tertiam partem veteris decimæ sitæ in territorio de *Bercle*, quam à nobis habuit iure feudali, in manus nostras reportauit & effestucauit, ad opus Canonicorum regularium B. Gertrudis in Louanio, nouellæ decimæ iure pag. 512.
sibi reseruato. Nos autem volentes subuenire prædictis Canonicis, decimam prænominatam eisdem contulimus, sub annuo censu duorum denariorum Colonienſium, ad Vincula B. Petri persoluendorum, ab eisdem Canonicis B. Gertrudis perpetualiter possidendam. Testes huius donationis facti sunt hi, Arnoldus nobilis vir de Dist, Arnoldus de Wesemale, Henricus & Renerus milites de Kuch, Gosuinus Boch, Otthomannus de Dormala, Henricus de Sterebeke, Wilhelmus Hosse, Henricus de Gocheuorch & alij quàm plures. Actum apud Busch, anno millesimo ducentesimo tricesimo quarto, in festo Philippi & 12[illegible]
Iacobi.

CAPVT CCVII.

Mons S. Mariæ, virginum ord. Cistertiensis cœnobium, à Ioanne de Monte, viro nobili, an. 1234. ædificatur, quod Bigardia minor dicitur, prope Bruxellam: estq; nunc Benedictinarum nigrarum.

HEnricus, maior filius Ducis Lotharingiæ, omnibus salutem. Noueritis vniuersi, quòd nos licentiauimus G. de Bellenghé monialium domum ædificare iuxta loca infrà nostrum dominium, & illam ædificatam recepimus in nostra custodia. Datum anno millesimo du-
1234. centesimo tricesimo quarto, mense Martio, apud Louanium.

GREGORIVS Episcopus S.S.D. dilecto filio Abbati Cistertiensi salutem & Apostolicam benedictionem. Dilectus filius Ioannes miles de Monte S. Mariæ nobis supplicauit, vt in monasterio de Monte S. Mariæ, quod in fundo suo cōstruxit de bonis propriis & dotauit, per te institui conuentum monialium Cistertiensis ordinis mandaremus. Honestam itaque intentionem prædicti militis attendentes, discretioni tuæ mandamus, quatenus si dictum monasterium situ loci & facultatibus est congruum ad conuentum huiusmodi ordinis memorati, obtento Episcopi diœcesani consensu, satisfacias piis votis militis supradicti. Datum Viterbij XIX. Kalend. Ianuarij, pontificatus nostri anno IX.

GODEFRIDVS Dei gratia Cameracensis Episcopus vniuersis salutem. Notum sit vniuersis, quòd O. Abbatissa, I. Præpositus, G. Decanus totumque Capitulum ecclesiæ Niuellensis nobis demonstrarunt, quòd cùm à *Ioanne* milite, dicto de Monte, in parochia de *Bellenghien*, & filia sua Priorissa de Tenremonde, Cistertiensis ordinis, rogati essent, vt ad hoc exhiberent assensum, quòd in personatu suo de Papengien, in terra dicti militis, in loco qui Mons S. Mariæ nunc temporis appellatur (solebat autem *Vareberge* antiquitus nuncupari) Abbatia monialium Cistertiensis ordinis fundaretur. Precibus eorum grato concurrentes assensu, prædictam ordinationem istam ratam habemus,

hemus, & impressione episcopalis sigilli confirmamus. Datum M. CC. XXXVI. mense Octobri. 1236.

GODEFRIDVS de Louanio, Henrici Ducis Lotharingiæ frater, salutem. Vniuersitati vestræ declaramus, quòd Ioannes de Zona, in nostrâ & Scabinorum nostrorum de Leuues præsentia constitutus, omne ius hereditarium, quod contingebat ei in decem bonariis terræ iacentis apud Zonam, in dominio nostro, Priorissæ & conuentui de Monte S. Mariæ, Cistertiensis ordinis, ratione assignamenti & collationis in eleëmosynam factæ sorori *Machtildi* de Zona, sanctimoniali loci prædicti, à prædicto *Ioanne* fratre suo, & G. patre & I. matre dictæ Machtildis, in manibus nostris, ad opus dictæ Priorissæ & conuentus loci memorati, resignauit. Adstiterunt autem, cùm hæc facta fuerunt, Oluerius miles, Gosuinus Haac, Gosuinus de Bruchem, Petrus de Cassenberge, Scabini nostri de Leuues, & Stephanus de Zirembeke, qui tunc Baliuus meus erat, & alij. Cùm igitur hereditas prædictæ terræ in hunc modum in nostris manibus sit resignata, nos eamdem Priorissæ & conuentui loci prędicti contulimus in eleëmosynâ. Actum M. CC. XXXVIII. mense Martio. 1238.

Notum sit tam præsentibus quàm futuris, quòd ego GODEFRIDVS de Louanio, Dominus de Leuue, & *Maria* vxor mea, sex bonaria tam terræ arabilis, quàm prati iacentis in loco qui dicitur *Op-Bigarden* super Zonam, in parochia de Leuue, quæ nostri fuerant iuris, Abbatissæ & monialibus de Monte S. Mariæ in puram contulimus eleëmosynâ, ad construendum & ædificandum sibi ibidem monasterium ord. Cistertiensis. Concedimus etiam eisdem potestatem ducendi aquam prædictam, scilicet Zonam, secundùm quod suæ placuerit voluntati. Nos verò & nostros successores, tamquam fundatores & conductores dicti monasterij, ad defensionem eiusdem volumus obligari. Actum M. CC. LI. mense Aprili. 1251.

Sigerus Angiæ Dominus, Ioannes de Monte vir nobilis, & Aelidis Aldenardæ ac Lessiniæ Domina, Cantipratense cœnobium, suprà pag. 460. & 504. laudatum, dotant.

Vniuersis præsentes litteras inspecturis ENGELBERTVS Dominus de Enghien salutem. Nouerit vniuersitas vestra, quòd dominus *Ioannes* de Monte miles, in præsentia mea constitutus, præsentibus hominibus meis Ducatus Brabantiæ, & Patribus eiusdem Ioannis, decem bonaria terræ in parochia de Bogardis, in nemore de Raspale, quæ à me tenebat in feodum, ecclesiæ de Cantiprato....Et vt præmissa rata permaneant, ad instantiam domini Ioannis de Monte & *Margaretæ* vxoris eius, præsentem paginam sigilli mei munimine feci corroborari. Acta
1234. sunt hæc in domo mea in nemore de *Strihout*, anno M.CC.XXXIV. mense Iunio. Ego verò SIGERVS primogenitus Domini de Enghien omnibus præmissis meum præbui assensum, & sigillum meum, cum sigillo patris mei, feci litteris præsentibus apponi.

Ego SIGERVS Dominus de Anghien notum facio, quòd omnia acquisita ab ecclesia de * Cantiprato iuxta Cameracum, in dominio & potestate mea, secundùm quod in chartis sigillo patris mei siue meo sigillatis plenius continetur, laudo & approbo: & nos *Aelidis* vxor prædicti Sigeri, & *VValterus* primogenitus eorumdem.... Actum anno
1246. M.CC.XLVI. mense Septembri, in festo SS. Cosinæ & Damiani.

Ego SIGERVS Dominus de Enghien vniuersis notum facio, quòd pro remedio animæ meæ... In cuius rei testimonium nos prædictus Sigerus Dominus de Enghien, & *Alaidis* vxor eius, & *VValterus* miles primogenitus eorumdem, præsentem chartam sigillorum nostrorum appensione fecimus roborari. Datum anno millesimo ducentesimo
1246. quadragesimo sexto, mense Septembri.

SIGERVS Dominus de Enghien vniuersis præsentes litteras visuris salutē. Nouerit vniuersitas vestra, quòd cùm lis & controuersia mota esset inter dominum *Ægidium* militem de Ham ex vna parte, & Ecclesiam de Cantiprato iuxta Cameracum ex altera, super quodam nemore sito in parochia de Berghecines, quod nemus *Balduinus* bonæ memoriæ

memoriæ de Ham miles, frater dicti Ægidij militis, dedit in eleëmosynam prædictæ ecclesiæ, præfatus Ægidius per consilium meum & Michaëlis Maioris de Brania Comitis, cum *Iacobo* primogenito suo, dictam eleëmosynam approbauit... Actum apud Haucrois, in cœmeterio retro cancellum, præsentibus, Milone Abbate de Cantiprato, Her. Capellano meo, domino Waltero Stue, domino Ioanne de Malbruc, milite, Oliuero de Tuibeke, Colino de Tonbeke, Colino de Bontage, Ostone Villico de Haucrois, Hermanno fratre suo, Colino fratre suo, Waltero Botersbruge, Ruekino de la Noet, Nicolao de Botersbruge, Scalkino Calle, & pluribus aliis. Datum anno M. CC. XLVIII. mense Februario. 1248.

NICOLAVS Dei gratia Episcopus Cameracensis.... Cùm nobilis mulier *Aelidis* Domina quondam de Audenarde, & nunc Domina de Lessines, ducentas libras donauerit ecclesiæ de Cantiprato, pro emendis reditibus ad opus vnius altaris siue Capellaniæ in ecclesia prædicta instituendæ, pro anima bonæ memoriæ *Arnoldi* quondam mariti sui defuncti, nos prædictam donationem & institutionem auctoritate nostra confirmamus. Datum anno M. CC. LIX. feria secunda ante Magdalenam. 1259.

Notatio de Dominis Angiæ.

Angia opidum Hannoniæ, Gallis *Enghien*, Flandris *Edinghem*, multos sub se pagos seu vicos parochiales comprehendit; ex quibus nonnulli sunt iuris Brabantini, alij iuris Hannonienſis. Brabantiæ feuda sunt nouem, videlicet Seneffe, Ronkiers, Hemeries, Tubiſe, Rebecque, Bierges, Bongardes, Laerbeke & Beringen: vt ex libris curiæ feudalis Brabantinæ didici.

CAPVT

CAPVT CCVIII.

Origo & incrementa Abbatiæ monachorum ord. Cistertiensis, quæ Locus S. Bernardi nuncupatur, ad Scaldim, altero milliari supra Antuerpiam.

HEnricus Dei gratia Dux Lotharingiæ vniuersis in Domino salutem. Ad vniuersitatis vestræ notitiam peruenire volumus, quòd nos ad constructionem monasterium monachorũ ordinis Cistertiensis contulimus in manus Abbatis de Villari, Leodiensis diœcesis, *VVestmalle* cum omni allodio ad eamdẽ villam pertinente, & quidquid ibidem nostri iuris est in decimis, pratis, aquis, pascuis, siluis, & silua totali quæ vocatur *Hoodonc*, cum omnibus pertinentiis suis. Facta sunt hæc in præsentia fratris Wilhelmi Abbatis Villarienſis, G. militis de Wynenghem, G. Sculteti de Herentals, Hugonis Nose de Antvverpia, Ægidij Sculteti Antvverpiensis, & aliorum. Actum apud Louanium M.CC.XXXIII. in festo B. Bernardi Abbatis. *Villers.* 1233.

ÆGIDIVS Bertoldus vir nobilis vniuersis notum fieri cupimus, quòd nos de consensu viri nobilis *VValteri* Bertoldi, domini & consanguinei nostri, quidquid iuris habemus vel habere possumus in villis de Vrimede, Millenghem, Brochem & Ouden (saluis tamen nobis & successoribus nostris hominibus feodalibus & familiis, & de sanguine, & huiusmodi iuribus superioribus) contulimus in eleëmosynam in manus Abbatis Villarienſis, Cistertiensis ordinis in Brabantia, Leodiensis diœcesis, ad fundandum monasterium monachorum eiusdem ordinis, vbicumque in prænominatis quattuor villis, infrà terminos nostros, locus ad hoc inuentus fuerit magis idoneus. Conuentus autẽ ille sumendus est de monasterio Villarienſi, & non aliunde. In memorato autem monasterio quale ius habet Dux Brabantiæ in monasterio Villarienſi, tale nobis & successoribus nostris reseruamus. Testes qui interfuerunt huic facto, sunt hi viri nobiles, Ægidius Bertoldus pater noster, Walterus Bertoldus, Henricus Bertoldus, consanguinei nostri, Nicolaus, Willelmus, filij Peregrini, Gosuinus Boc, Arnoldus Pottere, Walterus de Haght, milites, mater nostra Catha- *Vrenden.*

Catharina, vxor nostra Heluidis, & multi alij. Actum apud Berlar
1235. M.CC.XXXV. feria III. ante Purificationem B. Mariæ virginis.

Stemma AEgidij Bertoldi, qui Locum S. Bernardi fundauit.



*Do. Mechliniæ, pag. 501.

Vniuersis præsentes litteras inspecturis * WALTERVS Bertolt vir nobilis salutem. Sciant præsentes & futuri, quòd nos eleëmosynam, quam in villis de Vrimde, Millenghem, Brochem & Ouden cognatus noster *Ægidius* Bertolt contulit, ad construendum monasterium ordinis Cistertiensis, ratam habemus. Testes, Ægidius Bertolt frater domus Teutonicorũ, Henricus frater noster, Willelmus de Grimbergis, Eustatius

Eustatius Camerarius Flandriæ & Gerardus frater eius, viri nobiles; Henricus de Hexbruec,& Walterus de Hagt,milites. Actum M.CC. XXXV. feria III. ante Purificationem B.Mariæ. 1235.

HENRICVS, Dei gratia Dux Lotharingiæ, ad vniuersitatis vestræ notitiam volumus peruenire, quòd nos eleëmosynam, quam contulit vir nobilis *Ægidius* Bertout, quæ continet quidquid iuris idē Ægidius habebat in Vrimde, Millengem,* Brochem & Ouden, in manus Abbatis Villarienſis, ad opus noui monasterij monachorum ord. Cistertienſis (sicut eam vir nobilis Walterus Bertout, à quo præfatus Ægidius ipsam tenebat in feodum, in manus nostras tamquam domini superioris reportauit) ratam habemus. Testes Walterus Bertout, Arnoldus de Dist, Gerardus frater eius, viri nobiles, Henricus de Attenhonen, Walterus Clutinc, Walterus de Huldeberges, & plures alij. Actum M.CC.XXXV. menſe Martio. 1235.

HENRICVS Dei gratia Dux Lotharingiæ..Noueritis quòd nos omne allodium de villa nostra *VVestmalle*, cum omnibus decimis, siluis, pratis, terris & totali silua quæ vocatur *Hodunc*, in eleëmosynam contulimus,ad constructendum nouum monasterium Cistertienſis ordinis, quod *Locus S. Bernardi* vocabitur, in manus domini Abbatis de Villari. Testes,Godefridus de Perues,VValterus Bertaut, Arnoldus de VVeſemale, Arnoldus Dapifer de Rotſelare, Henricus de Attenhoue,Carolus de Arſchot, VValterus de Haacht, Remboldus de Thunis, Gerardus de Iska & plures alij. Datum M.CC.XXXV. menſe Martio. 1235.

EGO HENRICVS Dei gratia Dux Lotharingiæ & Brabantiæ omnibus cognoſcere veritatem. Nouerit vniuerſitas veſtra, quòd Goſuinus miles dictus Bock totum feodum,quod de nobis tenebat in territorio de * *Heimicſem*,ad opus Abbatis & conuentus de Loco S.Bernardi, Cistertienſis ordinis (qui ab ipſo Goſuino præfatum feodum titulo emptionis iustè acquiſierunt) in manus noſtras quaſi veri domini & Superioris ipſius feodi reportauit atque vverpiuit. Nos verò dictum feodum prętatis Abbati & conuentui in purum contulimus allodium, nihil iuris nobis vel poſteris noſtris, præter tres articulos altæ iustitiæ, ſcilicet manifeſtam ſanguinis effuſionem,membrorum mutilationem, & vitæ ablationem, in ipſo allodio reſeruando. Huic autem facto interfuerunt, Arnoldus Abbas Villarienſis, Abbas de Hellenchines, VVillelmus de Grimberges,Arnoldus Dapifer de Rochelar,Gerardus *Hemesſem.*

de Isca, Willelmus & Hugo fratres dicti Noise, & alij. Actum M.CC.
1243. XLIII. feria III. post festum Petri ad Vincula.

VValterus Bertoldus Mechliniæ Dominus, Ludouicus Bertoldus Berlariæ Dominus, Beatrix Henrici Bertoldi Gelæ Domini vidua, & alij monachis in Loco S. Bernardi ad Scaldim agentibus benefaciunt.

Vniuersis præsentes litteras inspecturis VVALTERVS dictus Bertolt, vir nobilis, cognoscere veritatem. Cùm piæ recordationis *Ægidius* Bertout, consanguineus meus, Abbatiã Cistertiensis ordinis de bonis suis fundari decreuerit, quidquid iuris habebat in quattuor villis Vrimde, Millegem, Brochem & Ouden, cum omni integritate, sicut de patre meo piæ memoriæ *VValtero* dicto Bertoldo in feodum tenebat, contulit in eleëmosynam, de consensu dicti *VValteri* patris mei; tali conditione quòd infra terminos prædictarum villarum Abbatia fundaretur memorata. Et quia locus competens ad id faciendum in dictis locis inueniri non potest, ego *Henrici* domini mei, Ducis Brabantiæ, & amicorum precibus inclinatus, quantum in me est, concedo dictæ Abbatiæ ad locum sibi magis aptum fieri translationem. Actum
1244. M.CC.XLIV.

Vniuersis præsens scriptum visuris vir nobilis VVALTERVS Bertout salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra, quòd nos omnes decimas, quas habuimus in Heysta, VVavvere, Rijn & Musen, contulimus in eleëmosynam, viuente prima vxore nostra *Maria*, Abbati & conuen-
1244. tui Loci S. Bernardi. Actum M.CC.XLIV. mense Iulio.

Vniuersis præsens scriptum visuris vir nobilis VVALTERVS Ber-
1244. tout, Aduocatus Machlinien sis.... Datum M.CC.XLIV.

HENRICVS Dei gratia Dux Lotharingiæ & Brabantiæ.... Noueritis
Ballar. quòd vir nobilis *Lodewicus* de * Berlar, dictus Bertout, eleëmosynam in villis de Vrimde, Millenghem, Brugheem & Ouden, quam piæ memoriæ vir nobilis *Ægidius* Bertout, ipsius germanus, iamdudum legauerat ad fundandum nouum monasterium ordinis Cistertiensis, quod nunc fundatũ *Locus S. Bernardi* vocatur, ratam habuit & acceptam. Sicque ad preces nostras concessit, vt dicti fratres ad locũ sibi magis con-

gruum

gruum suam transferant Abbatiam: ita quòd capella infrà terminos dictæ eleëmosynæ remaneat. Testes interfuerunt hi, VValterus Bertout dominus ipsius Lodevvici, Henricus Bertout, Godefridus frater noster, VVillelmus de Grimberges, Arnoldus de Rochelar Dapifer, nobiles; Henricus de Attenhoue, Gerardus de Isca, Dapifer noster, Gosuinus dictus Boc, VValterus de Hacht, VValterus Clutinc, Reinboldus de Thunis, Henricus de Heisbroeck, Alexander de Hemminesem, Daniel Castellanus de Geneppia, Godefridus de Bruel, Simon Capellanus noster, VVillelmus clericus noster & multi alij. Actum M.CC.XLV. mense Septembri, apud Ruslenberge. 1245.

Nos GVIDO Comes Flandriæ, * *Machtildis* vxor nostra, Atrebatensis Aduocatissa, Betuniæ & Tenremondæ Domina, *Henricus* de Asca miles, & *Ioanna* vxor eius, Domina de * Spineto, notum facimus, quòd nos paludem de Morska dedimus.... Actum M.CC.XLV. 1245. *pag.* 544. *Espinoy.*

VVALTERVS Bertaut, vir nobilis, Dominus de Machlinia, notum facimus, quòd VVillelmus de Ekerna decimam, quam tenebat à nobis iure feodali in parochia de Duffle, in manus nostras, ad opus Abbatis & conuentus Loci S. Bernardi, resignauit, & nos eamdem decimam & partem decimæ quam in dicta parochia possedimus, præfatis Abbati & conuentui, ob remedium animæ nostræ & dominæ *Mariæ* vxoris nostræ, contulimus. Actum M.CC.LI. 1251. *pag.* 501.

Vniuersis præsentes litteras inspecturis BEATRIX, relicta viri nobilis bonæ memoriæ *Henrici* Bertout, Domini de Gele, salutem. Nouerint vniuersi, quòd ego coram nobili viro *VValtero* Bertaut, Domino de Mechlinia, vsufructuario, quem habui in decima de Gele, quam *Henricus* filius meus Abbati & conuentui Loci S. Bernardi, Cistertiensis ordinis, vendidit, propria voluntate abrenuntiaui, nihil iuris in ea mihi reseruando. Huic abrenuntiationi interfuerunt dominus Henricus Bertaut, Arnoldus Dapifer de Rotselare, Leonius filius Castellani Bruxellensis, viri nobiles; Henricus de Boutersem, H. de Heinsbroec, Petrus de Kereberge, milites; VValterus de Haren, & plures alij. Actum M.CC.LIII. mense Maio. 1253.

Domini Dufflæ & Gelæ ex Bertoldis.



Ego LVDOVICVS vir nobilis, dictus Bertout, notum facimus quòd nos omnem eleëmosynam, quam Abbati & conuentui Loci S. Bernardi contulit felicis recordationis germanus noster *Ægidius* Bertout in villis de Vrimde, Houden, Millenghem & Broghem, ob remedium animæ nostræ & dominæ **Sophia* vxoris nostræ, ratam habemus. Datum M.CC.LXVI. mense Augusto.

* de Grasmines.

1266.

pag. 501. Vniuersis præsens scriptum visuris *VValterus* Bertout & *Maria* eius vxor salutem. Præsentium tenore testamur, quòd constituta in nostra præsentia filia nostra *Sophia*, relicta bonæ memoriæ Henrici Domini de Breda... Datum M.CC.LXX.

1270.

Vniuersis præsens scriptum visuris *Sophia* de Machlinia, relicta bonæ memoriæ Henrici quondam Domini de Breda..... Datum M.CC.LXXVIII.

1278.

Nos

Nos HENRICVS Dominus de Boutershem notum facimus, quòd in eleëmosynam contulimus Abbati & conuentui loci S.Bernardi decimam raparum apud terram nostram de *Santhouen* prouenturarum, nec non decimam geluniam in omni terra nostra. Datum apud Louanium in crastino B.Laurentij, an. M.CC.LXXIII. 1273.

Felicitas Domina de Hoboke, Henricus Duffla & Gelæ Dominus, Guilielmus de Berchem, & alij beneficia præstant dicto S.Bernardi ad Scaldim monasterio.

Vniuersis præsentes litteras inspecturis FELICITAS dicta de Pervveis, Domina de Hoboke, relicta * Godefridi Domini de Pervveis, salutem. Nouerit vniuersitas vestra, quòd nos bona, quæ ab Abbate & conuentu S. Cornelij Indensis iusto titulo acquisiuimus in territorio de * Puderse, vendidimus Abbati & Conuentui monasterij Loci S. Bernardi, Cistertiensis ordinis. Actum M. CC.LXXVIII. 1278. pag. 500. Puers.

WALTERVS dictus Bertout Dominus Machlinienſis, & *Maria* eius vxor, notum facimus quòd nos, de consensu primogeniti nostri * *VValteri* Bertout, contulimus in eleëmosynam Abbati & conuentui Loci S.Bernardi decimationem noualium quam habuimus in parochia de Duffle. His interfuerunt homines nostri feodales, Ioannes Bertout Dominus de Gramines, Ægidius Bertout frater noster, & alij. Actum M.CC.LXXX. feria quinta ante festum B.Magdalenæ. 1280. pag. 501.

Nos ARNOLDVS de Louanio, Dominus de Breda, notum facimus quòd dedimus domicellæ *Beatrici* de Breda tres sextarios siliginis, annui reditus... Huic donationi interfuerunt Ægidius de Breda & alij.... Datum M.CC.LXXXI. 1281.

*ROBERTVS de Grimbergis, Dominus de Asca, & *Maria* eius vxor, notũ facimus quòd nos vendidimus Abbati & conuentui Loci S. Bernardo... Datum M.CC.XCII. 1292.

GERARDVS dictus de Wassenberge, Dominus de Borge, notũ facio quòd Willelmus, filius quondam bonæ memoriæ Ioannis de Geneffia militis, duas partes decimæ de *Zeelem* ad opus Abbatis & conuẽtus Loci S.Bernardi donauit in eleëmosynã. Testes, Arnoldus Comes Lossensis, & VVillelmus de VVarois miles. Datum M.CC.XCIII. 1293.

HENRICVS Bertout dictus de Duſſle, miles, de Gela & de Zeelem Dominus, notum facimus quòd nos omnem calangiã, quam piæ memoriæ *Henricus* Bertout, pater meus, aut nos ſuper decima noualium in parochia de Gela contra Abbatem & conuentũ Loci S. Bernardi mouebamus, indebitam fuiſſe recognoſcimus ac minùs iuſtam. Et nos
Hunbeke. Ægidius Bertout Dominus de Hunebeke, Florentius Bertout Dominus de Berlar, Ioannes Bertout Dominus de Neckerſpule, milites, & nos Ægidius dictus de Lare, miles, ſigilla noſtra præſentibus appoſuimus in teſtimonium præmiſſorum. Datum M.CC.XCIV. in craſtino Aſ-
1294. cenſionis Domini.

IOANNES, primogenitus viri nobilis domini Ioannis Bertout dicti de Berlar, militis, notum facio quòd noſter conſanguineus *VValterus* de Hemmexem, dictus de Pouderle, recognouit ſe vendidiſſe Abbati & conuentui monaſterij Loci S. Bernardi, Ciſtertienſis ordinis, quidquid iuris habebat in L. bonariis VVaſtinæ apud Gele. Datum
1294. M.CC.XCIV.

IOANNES dictus Bertaut, primogenitus Ioannis Bertaut dicti de Berlar, notum facio quòd conſanguineus meus & feodalis dominus *VVillelmus* dictus de Berchem miles recognouit ſe vendidiſſe Abbati & conuentui monaſterij S. Bernardi prope Scelle XII. bonaria terræ arabilis in parochiis de Boughout & Vrimde Teſtes, Ioannes Bertaut dictus de Berlar, prædicti Ioannis pater, VValterus dictus de Berchem frater VVillelmi, Ludouicus dictus Bertaut, milites, & VValterus dictus de Poderle, & VVillelmus dictus Noze. Da-
1296. tum M.CC.XCVI in feſto B. Michaëlis Archangeli.

Nos IOANNES Bertaut dictus de Berlar, miles, & *Ioannes* eius primogenitus, notum facimus quòd nos eleëmoſynam vniuerſorum bonorum immobilium, datam quondam Abbati & conuentui monaſterij Loci S. Bernardi, ad fundationem prædicti monaſterij, à domino *Ægidio* Bertaut, quondam auunculo mei prælibati Ioannis dicti de Berlar militis, ratificamus. In quorum teſtimonium nos præfatis religioſis contulimus præſentes litteras, ſigillorum noſtrorũ munimine roboratas, quibus vtimur. Ego enim Ioannes dictus de Berlar, miles,
prope Harlebecam. vtor adhuc ſigillo meo quod habui eo tempore quo fui Dominus de *Gramines. Rogamus quoque Ioannem Bertaut Dominum Mechlinienſem, eius mamburuum Florentiũ Bertaut Dominum de Berlaer,

Ægidium

Ægidium Bertout Dominum de Honebeke, Henricum Bertout Dominum de Duffle, Ludouicum Bertout militem, & Rasonem Cantorem B. Mariæ ecclesiæ Antvverpiensis, fratres germanos mei Ioannis Bertout militis suprà dicti..... Datum anno M. CC. XCVI. in die S. Catharinæ. 1296.

Viro nobili consanguineo suo domino FLORENTIO dicto Bertaut, Domino de Berlar, *Ioannes* Bertout dictus de Berlar, miles, & *Ioannes* eius primogenitus, salutem. Vestræ discretioni supplicamus...Datum M.CC.XCVI. in die S. Catharinæ. 1296.

Vniuersis præsentes litteras inspecturis IOANNES dictus Bertout, Dominus Mechlinienſis, salutem. Cùm viri nobiles & consanguinei nostri & feodales, *Ioannes* Bertout dictus de Berlar, miles, & *Ioannes* eius primogenitus, de beneplacito patrui nostri & tutoris domini *Florentij* dicti Bertout, Domini de Berlar.... omnes conuentiones prædictas ratificamus. Datum M.CC.XCVIII. 1298.

Vniuersis præsens scriptum visuris ARNOLDVS de Wesemale, Dominus de Bergis, *Gerardus* & *Godefridus* fratres eius germani, milites, filij quondam piæ memoriæ domini *Gerardi* de Wesemale, Domini de Bergis, salutem.... Datum anno M.CCC.VIII. 1308.

Omnibus has litteras visuris nos *Henricus* Bertout, Dominus de Duffle & Gele, & domina *Margareta* eius coniux, notũ facimus quòd ab omni exactione libera facimus omnia bona, quæ Abbas & conuentus monasterij S. Bernardi prope Schelle possidet in nostro dominio. Et rogamus nobilem virum & dominũ nostrum * *Florentium* Bertout, *pag.* 501. Dominum Mechliniæ, à quo bona nostra in feudum tenemus, & *Gerardum* fratrem nostrum seniorem, & Scabinos nostros de Gela, vt has litteras suis etiam sigillis firmare dignentur. Datum anno Domini M CCC.XXII. Dominica post festum S. Matthiæ. 1322.

CAPVT

CAPVT CCIX.

Fons B. Mariæ, monialium ord. Ciſtertienſis Abbatia, in agro Luxeburgenſi fundatur, an. 1235.

EGo Alexander de Solubrio notũ eſſe volo, quòd de aſſenſu Theodorici Treuirorum Archiepiſcopi, in quadam parte allodij mei, in loco qui vulgariter dicitur *Fons B. Mariæ*, ſito apud *Tifferdinghen*, villam meam nuper fabricatam, in honore B. Mariæ virginis dedicandam obtuli, nouella plantatione ſanctimonialiũ ordinis Ciſtertienſis ibidem collocata. Et de aſſenſu vxoris meæ *Hadewidis*, de rebus à Deo mihi collatis quæ ſubſcripta ſunt contuli: locum videlicet dictæ fabricæ & ambitus ipſius, item curiam & bona tam in agris quàm in ſiluis apud *Hoſterborn* ad meam proprietatem pertinentia: item molendinum & viuarium in *Tifferdingen*, carratam vini ſingulis annis perſoluendam in autumno de reditibus in *Reile*; itẽ molendinũ meum in *Tunthigen* cum prato de *Holdingen*, duos manſos in *Redigen* meæ aduocatiæ, quorũ proprietatem à domino Godefrido de Pepingen & Philippo de Monte S. Martini, militibus, comparaui. Quæ autẽ ſubſcripta ſunt contuli eidem loco poſſidenda poſt mortẽ meam, ſi ea egeſtate compulſus ante mortem meam non vendidero, & ab hoc ſæculo migrauero ſine prole; videlicet familiam meam mihi ſeruili conditione annexam in Zolũbrio, & in *Rar*; item omnia bona mea tam in *Visbach* quàm in *Reile* & de *Opignen*, quæ emi à Canonicis Treuirenſibus S. Paulini. Actum anno Domini M.CC.XXXV. menſe Maio.

Tifferdangen.

1235.

Hoſpi-

Hospitalaria domus Leprosorum Gandaui an. 1236. legibus firmatur: quæ domus an. 1626. versa est in Abbatiam monialium Benedictinarum.

VValterus Tornacensis Episcopus vniuersis salutem. Cùm intellexerimus in domo Leprosorum de Gandauo erga miserabiles personas tam virorum quàm mulierum, ibidem Deo & pauperibus leprosis suis deseruientium, plurimùm feruere deuotionem & affectum, eos in nostra protectione suscipientes, nihil eis amplius oneris duximus imponendum; nisi quòd corporalem continentiam, propriorum abdicationem, & habitum religiosum, & obedientiam Magistri domus tenentur generaliter obseruare. Hæc autem quattuor fratribus & sororibus eiusdem domus, pro regula viuendi, decreuimus obseruanda. Cetera quæ emergunt in excessibus corrigendis reliquimus in diserera dispositione Magistri domus: ita tamen quòd maiores excessus, qui regulares obseruantias contingent, ad Episcopum referantur. Actum Gandaui M.CC.XXXVI. feria VI. post festum S. Martini. 1236.

Ioanna Flandriæ & Hannoniæ Comitissa Abbatiam Reclinatorij B. Virginis prope Marquettam in agro Insulensi fundat, & Bellum-pratum suprà pag. 560. laudatum dotat.

Ioanna Flandriæ & Hannoniæ Comitissa salutem. Nouerint vniuersi, quòd bonæ mem. *Ferdinandus*, quondam dominus & maritus noster, Flandriæ & Hannoniæ Comes, & nos quoddam iuxta Insulã monasterium incohauimus, quod *Reclinatorium B. Virginis* appellatur, & ad prouisionem religiosarum mulierum, ibidem sub habitu regulari Cistertiensis ordinis suo seruientium Creatori, possessiones & terras & reditus in eleëmosynã dictus Comes & nos dedimus. Sciant ergò tam posteri quàm moderni, quòd prædictus Comes & nos locum, vbi fundatum est ipsum monasteriũ, acquisiuimus, & locum vbi sita est vetus curtis. Dedimus etiam ipsi monasterio tredecim modios auenæ de decima, qui solui solebant ad breuia Spicarij Insulensis, annis singulis liberè possidendos. Dedimus præterea vnum *last* haleciũ, quod singulis

annis in festo S. Martini debet accipere apud *Mardic*.... Præterea cùm bonæ mem. *Villelmus* de Dampetra ageret in extremis, ipse & soror nostra *Margareta*, Domina de Dampetra, vxor ipsius, dederunt tres modios frumenti, & sex modios auenæ ad mensuram Duacensem, de reditu annuali, ad opus vnius Capellani. Item Sigerus de Curtraco miles vendidit monasterio prænominato reditum L. raseriarũ auenę, quem Ioannes de Gauera & fratres eius ipsi debebant militi, super quamdã decimam iacentem in eodẽ territorio de Gauera. Nos igitur
1236. omnia confirmamus..... Datum anno M. CC. XXXVI. mense Maio.

Ego Io ANNA Comitissa Flandriæ ac Hannoniæ vniuersis salutem. Innotescat præsentibus & sciant posteri, quòd ego in eleëmosynam contuli quinque bonaria nemoris mei, quod dicitur *Raspaille*, siti iuxta Geraldimontẽ, inter nemus nobilis matronæ *Aelidis* Dominæ de Boulario, & nobilis viri nemus domini Ægidij de *Hallut*, monasterio san-
pag. 560. ctimonialium, Cistertiensis ordinis, de Bello-prato in perpetuum
1237. possidenda. Actum publicè corã hominibus meis, anno M. CC. XXXVII. mense Septembri.

Comitatus Artesiæ origo.

S. Ludouicus. Ludouicus Dei gratia Francorum Rex notum facimus, quòd cùm claræ memoriæ genitor noster *Ludouicus* Rex Francorum in testamento suo ordinauerit, & pro parte hereditatis assignauerit fratri nostro Ro-
Artois. BERTO terram Atrebatesij, quam idem genitor noster ex parte matris suæ habebat, Atrebatum, S. Audomarum & Ariam, & post decessum matris nostræ *Blanca* Reginæ Francorum, Hesdinium, Bapalmum & Lens, cum eorum pertinentiis, quæ eadem domina mater nostra tenebat nomine dotalitij, ex parte Isabellæ Reginæ, auiæ nostræ, mouentia: nos eidem fratri nostro per præsentem chartam concedimus totam terram prædictam (saluis feudis & eleëmosynis, quæ tenebunt & reddentur, sicut tempore genitoris nostri) sibi & heredibus suis iure hereditario possidendam. Ita quòd tam illam terram Atrebati, S. Audomari & Ariæ, quam antea tenebamus, quàm illam quam domina mater nostra nomine dotalitij possidebat, cum eo iure quod ea-
Villenæ. dem domina mater nostra in emptione habebat, quam apud Villanas fecerat,

fecerat, sita in feodo Lensij, tamquam hereditatem suam habeat, teneat & possideat. Et ipse nobis homagium ligium inde fecit, & heredes eius nobis & heredibus nostris similiter facere tenebuntur; & nos prædictum, dotalitium, nomine matris nostræ, in loco sibi grato & placenti ad terræ æquiualentiam commutauimus eidem dominæ matri nostræ. Idem autem frater noster de prædictis, pro parte terræ quam habere debebat, se habet pro pagato: nec ipse nec heredes eius à nobis vel heredibus nostris amplius pro parte terræ possunt petere neque petent. Quod vt perpetuæ stabilitatis robur obtineat, præsentem paginam sigilli nostri auctoritate, & Regij nominis charactere inferiùs annotato fecimus confirmari. Actum apud Compendium anno M.CC.XXXVII. mense Iunio, regni nostri anno XI. adstantibus in palatio nostro, quorum nomina suppositasunt & signa. Dapifero nullo. Signum Roberti Buticularij. Camerario nullo. Signum Almarici Constabularij. Data vacante Cancellaria. LODOVICVS. 1237.

Otho Claudus Gelriæ Comes cum Henrico Montis seu Herenbergæ Domino transigit super Aduocatia Embricensi 1237.

Ego OTTO Comes Gelrensis præsenti scripto protestor, quòd super caussa, quæ inter me ex vna parte & nobilem virum fidelē & consanguineum meum dominum *Henricum* de Monte ex altera vertebatur, *Heerenberghe.* sic ordinatum est. Ego Aduocatiam, quam dictus Henricus infra fossatum Embricense habuit, ab ipso conquisiui tali conditione, quòd nulli homines, qui dominio vel iuri ipsius Henrici attinent, ab isto die in antea in libertatem Embricensibus concessam recipientur, nec ad manendum infra munitionem eamdem intrabunt. Insuper Embricenses memorato Henrico nullam prorsus iniuriam in comitia sua, siue bonis, siue rebus aliquibus irrogabunt. Testes verò qui interfuerunt huic facto, hi sunt, Otto Aquensis & Traiectensis Præpositus, Gerardus de Randenrade, Gosvvinus de Millen, VVilhelmus de Hoirne, Fridericus de Reden: & Ministeriales, Gosvvinus de Stralen, Gerardus Dapifer, Ioannes de Zutphania, & alij plures. Acta sunt hæc apud castrum Gelrense, anno Domini M.CC.XXXVII. mense Aprili, in crastino Palmarum. 1237.

Notatio de Comitibus Bergenſibus ſeu Herenbergenſibus.

HENRICVS de Monte:] quod eſt opidũ in Comitatu Zutphanienſi ſitum, Comitatus titulo nunc clarum, quod Teutonicè *Heerenberghe* nuncupant. Vetus eſt traditio, diſtrictum Montenſem ſeu Herenbergenſem eſſe portionem hereditariam ex Comitatu Zutphanienſi deſumptam: vt tabulæ publicæ an. 1482. lingua Teutonica ſcriptæ teſtantur. Sunt autem dictæ tabulæ à collegio Canonicorum S. VValburgis Zutphanienſis, & à Senatu eiuſdem vrbis ſcriptæ in fauorem *Oſualdi* Domini de Monte ſeu Bergis, qui primus Comes Bergenſis ſeu Herenbergenſis à Frederico III. Imp. creatus fuit. Cuius quidem ſtemma hìc ſubnectere haut abs re fuerit.

OTHO Dominus de Hedele, vulgò *Hele* in Bomelia inſula, ex Caſtellanis Leidenſibus & Wallenarę Dominis oriundus, Ioannis Domini de Polanen & Lec (qui Bredam an. 1351. à Ioanne II. Brab. Duce ſibi ſuiſque emit) & Margaritæ Lippienſis filius, circa an. 1390. aut 1400. duxit *Sophiam*, Montis ſeu Herenbergæ heredem, & ex ea genuit Guilielmum.

Guilielmus Herenbergæ Dominus ex Mathilde de Benthem Oſualdum ſuprà nominatum, Oſualdus primus Herenbergæ Comes ex Eliſabetha Meurſenſi Guilielmum, Guilielmus ex Anna Egmondana Oſualdum illo nomine ſecundum Comitem, Oſualdus II. ex N. Domina de Dorth Guilielmum procreauit.

Guilielmus ex Maria Naſſauia, Guilielmi Principis Arauſionenſis ſorore, Hermannum & Fredericum Velleris aurei Equites, Henricum Gelriæ Ducatus Gubernatorem, & alios liberos ſuſtulit. Hermannus ex Mancia de Wittham, Marchioniſſa Bergizomenſi, genuit Mariam-Iſabellam, dicti Marchionatus & Comitatus de Walhain heredem: quæ nupſit ALBERTO, Frederici patrui ſui filio. Iſque nunc eſt Marchio Bergizomenſis, itemque Comes Herenbergenſis & Walhainenſis in Gallo-Brabantia.

CAPVT

CAPVT CCX.

Godefridus Peruesij, Grimbergæ pro parte & Ninouiæ Dominus, eiusq; filia Maria, benefaciunt ecclesiæ Grimbergensi. Et Mariæ filius Godefridus, Comes Viandæ, benefacit ecclesiæ Niniuensi.

GODEFRIDVS Dominus de Perevveis & Ingelramnus frater eius notũ facimus, quòd nos vendimus ecclesię Grimbergensi viginti octo boneria siluæ in parochia de * *Mense*, in loco *Voerst*, præsentibus & consentientibus *Aalicia* vxore mei Godefridi, & *Agnete* vxore fratris mei Ingelramni, quæ boneria ex parte vxorum nostrarum ad nos spectabant. Actum anno M.CC.XXXVI. *pag.* 501. *Meys.* 1236.

GODEFRIDVS Dominus de Grimbergis, & *Aalicia* vxor sua.... Testes Willelmus de Lire & Henricus de Oyenbruga, milites Actum anno M.CC.XXXVII. 1237.

GODEFRIDVS Dominus de Perevveis & de Grimbergis.... Actum anno M.CC.XXXIX. & anno M.CC.XL. 1240.

NOS MARIA Comitissa de Viana, Domina de Grimbergis & Perveis, notum facimus quòd *Godefridus* noster filius maior natus, de consensu *Aleidis* vxoris suæ, vendidit monasterio Grimbergensi septuaginta vnum bonaria siluæ in loco *Assi hebroec*. Testes Godefridus miles de Hoboch, Sigerus de Damme, Willelmus de Ledeberga, nostri homines. Datum anno M.CC.LXXVIII. *pag.* 501. 1278.

MARIA Comitissa de Viana, Domina de Grimbergis & Niniue, & *Godefridus* filius noster maior natus, notum facimus quòd nos de consensu *Philippi* fratris ipsius Godefridi, monasterio Grimbergensi suam fundationem in perpetuum confirmamus. Datum anno M.CC.LXXX. Testes, Walterus Bertout filius Domini Mechliniensis, Arnoldus de Lira, milites. *pag.* 501. 1280.

GODEFRIDVS Comes de Viane omnibus salutem. Quandoquidem Abbas & conuentus Niniuensis à nobis & à nostris prędecessoribus, & ab aliis in dominio Niniuensi multa acquisierint, nos illa dicto Abbati & conuentui Niniuensi confirmamus, quocumque modo illa acquisierint, siue per emptionẽ, siue per eleëmosynam, siue per simplicem *pag.* 501. *pag.* 374.

donationé, in terris, siluis, pratis, aquis & reditibus. Et vt hæc cõfirmatio maneat firma, cum assensu dominę *Aalis* meę vxoris, dedi dicto Abbati & cõuentui has litteras meo sigillo sigillatas: & ego domina Aalis
1285. istã confirmationem approbo. Actũ anno M.CC.LXXXV. mense Maio.

Alidis Boulariæ Domina, eiusq; filius AEgidius Niger Constabularius Franciæ, & nepos Osto, itemq; Ioanna de Neuele dotant Bellopratense monasterium suprà pag. 560. memoratum.

Ego Alidis Domina de Boular vniuersis præsentium tenore declaro, quòd de assensu & voluntate filiorum meorum, videlicet *Philippi* maioris natu, *Ostonis*, *Ægidij* & *Rasonis*, domini *Gosuini* de Scendelbeka & *Adæ* filiæ, vxoris Gosuini, contuli in eleëmosynam ecclesiæ B. Mariæ de Bello-prato septem bonaria siluæ. Vt autem tam pia collatio nostra stabilis perseueret, scriptum præsens sigillo meo volui confirmare, & huic scripto præfati filij mei sua sigilla pariter appenderunt. Sed quoniam *Raso* filius meus tunc temporis proprium sigillum non habebat, vsus est sigillo Abbatis de Geraldimonte. Actum anno gratiæ M. CC.
1238. XXXVIII. mense Martio.

Vniuersis præsentes litteras inspecturis ÆGIDIVS dictus le Brun de Trazegnies, Constabularius Franciæ, salutem. Nouerint vniuersi, quòd cùm *Osto* quondam Dominus de Trazegnies, frater meus, haberet quintam partem omnium allodiorum villæ de *Grimengem*, ratione escheanciæ *Aelidis* quondam Dominæ de Boulers, matris suæ & meæ, prædictus Osto de duabus vxoribus liberos decem procreauit, quibus prædicta quinta pars dictorum allodiorum deuenit, ratione escheanciæ patris sui; quattuor verò prædictorum liberorum decem, quos de prima vxore sua *Agnete*, quondam Domina de Hakinis, procreauit, scilicet *Ægidius* & *Osto* fratres & milites, *Aelidis* & *Makeda*, sorores prædictorum militum, mihi contulerunt omnem illam partẽ, quæ ad eos deuenerat ratione prædictæ escheancię patris eorũ de illa quinta parte allodiorum, quam in villa de Grimenghem pater eorum possederat, ad faciendam meam omnimodam voluntatem. Ego verò omnem illam partem prædictæ escheanciæ prænominatorum quattuor liberorum,

ad est, quattuor ex decem.

rum, quàm mihi contulerunt, dedi Abbatiæ de *Bello-prato*, ord. Cistertiensis, iuxta Geraldi-montem.

Insuper eidem contuli inuentionem apum, quæ fieret super allodia sua. Contuli etiam quendam riuulum fluentem infra clausuras dictæ ecclesiæ. Contuli etiam singulis annis decem ancas accipiendas in villa mea prænominata. Quod vt ratum maneat, præsentes litteras dedi sigilli mei munimine roboratas. Ego verò OSTO dictus le Brun, filius domini Ægidij de Trazegnies, Constabularij Franciæ, hanc collationem approbo. Et ad maiorem securitatem sigillum meum huic chartæ, vnà cum sigillo patris mei, apposui. Datum anno Domini M.CC.LVI. mense Octobri, feria VI. post festum Lucæ Euangelistæ. 1256.

Ego IOANNA de Neuele, Domina de Boular & Scendelbeke, do in eleëmosynam Abbatissæ & conuentui Belli-prati pratum in *Ranselbeke*... pro anima dominæ meæ *Machtildis*, quæ fuit filia Roberti Boni Comitis Flandriæ, & Domina de Florines & Beuerne; pro anima *Sigeri* de Lidekercke, qui fuit Dominus de Boular; pro anima Roberti Domini de Neuele; pro anima mea Ioannæ prædictæ; pro anima *Nicolai* de Baileul, Domini de Rossoit, & pro anima *Machtildis* Dominæ de Rossoit, ipsius vxoris.... Actum anno M.CCC.XLI. die III. Martij. 1341.

Alidis Boularia Domina seruos & ancillas Boularienses an. 1238. *manumittit, & eius filius Osto, Dominus de Trasignies, an.* 1226. *Bruxellense S. Ioannis Xenodochium dotat.*

Vniuersis ad quos notitia præsentis scripti peruenerit ego ALIDIS, Domina de Boulario, salutem. Innotescat tam præsentibus quàm futuris, quòd nos de consensu filiorum nostrorum & *Adæ* filiæ nostræ, & domini Gossuini de Scendelbeka, mariti eiusdem Adæ, videlicet *Philippi* maioris natu, *Ostonis* de Trazegnies, *Ægidij le Brun* & *Rassonis*, omnes seruos & ancillas, in dominio de Boulario commorantes, absoluimus ab omni exactione & taliis: hoc excepto quòd tenebuntur domui de Boulario ad melius catellum ad mortem; & quidem tenebuntur ad nuptias puerorum meorum, & si quem contingit fieri militem, ad hoc nobis conferre iuuamen. Et contulimus eosdem seruos & ancillas & aduenas,

aduenas, si qui fortassis veniunt in terram nostram, pro licentia matrimonij contrahendi, & ad mortem ad duodecim denarios legalis monetæ patriæ, in remissionem peccatorū nostrorum, ad commorandū,
pag. 269. ecclesiæ B. Adriani de * Gerardi-monte, & manumisimus eos. Ita quòd dictæ ecclesiæ tenebuntur ad censum annualem duorum denariorum annuatim quilibet eorum, & ad sex denarios, pro licentia matrimonij contrahendi, & ad mortem ad duodecim denarios legalis monetæ patriæ, in remissionem peccatorum nostrorum & antecessorum nostrorū. Illos autem de inferiori Boulario prædicto modo contulimus ecclesiæ memoratæ, & sub eadem forma. Vt autem hæc manumissio stabilis permaneat, nos prædicti filij carissimæ matris nostræ præsentes litteras nostrorum appensionibus sigillorum fecimus robo-
1238. rari. Actum anno Domini M.CC.XXXVIII. in Cœna Domini.

Braine Chasteau. Vniuersis ego OSTO de Trasiniis, Dominus de * Brania castelli, notum facio, quòd bonæ memoriæ pater meus *Osto* contulit Hospitali B. Ioannis in Bruxella litteras suas in hunc modū. In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, ego OSTO Dominus de Trasiniis vniuersis notum fieri volo, quòd ego in nomine eleëmosynæ contuli vnum mo-
pag. 344. dium bladi, Bruxellensis mensuræ, Hospitali B. Ioannis in Bruxella, annuatim sumendum in perpetuum ad molendinum meum in Brania
1226. castelli, in Natale Domini. Actum anno M. CCC. XXVI. mense Iulio. Ego autem prædictam collationem ratam habeo: in cuius rei confirmationem præsentibus litteris sigillum meum feci apponi. Datum
1247. anno M.CC.XLVII. mense Maio.

NOTATIO.

pag. 392. Osto Trasiniaci in Gallo-Brabantia Dominus, * Par de Silly in Hannonia, Ægidij F. Ostonis N. duas habuit coniuges. Ex altera, Agnete Domina de Hakinis, genuit *Ægidium* Trasiniaci, *Ostonem* Braniæ castelli in Gallo-Brabantia, Dominos, *Alidem* & *Makedam*. Idem Herlaimontanam ord. Præmonstratensis cellam seu Prioratum, à Floreffia dependentem, tumulis Dominorū Trasiniaci celebrem, circa an. 1230. aut 1240. fundauit.

Stemma

Stemma Dominorum Trasiniaci, vulgò Trasignies.



CAPVT CCXI.

Leonius Castellanus Bruxellensis variis ecclesiis benefacit.

EGo Leonius, filius domini Leonij Castellani Bruxellensis, ad notitiam fidelium volo peruenire, quòd ego decimam totalem, sicut eam in parochia de *Levvu* à viro nobili Daniele de Wange in feodum tenebam, ad opus Abbatissæ & dominarum * *Vallis Ducu*, ord. Cisterti- *s'Hertogendale.*
ensis, in manus eiusdem Danielis reportaui, in præsentia hominum suorum, Giselberti militis de *VVesenbeke*, & Godefridi de *Stertbeke*,

in eleëmosynam perpetuam. Et vt hæc collatio illibata conseruetur, sigilli mei appensione roborandã duxi, sigillo patris mei supra nomi-
1238. nati eamdem faciens roborari. Acta sunt hæc M.CC.XXXVIII. sub testimonio domini Walteri de Sottenghem militis, & aliorum, feria post Assumptionem B. Mariæ.

Ego DANIEL de VVanghe duxi significandum, quòd *Leonius*, filius domini Leonij Castellani Bruxellensis, decimam de Levves, quam à me tenebat in feodum, in manus meas, in præsentia hominum meorum Giselberti militis de *Vvesenbeke*, & Godefridi de *Sterbeke*, ad opus Abbatissæ & conuentus Vallis Ducis reportauit, effestucauit & vverpiuit. Ego verò eamdem decimam in manus præfatæ Abbatissæ, ad opus ipsius suique conuentus, allodialiter contuli possidendam. Acta
1238. sunt hæc M.CC.XXXVIII. sub testimonio domini VValteri militis de *Zotteghem*, & aliorum.

Vniuersis LEONIVS Castellanus Bruxellensis, patronus ecclesiæ de *Holaer*, cognoscere veritatem. Nouerint vniuersi, quòd nos patronatum de Holaer, ad nostram spectantem collationem, ecclesiæ S. Gudilæ Bruxellensis contulimus perpetuò possidendum..... Actum anno
1248. Domini M.CC.XLVIII. mense Aprili.

Vniuersis LEONIVS Castellanus Bruxellensis salutem. Ad notitiam singulorum perueniat, quòd Amelricus Thesaurarius Bruxellensis ecclesiæ domistadium, in quo mansit quondam Helsuend mulier, quod idem Thesaurarius emit à nobis iure hereditario possidendum, Decano & Capitulo Bruxellensi contulit in eleëmosynam perpetuò possidendum. Prædictus verò Decanus dictum domistadium à nobis releuauit; saluo iure annui census duorum denariorum Bruxellensium, nobis & heredibus nostris in Natali Domini persoluendorum. Datum
1249. anno Domini M.CC.XLIX. mense Ianuario.

LEONIVS miles, Castellanus Bruxellensis, omnibus notificamus, quòd religiosi viri Præpositus & conuentus ecclesiæ B. Iacobi Bruxellensis acquisierunt ergà nos partem terræ nostræ allodialis, prout sita
Nota. est & adiacet domistadiis eorum, iuxta * castrum nostrum apud Frigidum-Montem, à fine domistadij super quo monet Heinricus, filius Ermentrudis, vsque ad murum, prout ibidem limitatum est & signatum, pro certa pecuniæ summa, quam dominus Præpositus & conuen-
1269. tus nobis in pecunia numerata persoluerunt. Actum anno M.CC.LXIX. mense Iulij.

Henricus

Henricus II. *Brabantiæ Dux an.* 1238. *cum VValtero Bertoldo Mechliniæ Domino paciſcitur, & eidem deſpondet Mariam, ſororis ſuæ & Guilielmi Aruerniæ Comitis filiam.*

Hæc eſt forma compoſitionis inter illuſtrem Ducem Brabantiæ & nobilem virum dominum *VValterum* Bertout; videlicet quòd omnes naues, piſces deferentes ante Antvverpiam ad Mechliniã, liberè poterunt pertranſire; perſoluto tamen teloneo, ſi quo tenentur. Item omne allodium quod poſſidet VValterus Bertout, & quod homines ſui ab ipſo tenent in feodum in terra Brabantiæ, in Marchionatu de Antvverpia, vel aliàs in dominio Ducis, præter villam de *Kini*, in manus Ducis reſignauit, & ab ipſo Duce recepit in feodum iam dictum allodium, ſalua eidem VValtero ſua iuſtitia alta & inferiori. Et quia dictus VValterus in manus Ducis præfatum allodium reſignauit, recompenſationem faciet ipſi prædictus Dux, ſecundùm dictum Arnoldi de VVeſemale, & Henrici de Vttenhouen. In nemore verò, quod VVauera dicitur, Dux habet venationem, quando ſibi placuerit. Et per hæc nihilominus dictus VValterus Bertout & ſucceſſores ſui, & homines ſui, qui aliquas partes dicti nemoris ab ipſo tenent, de dicto nemore, arboribus & fundo, ſeu feris dicti nemoris voluntates ſuas plenariè facere poſſunt. Inſuper omnia iudicia alta & inferiora, quæ ſupradictus VValterus tenet, & quæ homines ſui tenent ab ipſo, idem VValterus & ſui ſucceſſores à Duce & ſuis ſucceſſoribus in feudum tenent, & tenebunt iure perpetuo. Et ſuper præmiſſis iudiciis idem Dux prædicto VValtero firmam vvarandiam præſtabit, & litteras ſuas patentes exhibebit, & litteras teſtimoniales hominum ſuorum, videlicet Ducis de Limborch, Comitis Gelriæ, Comitis de Lon, VValerami de Limborch & aliorum. Præterea chartas, priuilegia & munimenta vniuerſa, quæ idem VValterus habet ab ipſo, ſeu ab anteceſſoribus ſuis, à Romanis Imperatoribus ſiue Regibus obtenta, apud Haſſligem per decem annos à dicto VValtero deponentur, ſub teſtimonio competenti. Super omnibus autem conſtitutionibus inter Ducem & VValterum Bertout faciendis compromiſerunt ipſi in VValterum Clue- pag. 501.

ting, Carolum de Arſchot ex parte Ducis, & Henricũ de Heiſebruch, & VVillelmum de *Echoue*, milites, ex parte VValteri Bertout. Si dicti arbitri in aliquo diſcordauerint, aſſument Godefridum de *Perveis*, cuius dictum Dux & VValterus Bertout in omnibus obſeruabunt.

Sanè notum ſit vniuerſis, quod prædictus Dux conſanguineam
pag. 501. ſuam MARIAM, primogenitam ſororis ſuæ Comitiſſæ de Aluernia, *VValtero* Bertout primogenito VValteri Bertout prædicti tradet in vxorem, & cum ea dabit eidem VValtero mille libras Flandrenſes annuatim percipiendas in certis bonis: Prædictus verò VValterus dabit dicto filio ſuo quingentas libras Flandrenſes annuatim percipiendas in certis bonis. Actum apud Louanium in craſtino B. Andreæ Apo-
1238. ſtoli, anno Domini M.CC.XXXVIII.

pag. 501. VVALTERVS Bertout Aduocatus in Mechlinia vniuerſis ſalutem. Nouerint vniuerſi, quòd nos compoſitionem inter illuſtrem Ducem Brabantiæ & nos in craſtino B. Andreæ Apoſtoli conceptam, & ſigillo noſtro munitam tenemur eidem inuiolabiliter obſeruare; hoc idem ipſi, ſub pœna duorum millium marcharum Colonienſium, promittendo. Si autem aliquid de præmiſſis nos contigerit non ſeruare, fideiuſſores ſuper hoc domino Duci dedimus, videlicet Ottonem Comitem de Gelria, Godefridum de Pervveys, Arnoldum de Dieſt, Arnoldum de VVeſemale, Henricum de Heiſebruch, VVilhelmum de Echoue, Nicolaum filium domini Peregrini militis. Actum in craſti-
1238. no B. Andreæ Apoſtoli, anno M.CC.XXXVIII.

Guilielmus Caſtellanus Audomarenſis tranſigit cum Abbate S. Bertini an. 1239.

Hoc chirographum teſtatur, quòd cùm inter Abbatem & conuen-
pag. 492. tum S. Bertini ex vna parte, & nobilem virum * *VVillelmum* Caſtellanum S. Audomari, ex altera, ſuper iure habendi cygnos in Mera, & ſuper iure tendendi retia ad capiendas aues in eadem, quod dictus Caſtellanus ad ſe pertinere dicebat, quæſtio verteretur; tandem de conſenſu vnici fratris ſui *VVillelmi* de S. Audomaro, Domini de Pergam, fuit pax inter eos reformata in hunc modum... Huic paci ego Willelmus Caſtellanus S. Audomari & ego Willelmus de S. Audomaro, Dominus

Dominus de Petgam, consentimus, coram testibus, VVillelmo Planel & Hugone de Cornhus, militibus, Willelmo Wasselun & Nicolao fratre suo, burgensibus S. Audomari. Actū apud Niuerlet M.CC.XXXIX. 1239. mense Iulio.

Notatio de Castellanis Audomarensibus & Dominis de Crequy.

Ex Castellanis Audomarensibus oriundus fuit *Gaufredus* de S. Audomaro, qui an. 1118. ordinem Templariorum militum in Syria cum Hugone Pagano instituit: vt Tyrius lib. 12. cap. 7. tradit. *Guilielmus* Castellanus Audomarensis Abbatiam S. Andreæ in Nemore, quæ est regularium ord. Præmonstratensis in diœcesi Ambianensi, prope Hesdinium Artesiæ opidum, ex loco humiliore in salubriorem, quo nunc visitur, an. 1156. transtulit.

MARGARITA, Engelrami Cameracensis Episcopi soror, quattuor maritos habuit. Primus fuit *Ioannes* primogenitus Domini Gistellæ in Flandria, cui filium peperit qui post mortem domini VValteri successit in dominio de Formeselles. Secundus Margaritæ maritus *Iacobus* de Harchicourt sine liberis decessit. Tertius fuit *VValo* de Beure, & quartus Dominus de Trasignies.

RAMELINVS Dominus de Crequy in Syria militauit, & Riuouillam Canonicorum regularium Abbatiam in Artesia & d. Bolonensi circa an. 1127. fundauit.

De Castellanis olim per Belgicam frequentibus, quos hodie Vicecomites aut Burgrauios vocant.

Apud Belgas (vt & apud Gallos ac Germanos) pleraque opida illustriora suos olim Castellanos habuerunt, quos Franci hodie Vicecomites, *Viscomtes*, Germani Burgrauios, *Borchgrauen*, nuncupant. Hi vice Comitum opidis seu burgis præerant, publicorum carcerum curam gerebant, & sua tribunalia ad ius dicendum, itemque portoria seu vectigalia sibi propria habebant. Tales in *Brabantia* fuerunt Castellani Bruxellenses, Antuerpienses, Geldonienses, Furenses, Genapienses & Grimbergani; in *Flandria* Gandenses, Brugenses, Iprenses, Tornacenses, Insulenses, Duacenses, Armentarienses, Balliolani, Borburgenses, Cortracenses, Dixmudani, Furnenses, VVinnocibergenses, Alostani, Aldeburgenses, Harlebecani, Neoportuenses, Orchiacenses, Rosslarienses; in *Artesia* Atrebatenses, Audomarenses, Arienses, Lensenses, Bapalmenses, Hesdinienses; in *Hannonia* Montenses, Valentianenses; in *Gelria* Nouiomagenses, in *Hollandia* Leidenses, Heusdani, Gertrudibergenses; in *Vltraiectina* ditione Vltraiectini, Montfortenses; item Limburgenses, Zelandienses, Cameracenses, Teruanenses, Lingenses, Mont-ioenses, & alij alibi. Ab istis Castellanis (itemque ab Aduocatis ecclesiarum Belgicarum) nobiles ac vetustæ familiæ nostrates plurimæ suas origines deducunt.

pag. 576. BRVXELLENSEM Vicecomitatum olim familiæ de * Aa, Marbais, Letdale, Petershem & Bouchout ex ordine possederunt. Margarita Danielis de Bouchout filia Euerardo Marcano marito suo Vicecomitatum

catum Bruxellenſem an.1465.in dotem attulit: quem à Roberto Marcano, Euerardi nepote, Ioannes Hannart, Eques ord. S.Iacobi, Margaritæ Villain Dominæ Lidekercanæ maritus, an.1537. emit. Pòſt ea dignitas ad familiam Henninam tranſiit, cùm Maria Hannart, Ioannis iã dicti neptis, Iacobo de Hennin, Domino de Auxi, an.1579. nupſiſſet. Iacobi filius Maximilianus, Comes de Boſſu & Baro Lidekercanus, illam Nicolao Damant Brabantiæ Cancellario an.1606. vendidit. Huius filia Anna Damant nupſit Henrico de Varick, Marcgrauio Antuerpienſi. Caſtellani porrò Bruxellienſes olim caſtrum ſuum in Monte-Frigido iuxta templum S.Iacobi habuerunt, vbi nunc eſt palatium Ducis Brabantiæ: vt ex Leonij Caſtellani tabulis hoc capite recitatis conſtat. Retrò dictum palatium ſupereſt area, quam hodieque *Borgendale* nuncupant.

Domini Diſtenſes ab annis aliquot fuerunt Burgrauij ANTVERPIENSES: quæ dignitas ad familiam Naſſauiam circa an. 1490. tranſijt, cùm Engelbertus Naſſauius, Bredæ & Leccæ Dominus, inita permutatione, à Guilielmo Duce Iuliacenſi Diſtemium, Sichenas & Selhemum accepit, pro Milla, Gangla & Vuchta. GELDONIÆ ſeu Iudoniæ in Gallo-Brabantia Vicecomes eſt Dominus de Glimes. *Furenſem* Vicecomitatum, iter Bruxellam & Louanium, an.1435. à Ioanne vandē Boſche, Arnoli F. Ioannis N. emit Ioannes Hincart, cuius ex Philippo filio neptis Ioanna nupſit N. Cortenbachio Helmondæ Domino. Caſtellanus de *Genippia* Daniel an. 1245. floruit. Burgrauiatum *Grimbergæ* diu Buſlidij tenuerunt. VValterus Caſtellanus de Grimbergis, eiuſque patruus Sigerus an.1214.& 1222. vixerunt.

GANDENSIS Vicecomitatus à familia Gandauia ad Gauerenſem ſeu Lidekercanam, pòſt ad Sottegemiam & Antonianam, ac demùm ad Meluniam tranſijt; vt ſuprà pag.202.278.& 309.docui. BRVGENSIS Caſtellania olim ad familiam de Nelle pertinuit: vt ſuprà pag.212. 510. & alibi explicatur. Ioannes de Nelle, Comitis Sueſſionenſis frater, Caſtellaniæ iſtius iura Ioannæ Flandrorum Comitiſſæ vendidit. Tietbaldus IPRENSIS Caſtellanus pag. 317. & Ioannes de Houters Burgrauius Iprenſis an.1339. floruit. Hodie gaudet ea dignitate Maximilianus-Amoraldus de Gant dictus Villain Comes Hegemienſis & Middelburgenſis, iure vxorio.

Domini

Domini Mortaniæ aliquot sæculis fuerunt Castellani *Tornacenses* Ex his Maria, Ioanni Brabantino Virsonij Domino nupta, Mortaniam & Castellaniam Tornacensem Regi Franciæ an. 1306. vendidit: vt suprà pag. 545. docui.

pag. 159. INSVLENSIVM Castellanorum catalogus exstat apud Florentium Haræum in libro quem de eisdem scripsit, & apud Buzelinum lib. 3. cap. 11. in Gallo-Flandria. Idem Buzelinus cap. 9. multa narrat de Duacensibus & Orchiacensibus Castellanis.

DVACENSIS Castellanus an. 1079. Walterus suprà pag. 205. & Michaël an. 1176. pag. 440. memorantur. G. de S. Albino Castellanus Duacensis 1207. tabulis Philippi Francorum Regis subscripsit. Vicum S. Albini, intra muros Duacenses nunc situm Comes de Lalain, hodie possidet. Mathildis de la Vigne, Castellaniæ heres, omne ius suum venditione Senatui Duacensi an. 1368. cessit: vt citato loco idem Buzelinus narrat. ARMENTERIA olim quoque Castellanum habuit: vt Buzelinus in sua Gallo-Flandria lib. 1. cap. 29. tradit. De Borburgensibus suprà pag. 284. 338. 425. Cortracensibus pag. 425. Bergensibus seu Winnoci-bergensibus pag. 458. Dixmudanis pag. 466. Furnensibus pag. 284. 302. 310. Iprensibus pag. 317. Aldeburgensibus pag. 510. Raiscensibus pag. 440. & alijs alibi egimus.

NEOPORTVENSIS Vicecomitatus heredem Ioannam, Dominã de Halevvin, Comines & Rollegẽ, an. 1559. duxit Philippus Croyus Dux Arschotanus. *VVinnoci-Bergensem* & *Furnensem* Vicecomitatus familia Hornana diu possedit. Ioannam de Honscote, Dominam dicti municipij & Houtkercæ, itemque Vicecomitissam Winnoci-Bergensem, duxit Arnoldus de Hornes, Dominus de Bausignies, Moncornet, Herstal, Hese & Geldorp: quorũ filius & heres Ioannes an. 1436. obijt. Ceterùm ex Castellanorum veterum Bergensium stirpe mascula hodieque supereſt Dominus de Raische prope Duacum & de Boubers in Artesia. Sic à Cortracensibus Castellanis originem suam deducit familia de Brakel.

ALOSTANI Vicecomitatus heredem Iosinam Tollinx matrimonio sibi iunxit Ioannes de Lire, dictus Immersele, Dominus de Ieteghem & Marcgrauius Antuerpiensis, qui mense Februario an. 1503. iuxta stilum Gallicum obijt, sepultus Antuerpiæ in choro Circumcisionis, in ecclesia cathedrali. Vide suprà pag. 423.

HARLE-

HARLEBECÆ Castellani olim fuisse putantur Domini de Halewyn, postea Carondeleti. *Rostaria*, cum Torholto opido & Winendalensi arce, à Ioanne Intrepido Burg. Duce Flandriæque Comite, an. 1409. in dotem data est Adolfo Duci I. Cliuensi, cùm Mariam eius filiam duxisset. Aldeburgensis Vicecomitatus, nisi fallor, ad Dominos Gistellæ olim pertinuit.

ARIENSIS Vicecomes est nunc Comes de Esterres idemque Marchio de Mourbeque, ex gente Montmorencia. Olim fuit Dominus Cominij: vt ex cap. 89. suprà datur intelligi. LENSENSEM Vicecomitatum hodie possidet Dominus de Recourt. Ida de Lens, Ioannis Castellani Lensensis filia & heres, nupsit Christophoro de Recourt. Ex stirpe mascula Castellanorum veterum Lensensium hodieque supersest Dominus de Rebec & Blandec.

BAPALMENSIS Vicecomes nunc est Princeps de Espinoy ex familia Melunia, tamquã Dominus de Beaumez, Latinè de Bello manso.

MONTENSIS in Hannonia Castellanus est Dux Hauræus ex familia Croya. Nicolaus de Montibus Episcopus Cameracensis, Gosuini Castellani Montensis filius, & Gosuini itidem Castellani frater, an. 1167. obijt. Vide suprà pag. 300. 383. & 478.

NOVIOMAGENSIS in Gelria Burgrauius quondam fuit Henricus de Bylant Dominus de Wel. LEIDENSIS in Hollandia Burgrauius olim fuit Wassenaræ Dominus: exstatque Leidæ etiamnum in colle vetus burgum. Mariam Wassenaræ & Castellaniæ Leidensis heredẽ duxit Iacobus Comes I. de Ligne. *Heusdensis* in Hollandiæ & Brabantiæ confinibus Castellanus an. 1134. fuit Hermannus: vt ex Bernensis monasterij archiuis didici. *Gertrudi-bergensis* Castellania olim ad familiam de Meruvve pertinuit. VLTRAIECTENSIS Castellanus Otho, cum matre sua Machtilde, an. 1136. Aldeuicense monasterium condidit. Dominam de Goye & Beuervverde, eamdemque Burgrauiam Vltraiectensem duxit Suederus Vianæ Dominus, quæ an. 1346. decessit. Ioannam Vianæ & dicti Burgrauiatus heredem matrimonio sibi iunxit VValramus Brederodæ Dominus, qui an. 1417. obijt, relicto filio Reinaldo Equite Velleris aurei.

Philippa Ioannis-Iudoci Vicecomitis *Montfortensis* filia & heres nupsit Ioanni Merodio Domino de Moriamez, & an. 1593. decessit.

Andreas de Merode, Dominus de Franckenberch, Burgrauius *Limburgensis* an. 1415. vixit. *Zelandia* Vicecomites circa an. 1300. fuerunt Domini de Voirne, & postea Domini Cruningæ. CAMERACENSES Castellani quondam fuere Domini de Oisy: de quibus fusè Baldericus in Chron. Cameracensi, & nos suprà pag. 504. & alibi. *Colonienſis* Burgrauius fuit olim Comes seu Dominus Arenbergę, cuius heredem circa an. 1300. duxit Engelbertus Comes Marcanus, qui an. 1328. decessit. Hodie Dux Arschotanus ex familia Lignæa est Princeps Comes Arenbergæ. *Teruanenſis* Vicecomitis titulo hodie gaudet Philippus de l'Espinoy. *Dorlani* Vicecomes est dominus Petrus Coloma Baro Bornhemiensis.

CAPVT CCXII.

VVesterloa & alia prædia ab Ansfrido Comite (suprà pag. 136.) ecclesiæ Vltraiectensi donata, ab eadem dantur in emphyteusim Arnoldo Domino de VVesemale eiusq; posteris.

DOminus suis reuerendis, Præposito, Decano & toti Capitulo B. Martini ecclesiæ Traiectensis *Arnoldus* miles iunior de VVesemale, & eius vxor *Elisabeth* salutem. Discretioni vestræ notum facimus, quòd cùm nobilis vir *Arnoldus* senior miles de VVesemale, ad præsidium nostri matrimonij, in donatione propter nuptias, in manus vestras vniuersa bona, quæ habebat in * *VVesterlo*, intulerit, & vos nobis eadem concesseritis ad firmam perpetuam: nos per stipulationem solennem promittimus vobis & ecclesiæ vestræ, annuatim nomine firmæ siue canonis, in Traiecto soluere decem marcas Colonienses legales, in die B. Martini hiemalis. Actum feria sexta ante Natiuitatem B. Ioannis Bap. M.CC.XL.

pag. 136.

1240.

Dominis reuerendis, Præposito, Decano, totiq́ue Capitulo B. Martini in Traiecto *Arnoldus* primogenitus domini Arnoldi de VVesemale, miles, & eius vxor *Elisabeth*, salutem. Discretioni vestræ significamus, quòd nos jus patronatus ecclesiarũ de *VVesterlo* & de *Oelue*, d. Cameracensis, quod à vobis habemus ad perpetuam firmam, Abbati & conuentui

conuentui ecclesiæ B. Mariæ in Tongerlo, Præmonstratensis ordinis, conferimus, & ad opus ipsorum in manus vestras resignamus, supplicantes quatenus eisdem ius patronatus prædictarum ecclesiarum conferre dignemini. Datum in crastino Dominicæ qua cantatur, Quasi modò geniti, M.CC.LIII. mense Iulio, Indictione XI. 1253.

N. Abbas in Tongerlo, totusque eiusdem loci conuentus notum facimus, quòd cùm ab *Arnoldo* milite iuniore de VVesemale & eius vxore *Elisabeth* duas partes maioris decimæ de VVesterlo, cum iure patronatus ecclesiarum de VVesterlo & Oelue (quæ omnia dictus Arnoldus & eius vxor à Capitulo B. Martini Traiectensis ad perpetuam firmam habebant) de consensu dicti Capituli acquisierimus; nos dicto Capitulo, à quo prædicta bona descendunt ac mouentur, tenemur annuatim soluere duas marcas Colonienses, nomine firmæ, census siue canonis annui. Datum M.CC.LIII. 1253.

EGO ARNOLDVS Dominus de VVesemale, Marscalcus Brabantiæ, miles, notum facio quòd teneor venerabilibus viris Decano & Capitulo maioris ecclesiæ Traiectensis.... In cuius rei testimonium præsentes litteras sigillo meo & sigillis Commendatoris domus Teutonicæ Traiectensis & Henrici Domini de Lecka militis contuli roboratas. Datum M.CC.LXIX. 1269.

Dilectis dominis suis, Decano & Capitulo ecclesiæ Traiectensis *Gerardus* de VVesemale, miles, Dominus de Monte super Zoma & de Harsele, quidquid potest obsequij. Vestras rogamus discretiones, quatenus monitorium nobis factum, defectu cuiusdam solutionis pecuniæ, hac vice reuocare velitis, & eam facere reuocari. Datũ M.CC.LXXX. 1280. Dominica post S. Matthæi Apostoli.

Vniuersis *Gerardus* de VVesemale, miles, Dominus de Berge super Zoom, notum facimus quòd tenemur soluere dominis Decanis & Capitulis S. Martini & S. Saluatoris ecclesiarum Traiectensium, singulis annis, infra Octauas obitus B. Martini, quattuor marcas, sex solidos, & octo denarios Colonienſium denariorum legalium. In cuius rei testimonium præsentes litteras, sigillo meo ac sigillis domini VVilhelmi de Aemstele, Præpositi ecclesiæ S. Ioannis prædicti loci, & domini Huberti de Euerdingen senioris, militis, contulimus roboratas. Datum M.CC.XC. 1290.

Gilbertus de Tilburg, Carolus & Ioannes de Arschot, viri nobiles, dotant Gertrudanum cœnobium Louanienſe, ſuprà pag. 520. laudatum.

Gilbertus miles, nobilis vir de Tilborg, vniuerſis notum facimus
pag 585. quòd ius omne quod habuimus in decima de *Bercle*, quam Giſela, relicta Arnoldi quondam Camerarij de Etthé, nobilis viri, titulo pignoris tenuit obligatam, contulimus Canonicis regularibus ordinis B. Auguſtini Præpoſito & conuentui B. Gertrudis in Louanio. Datum anno
1240. M.CC.XL. feria ſecunda poſt Vrbani.

Vniuerſis Gilbertus nobilis vir de Tilborg ſaluté. Nouerit vniuerſitas veſtra, quòd nos ad illuſtrem Principé dominum noſtrum Henricum Ducem Lotharingiæ & Brabantiæ accedentes... Teſtibus, Ottone Comite Gelriæ, Godefrido Domino de Peruvveis, Ludouico Bertout, Gerardo Domino de Iacia, Leonio Caſtellano Bruxellenſi, Henrico de Attenhoue, Gerardo de Iſcha Dapifero, Waltero Clutinck,
1244. Remboldo de Thunen, militibus. Datum M.CC.XLIV.

HENRICVS Dei gratia Dux Lotharingiæ & Brabantiæ vniuerſis ſalutẽ. In noſtra preſentia conſtitutus nobilis vir Gilbertus de Tilborg, fidelis noſter, nobis ſupplicauit, vt decimam quam habebat in parochia de *Tilborch*, & quam à nobis in feudum tenebat, liceret ei vendere. Cumque ab hominibus noſtris, paribus ſuis, in curia noſtra iudicatum fuiſſet, quòd eam vendere poſſet, ipſe eamdem decimam Præpoſito & conuentui S. Gertrudis in Louanio vendidit, & eam ad opus eorumdem in manus noſtras reportauit, vverpiuit & effeſtucauit. Nos ergò eamdem decimam Præpoſito & conuentui memoratis contulimus in elecẽmoſynam, & eam allodiauimus. Huius rei teſtes ſunt fideles noſtri, Otto Comes Gelrenſis, Godefridus Dominus de Pervveis, Ludouicus Bertout, Gerardus de Iacia, Leonius Caſtellanus Bruxellenſis, Henricus de Attenhoue, Gerardus de Iſcha Dapifer, Conſo Ioannes de Monte, Karolus de Arſchot, & plures alij. Actum apud Par-
1244. cum iuxta Louanium, in die B. Nicolai, anno M.CC.XLIV.

Vniuerſis KAROLVS de Arſchot miles ſalutem. Nouerit is quòd nos ius patronatus eccleſiæ de *Betteghem* Præpoſito & conuentui eccleſiæ

siæ S. Gertrudis in Louanio contulimus. Actum in castro prope Louanium, in præsentia domini Henrici Ducis Lotharingiæ & Brabantiæ, Comitis Lossensis, Henrici de Attenhoue, militis, VValteri Clutinck, Renboldi de Tunen, Gerardi de Ischa, Consonis Ioannis de Monte, Wilhelmi de Heuersberghe, militum, M.CC.XLIII. feria quinta ante Assumptionem B. Mariæ. 1243.

Vniuersis Arnoldus Dominus de Wesemale salutem. Nouerint vniuersi, quòd * IOANNES de Arschot, in præsentia nostra constitutus, tradidit pariter & legauit quidquid iuris habuit in iure patronatus de *VVerde* & de *Langdorpe* ecclesiæ & Præposito S. Gertrudis in Louanio & conuentui loci eiusdem, tenendum in perpetuum. Huic collationi interfuerunt, Iuanus de Winge, Reinerus de Ouerdile Inuestitus de Buschele. Fr. Hauvvelcoet, Godefridus de Hudekeem, Ioannes de Rethie, Wilhelmus de Bunde, Franco de Rillaer clericus eiusdē Domini de Wesemale, Arnoldus & Adam fratres de Thune, & quàm plures alij. Datum M.CC.LX. in die S. Thomæ Apostoli. 1260.

dictus de Schoonhoue.

Machtilis Comitissa Bolonienſis, ſuprà pag. 201. laudata, teſtamentum condit an. 1241.

Ego Machtildis, Comitissa Boloniæ, volens ordinare de bonis meis testamentum, statuo in hunc modum. In primis do & lego carissimo marito meo *Alfonso*, filio illustris Regis Portugaliæ, Comiti Boloniæ, viginti millia librarum Parisiensium.... Et quantum ad donum & legatum prædictum, ipsum Comitem maritum meum, & reuerendum patrem Robertum Episcopum Beluacensem, & carissimum consanguineum meum dominum Matthæum de Tria, constituo executores meos. Gualterus de Castellione, & ego *Ioanna* eius vxor, quorum sigilla inferiùs sunt appensa, approbamus & promittimus Comiti Boloniæ suprà dicto, quòd contra prædicta nullo vmquam tempore veniemus... Actum M.CC.XLI. mense Martio. 1241.

NOTATIONES.

ALFONSVS] Alfonsi II. Portugalliæ Regis filius, Sancio fratri suo sine liberis defuncto in regno successit: qui *Machtildem* coniugem suam effœtam & sexagenariam pertœsus, & veritus vt inopia heredum Lusitania ad Reges Castellæ iterum deuolueretur, illa superstite, scelestas nuptias cum *Beatrice* notha Alfonsi IX. Castellæ Regis contraxit. Quapropter ab Alexandro IV. Papa sacris interdictus, defuncta demũ Machtilde veniam ab Vrbano IV. impetrauit; & ex Beatrice Dionysium in regno successorem & Alfonsum Amææ dynastam an. 1279. moriens reliquit: vt Vasconcellius & alij fusè narrant.

IOANNA,] Machtildę Bolonienſis Comitiſſæ ex priore marito Philippo Claromontano Comite filia, Gualtero de Chastillon nupta, ante matrem sine liberis obijt: vt suprà pag. 212. diximus.

CAPVT CCXIII.

Hugo Castellanus Gandensis, eiusq; fratris Villani vidua Auezoeta, variis ecclesiis benefaciunt. Idem Hugo Bornhemium Margaritæ Flandrorum Comitissæ vendit.

EGo Hugo Castellanus Gandensis, & *Maria* vxor mea, notum facimus vniuersis, quòd nos ad ecclesiam S. Mariæ in Antvverpia accedentes, diuinę pietatis intuitu, cum debita solennitate, ad vsum eiusdem ecclesiæ, perpetuò manumisimus homines nostros de VVasia, seruili conditione nobis addictos (quorum nomina sunt inferiùs adnotata) cum omni posteritate ipsorum, tam præsenti quàm futura, absoluentes eos ab omni seruili conditione, qua nobis tenebantur adstricti. Manumissi autẽ singuli, in præsentia nostra, obtulerunt semetipsos dictæ ecclesiæ, cum omni posteritate sua, ad duos denarios Flandrenses soluendos annuatim in Assumptione B. Mariæ, nomine census capitalis; & quando nubunt sex denarios Flandrenses, duodecim verò quando moriuntur. Testes, Ioannes de Gandauo, miles, Sigerus frater noster, Colinus de Varendonc, Ægidius Bhuc, Balduinus de Spoiden,

Spoiden, Sigerus de Roeden, homines noſtri, & quàm plures alij tam clerici quàm laici. In teſtimonium præmiſſorum contulimus litteras noſtras tam eccleſiæ quàm manumiſſis ſupra dictis, appenſione ſigilli noſtri roboratas. Actum Antvverpiæ in eccleſia B. Mariæ M.CC.XLIII. IV. Kal. Iunij. 1243.

Nomina manumiſſorum ſunt hæc: in *Melſele* VVillelmus, Ioannes, Theodericus, Eliſabeth de Driſche, fratres & ſoror; VValterus Calevvart de Beke, Helevvigis, Gertrudis, Margareta, ſorores eius, Machtildis filia Helevvigis; filij ſororis Calevvart, VVillelmus, Giſelbertus, Liſana; Helevvigis de Driſce, filij eius Rodulphus, Sigerus, Ioannes, Gertrudis, Adaliſia. Arnoldus Sceue, Macgtildis ſoror eius, Sigerus de Rode, Margareta, filij filię Margaretæ Soeiman, Henricus, Ebin & ſoror eorum. Onulphus, Margareta, Helevvigis, Clementiæ ſorores. Sigerus Margaretæ filius; Maria, Macgtildis, filiæ Margaretę, Gertrudis, Beatrix, filiæ Hamers. Et in *Suindrecht* VVillelmus, Michaël, Sigerus de Molendino, Eliana eorum ſoror, Sigerus, Henricus, Balduinus; filij Geilæ de Scotſele, Margareta eiuſdem filia, VValterus de Piro, Bernart, Arnoldus, fratres. In *Crudbeke* Amelbergis, & ipſius filij. In *Vraſenen* Adeliſa cum ſua poſteritate, Balduinus, Gerlindus filius Margaretæ, Helevvidis, Geila, ſorores eius; Adaliſa Gocelini Sceuels filiæ, Helevvigis vltra Acker, Henricus & Balduinus. Iſti à Caſtellano Gandenſi manumiſſi ſe obtulerunt eccleſiæ B. Mariæ in Antvverpia, Sigerus VVade, Balduinus, VVillelmus, fratres filij ſororum eius.

Ego HVGO miles & Dominus de Steenlant, & Schoutetus de Aſſenede, & *Eglina* vxor mea, notum facimus omnibus, quòd nos vendidimus fratribus eccleſiæ de *Dunis*, Ciſtertienſis ordinis, omnem morum noſtrum iacentem in parochia de *Parbome*, pro trecentis libris Arteſienſibus.... Vt igitur omnia robur perpetuum obtineant firmitatis, præſentes litteras ſigillo noſtro & ſigillis *Hugonis* Caſtellani Gandenſis, *Sigeri* patrui eius, & *Gerardi* cognomine *Diaboli*, ſimiliter patrui Caſtellani Gandenſis, fecimus communiri. Actũ apud Aſſenede M.CC.XLI. 1241. *Perbome.*

Sigerus



Vniuersis Officialis Tornacensis salutem. Nouerit vniuersitas vestra, quòd cùm vir nobilis *Hugo* Castellanus Gandensis villam de *Bornhem* cum castro, allodio & omnibus pertinentiis dictorum villæ & castri, pro pretio quattuor millium quingentarum viginti sex librarum, duodecim solidorum, & septem denariorum Flandrensium, vendiderit illustri dominæ *Margaretæ* Flandriæ & Hannoniæ Comitissæ & vverpiuerit; mulier nobilis * *Maria*, vxor dicti Castellani, in præsentia nostra constituta, venditioni & vverpitioni huiusmodi consensit, & omni iuri quod in dicto castro, villa & eorum appenditiis quibuscumque habere poterat, ratione dotis suę, vel aliqua alia quacumque de caussa, ad opus dictæ dominæ Comitissæ & eius heredũ renuntiauit. Actum M.CC.L. feria sexta ante Exaltationem S. Crucis. pag. 590. 1250.

Vniuersis HVGO, Castellanus Gandensis & Dominus de Hosdinio, volumus esse notum, quòd bonæ mem. Balduinus Ingheloſenberghe miles contulit in eleëmosynam Abbati & conuentui B. Mariæ de *Baudeloo*, de consensu vxoris suæ, decimam quam ibidem Balduinus habuit iacentẽ in parochia S. Ioannis de Steene; quam idem Balduinus tenuit ab Adeliza de Quermeer, & dicta Adeliza à domino Villano milite,

milite, fratre nostro, & idem Villanus à nobis in feudum. Nos verò dictam collationem ratam habentes, concessimus plenariam potestatē dominæ Auezoetæ relictæ prædicti domini Villani, & Alexandro primogenito eius, quitandi ad opus dictæ ecclesiæ omne ius quod ipsi habent in dicta decima. Actum M.CC.LXII. feria II. post Trinitatem. 1262.

Vniuersis ego ALEXANDRER dictus *Villain*, miles & Dominus de Steene, & vxor mea, salutem. Noueritis quòd nos ordinationem factam inter Abbatem & conuentum B. Mariæ de Baudeloo ex vna parte, & bonæ mem. dominam Auezoetam matrem meam & me ex altera, competenter sigillatam diligenter inspeximus in hæc verba. Vniuersis præsentes visuris *Auezoeta*, relicta quondam domini Villani de Gandauo militis, & *Alexander* primogenitus eius, salutem. Vniuersitati vestræ significamus, quòd nos decimam sitam in parochia de Steene.... *vt supra*. Nos verò attendentes dictam ordinationem legitimè fuisse completam, ecclesiam de Baudeloo quitamus.... Datum anno M.CC.LXXIX. mense Augusto. 1279.

Robertus Betunius Tenremondæ, Ingelbertus Angiæ, Gerardus Rassegemij, Toparchæ, Suiuecanas moniales dotant.

Ego Robertus de Betunia, Dominus de Tenremonde, notum facio vniuersis, quòd concedo assignari ecclesiæ clausträli de Tenremonde à dilecta domina & amita mea *Margareta* de Tenremonde partem illam decimæ de Molenbeke, quam de me tenebat, & in eleëmosynam donari perpetuam. Datum M.CC.XXVI. mense Februario. 1226.

Ego ENGELBERTVS Dominus de * Adengem notum facio vniuersis, quòd domus de Monte B. Mariæ assignauit Abbatissæ & conuentui de Tenremonde XL. libras alborum, super quinque bonariis terræ suæ iacentis in loco qui dicitur Loch. Et dicta Abbatissa & conuentus, siue eorum nuntius, debent eligere dicta quinque bonaria in decem bonariis hereditatis, quam dicta domus de * Monte B. Mariæ de me tenet, vbicumque voluerint: ita quod residuum dictorum decem bonariorū remaneat indiuisum. Actum anno Domini M.CC.XXXVII. in Vigilia Purificationis B. Mariæ. 1237.

*pag. 590.

*pag. 586.

pag. 540. Ego *MACHTILDIS Domina de Rasseghem notum facio vniuersis, quòd ego per consensum dilecti filij mei senioris *Gerardi* contuli Abbatissæ & conuentui B. Mariæ de Suiueke iuxta Tenremondam, ordinis Cistertiensis, pro anniuersario meo & *Gilberti* mariti mei bonę memoriæ, quoddam pratum situm in palude S. Odulphi, quod emi propriis meis denariis tunc temporis dum exstiti domicella. Datum
1243. M.CC.XLIII. mense Aprili.

pag. 540. GERARDVS de Sottenghem, Dominus de Rassenghem, vniuersis salutem. Vniuersitati vestræ innotescat, quòd cum nobilis mulier Domina de Rassenghem, mater nostra, conuentui B. Mariæ de Tenremonde, ord. Cistertiensis, pro anniuersario suo & *Gilberti* mariti sui bonæ memoriæ, nobilis viri, quondam patris nostri, pratum suum in palude S. Odulphi contulisset, donationem suam laudauimus & ap-
1246. probauimus. Actum anno Domini M.CC.XLVI. mense Aprili, feria VI. post Quasi modò.

pag. 376. Vniuersis MARGARETA nobilis mulier Domina de *VVoume salutem. Vniuersitati vestræ innotescat, quòd ego dedi Abbatissæ & conuentui de Zuiueke prope Tenremondam, ord. Cistertiensis, ad anniuersarium meum & *Ioannis* bonæ mem. dilecti filij mei, XXX. solidos Flandrensis monetæ, annuatim super allodium meum apud Masmine accipiendos. Testes huius donationis sunt, nobilis mulier Domina de
pag. 540. Rassenghem *Machtildis*, filius suus *Gerardus* de Sottengem Dominus de Rassenghem, frater suus dominus *Robertus*, soror prædictorum nobilium domicella de Rassenghem *Machtildis*, & dominus Michaël de
1245. Bernet. Actum apud Zuiueke anno Domini M.CC.XLV. feria IV. post Annuntiationem B. Mariæ, mense Martio.

NOTATIONES.

MARGARETA de Tenremonde.] Walterus Teneræmondæ Dominus, Walteri filius, ex Adelisa genuit *Machtildem* Teneræmondæ Dominam, Guilielmo Rufo Betuniæ Domino nuptam, *Margaretam*
Appels. hîc laudatam (quæ Suiuecanis monialibus vicum S.* Apolloniæ aliaque prædia donauit, & cælebs obijt) & *Adelisam* Guilielmo de Grimbergis, Domino Ascæ, nuptâ. *Guilielmus* Rufus ex Machtilde Teneræmondana

mondana sustulit Danielem, Robertum, Ioannem, Guilielmum & Machtildem, suprà pag. 442. memoratos.

MACHTILDIS Domina de Rassenghem,] Guilielmi Rufi Betuniæ Domini filia, ex Gilberto Sottegemio[Rassegemij Domino peperit Gerardum, Robertum & Gilbertum, suprà pag. 540. laudatos. Ex his Gilbertus genuit Gerardum: cuius, itemque vxoris annos funerales ex veteri Necrologio hîc lubet subnectere. XVII. *die mensis Maij* 1338. *obyt Gerardus de Rassenghem, Dominus de Masmines, miles.* X. *Iannuarÿ* 1326. *obyt. Elisabeth de Maldeghem, Domina de Lecke & VVesseghem, vxor quondam Gerardi de Masmines, militis.*

Anno 1366. die 6. Martij Ioannes de Masmines contractum antenuptialem cum Margarita de Oudenhoue, Ioannis filia, inijt: dicti Ioannis patre Gerardo de Rasseghē Masminiæ Domino, cum vxore sua Margareta, & eiusdem Ioannis fratre seniore Gerardo de Masmines, Domino de Berleghem, adstantibus: vt ex tabulis publicis mihi constat.

CAPVT CCXIV.

VValterus de Auesnis & Iacobus de Condato, Domini Condatenses, benefaciunt ecclesiæ Condatensi: & consentiunt vt illius loci Canonicatus omnes ad æqualitatem redigantur.

NOuerit vniuersitas vestra, quòd Robertus de Waregny, Walterus filius eius, milites, & Ioanna de Escaupont, vxor prædicti Walteri militis, vendiderunt decimam quam habebant in territorio de Waregny, pro CCXL. libris, coram viro nobili Gerardo de Gauchia, Domino de Gommignies, à quo ipsa decima in feodum tenebatur. Actum M.CC.XL. 1240.

WALTERVS Dominus de Auesnis vniuersis notum facimus, quòd nos laudamus & approbamus, vt Iacobus de Condato, auunculus Eurardi de Condato, capellaniam constituat in ecclesia B. Mariæ de Condato, de terra quam idem Iacobus habet apud Condatum, saluo in aliis iure nostro. Datum M.CC.XLIII. feria sexta ante Pentecosten. 1243. *pag.* 410.

pag. 495. Vniuersis Iacobus de Condato, Dominus de Balliolo, salutem. Nouerint vniuersi, quòd nos laudamus & approbamus, vt Iacobus dictus de Montibus, auunculus Eurardi de Condato Castellani, capellaniã constituat in ecclesia B. Mariæ de Condato, de terra, pratis & reditibus, quæ idem Iacobus habet apud Condatum, & tenet de nobis, & hoc saluo iure nostro. Datum in Vigilia Diuisionis Apostolorum,

1243. M.CC.XLIII.

THOMAS Flandriæ & Hannoniæ Comes, & Ioanna vxor eius, Flandriæ & Hannoniæ Comitissa, omnibus salutem. Nouerint vniuersi, quòd cùm tredecim præbendæ inæquales & valore dispares, spe-

pag. 493. ctantes ad donationem nostram, essent in ecclesia * Condatensi, nos indemnitati ipsius ecclesiæ consulere volentes, ita duximus ordinandum, vt Canonicorum dictæ ecclesiæ nunc viuentium, qui consentire voluerint, dictæ præbendæ ad æqualitatem omnimodam redigantur. Si verò dicti Canonici nunc viuentes in hoc non consenserint, statuimus vt decedentibus Canonicis, qui pinguiores præbendas obtinent, præbendæ ipsorum & præbendæ minores in portiones æquales diuidantur, & accrescat minoribus præbendis quod de maioribus excrescebat; & sic fiat donec omnes præbendæ ad æqualitatem sint redactæ. Hanc autem ordinationem volumus, tamquam patroni & heredes fundatorum dictæ ecclesiæ, ab omnibus Canonicis dictæ ecclesiæ inuiolabiliter in perpetuum obseruari. Datum anno Domini M.

1243. CC.XLIII. mense Februario.

pag. 459. WALTERVS Dominus de Auesnis, & *Iacobus* de Condato, Dominus de Balliolo, patroni ecclesiæ Condatensis, omnibus salutem. Nouerint vniuersi, quòd cùm vndecim præbendæ inæquales & valore dispares, spectantes ad donationem nostram, essent in ecclesia Conda-

1245. tensi: *vt suprà*. Actum M.CC.XLV. mense Octobri.

Vniuersis Th. Præpositus, I. Decanus, totumque Capitulum Condatense salutem. Nouerit vniuersitas vestra, quòd cùm in ecclesia nostra condatensi sint duodecim præbendæ, duæ apud *Bavvegnies*, & decẽ apud *Ostiche* in Brabantia existentes, & prædictę duæ de Bavvegnies præfatis decem de *Ostich* inæquales essent & valore dispares, quarum vndecim ad virorum nobilium, *Walteri* de Auesnis, & *Iacobi* de Condato, Domini de Balliolo, duodecima verò, quæ Decania vocatur, ad Capituli ecclesiæ nostræ Condatensis noscuntur collationé pertinere, &

& præfati nobiles consenserint tanquam heredes fundatorum ecclesiæ nostræ, vt decedentibus vel resignantibus Canonicis, qui in ecclesia Condatensi obtinent XI. præbendas iam dictas, ad æqualitatem omnimodam redigantur; nos ad quorum collationem duodecima præbenda, quæ Decania vocatur, dignoscitur pertinere, statuimus & ordinamus, vt dicta duodecima præbenda ad æqualitatem omnimodam cum aliis vndecim prædictis redigatur; salua ipsi Decano portione duplici in blado, auena, denariis, cera, & aliis communibus, quam ipse Decanus in prædictis hactenus recipere consueuit vltra simplicé aliorum Canonicorum portionem. Actum M.CC.XLVII. feria secunda post Quasi modò. 1247.

Vniuersis NICOLAVS Dei gratia Cameracensis Episcopus salutem. Nouerint vniuersi, quòd cum in ecclesia Condatensi essent tredecim præbendæ inæquales & valore dispares, spectantes ad donationem dilectæ in Christo filiæ *Margaretæ*, Flandriæ & Hannoniæ Comitissæ, patronæ ipsius ecclesiæ in hac parte, nos attendentes vtilitatem iam dictæ ecclesiæ, ordinationem prædictam auctoritate ordinaria confirmamus. Actum M.CC.XLIX. mense Iulio. 1249.

NOTATIONES.

WARENIACVM, *VVaregny*,] vicus Hannoniæ prope Condatum.

ESCAVPONT] Antonino in Itinerario *Pons-Scaldi*, vicus cum ecclesia parochiali ad Scaldim fluuium, spectat ad Abbatem monasterij S. Amandi: quo loco hodieque exstant sub aquis rudera veteris pontis, à Romanis structi in via militari, quæ per illum ducebat. Huius pontis, frustrà ab aliis quæsiti, inuentionem debemus R.D. Bartholomæo Petit, Canonico Condatensi, viro curioso & erudito.

IOANNA de Escaupont] nupsit primùm VValtero Roberti filio, Domino de VVaregny, & postea circa an. 1250. Sebastiano de Helpignies, militi.

GERARDVS de GAVCHIA] aliàs Iacia vel Iacea, quæ est vetus Baronia in Gallo-Brabantia, hodie ad familiam de *Cottreau* pertinens. Eiusdem Gerardi diploma, vulgari illius æui idiomate scriptum, exstat in tabulario ecclesiæ Condatensis: *Ion Gerars de Gauche, Sires de*

Gommignies, fach à ſçauoir, que meſsires Robers de VVaregny auoit vne dime à VVaregny, lequel il tenoit de mi... Teſmoings mes hommes, Baudris de Roiſin, meſsires VVatiers de Geulaing, Rogiers de
1243. *Lemmes. Ce fut fait* 1243.



Iaceana familia, *de Iauche*, eſt vna ex antiquioribus Brabantiæ: ex qua hodieque ſupereſt Philippus de Iauche, Comes de Maſtain, Dominus de Herimez & Brugelette, qui an. 1617. duxit Mariam Merodiam F. Philippi Comitis Middelburgenſis. Suprà ad annum 1096. pag. 269. *Godeſcalcus* de Iacea laudatur. *Rainerus* Dominus de Iauche circa an. 1160. duxit Alidem filiam Goſuini Caſtellani Montenſis. Item ſuprà ad annum 1206. pag. 519. memoratur *Gerardus* Dominus de Iacea, qui duxit Meleſindem Guilielmi Domini de Gomignies F. heredem. Horum filius fuit *Gerardus*, qui Bertam Goberti de Biuuel filiam duxit, & an. 1260. varias Reliquias ſacras monachis Aquicinctinis prope Duacum donauit. *Ioannes* Dominus de Maſtain & Saſſignies duxit Eliſabetham de Rochefort, heredem de Herimez & Brugelette in Hannonia, & an. 1398. deceſſit: vt ex epitaphio conſtat. Filios reliquit, *Adrianum* qui Margaritam Roberti Domini de Maſmines, Equitis velleris aurei

aurei, filiam heredem duxit, & *Quintinum* qui Athi Franciscanorũ monasterium ædificauit, & cœlebs obijt. Reliquam stirpem à R.D. Bartholomæo Petit Canonico Condatensi exspecta; à quo & ista accepimus.

Ioannes de Iauche, Dominus de Gomignies, Guilielmi F. reliquit filiam vnicam *Annam* Dominam de Gomignies & Beuurage, Ioanni Domino de Esnes nuptam: quæ an. 1410. obijt, sepulta Condati cum altero marito Ioanne Domino de Hamaide & Condè. Ceterùm Domini de Iauche olim castrũ & vicum de *Hierge* in agro Leodicensi possederunt: vt apud Chapeauillium ad an. 1267. legitur. Hinc nonnulli conijciunt, ipsos stirpe aut saltem affinitate coniunctos fuisse cum Manasse de Hierge suprà pag. 381. laudato.

CAPVT CCXV.

Beginagium Brugense instituitur & dotatur.

EGo Euerardus Dei gratia Tornacensis Episcopus notum fieri volumus, quòd *Gertrudis* Brugensis Castellana, & filius eius *Ioannes* Castellanus, basilicæ suæ in Brugis, cùm consecraretur in honore B. Mariæ virginis, in dotem, ad vsum Roberti Capellani in vita sua & subsequentium, decimam de Lophem & C. solidos de Guinarden, rogatu mariti sui piæ recordationis *Radulfi*, in memoriam animæ ipsius Radulfi & filij sui Co. contulerunt. Signum Gerulfi S. Donatiani Decani, Theoderici Condatensis Decani, V Villelmi S. Saluatoris Decani, Desiderij Schoutteti de Maldenghiem, Iuuanni Dapiferi, V Valteri cognomento Pauperis, Anselli de Plaissiet, magistri Henrici Cancellarij, qui approbauit anno Dominicæ incarn. M.C.LXXXV. consecrationis nostræ XIII. Actum Brugis IV. Idus Septembris. *pag.* 615. 1185.

ELISABETH Dei gratia Brugensis Castellana notũ fieri volo, quòd socrus mea *Gertrudis* Brugensis Castellana, & filius eius *Ioannes* Castellanus, maritus meus, basilicæ suæ Brugensi in honore B. Mariæ virginis consecratæ, in dotem reditus nominatos in eorum scripto, pro salute animę suę & in memoriam Radulfi Castellani, contulerunt. Hanc itaque donationem approbaui, & sigilli mei appensione corroboraui. Actum Brugis M.C.LXXXV. IV. Idus Septembris. 1185.

Dominæ

Dominæ MARGARETÆ Flandriæ & Hannoniæ Comitissæ Walterus Tornacensis Episcopus salutem. Cùm bonæ mem. sororis vestræ piam voluntatem deuotione debita prosequaris, capellaniam quę fuit de Castellania Brugensi, in loco in quo manent Beghinæ Brugenses, qui dicitur *Vinea*, velitis deinceps deseruiri, ne capella consecrata sine cultu diuino remaneat, videtur nobis expediens, vt & ipsam capellam, cum omni suo ædificio, libris & ornamentis, ad præfatum locum Beghinarum transferri faciatis: & nos dictæ translationi nostrum adhibemus assensum. Et sciant, quòd nos dictum locum Beghinarum à circumiacentium parochiarum presbyterorum & personarum impetitione absoluimus, & ipsis Beghinabus, consecrato iam cœmiterio, parochiam, quæ ipsarum ambitu clauditur, concessimus speciа-
1244. lem. Datum M.CC.XLIV. Dominica post Magdalenæ.

VVALTERVS Tornacensis Episcopus salutem. Nouerit vniuersitas vestra, quòd *Margareta* Flandriæ & Hannoniæ Comitissa capellaniam (quæ quondam Castellaniæ Brugensi appendebat) sitam in burgo Brugensi iuxta ecclesiam S. Donatiani, de consensu nostro transtulit ad locum qui dicitur *Vinea* supra Roiam, iuxta domum S. Ioannis in
1245. Brugis, ad opus Beghinarum. Datum M.CC.XLV. feria III. post Resurrectionem Dominicam.

Cunigardis Comitissa Montensis ad Rhenũ Roberti-montensi virginum ord. Cist. monasterio 1244. *benefacit, eiusq; filius Adolfus Ducatum Limburgensem* 1282. *cedit Ioanni* I. *Brab. Duci.*

Henricus Dux de Lemburg, Comes de Monte, & *Kunigardis* Ducissa & Comitissa ibidem, notum facimus, quòd sororibus de Roberti-monte, pro nostrarum & successorum nostrorum remediis animarum, quolibet anno, dum glandes in nostris nemoribus creuerint,
1244. quinquaginta porcos..... Datum M.CC.XLIV. Dominica post Matthæi Apostoli.

Serenissimo domino suo Rudolpho, Dei gratia Romanorum Regi semper augusto, ADOLPHVS Comes de Monte, quidquid potest obsequij.

obſequij. Cùm nos Ducatum Limburgenſem, cum omnibus bonis quæ felicis record. dominus *Valramus* Dux Limburgenſis, patruus noſter, nec non domina *Ermengardis*, filia ſua, olim Comitiſſa Gelriæ, tenebant dum viuerent, ad nos ex morte vtriuſque, tamquam ad legitimum heredem, deuolutum donationis titulo tranſtulerimus in illuſtrem Principem dominum Ioannem Ducem Lotharingiæ & Brabantiæ, dominum noſtrum, ſimpliciter & de plano; magnificentiæ veſtræ Celſitudinem requirimus, quatenus ipſi domino Duci Ducatum ipſum, & bona ad ipſum Ducatum pertinentia concedere dignemini, cum ſolemnitatibus conſuetis. Datum M. CC. LXXXII. feria V. poſt Pentecoſten. 1282.



Theodericus de Altena (qui an. 1145. diploma Vltraiectenſe apud Ioannem Becanum ſignauit) filios reliquit, *Euerardum* monaſterij Aldebergenſis in d. Colonienſi an. 1133. conditorem, ex Comite monachum Morimundenſem ord. Ciſtertienſis in Francia, *Adolfum* Comitem de Altena & Berg. Adolfi filius *Adolfus* II. Comes Bergenſis genuit Euerardum Comitem de Altena, Fredericum & Brunonem AA. Colonienſes, & Engelbertum Comitem Montenſem. *Euerardus* Comes de Altena genuit Adolfum, Cæſario Arnoldum Comitem de Altena, & Fredericum Comitem de Marca, patrem Adolfi Comitis Marcani an. 1246. defuncti, auum Engelberti itidem Comitis Marcani. *Adolfus*

Comes de Altena suprà pag.536. fœdus Colonienſe an.1217. ſignauit, & genuit *Fredericum* Comitem de Altena, Eſſendienſis eccleſiæ Aduocatum (qui Walerami Ducis Limburgenſis filiam duxit, & ob cædem S.Engelberti A. Colonienſis an.1226. in rotam actus fuit, vt in huius vita Cęſarius refert apud Surium) Theodericum Ep.Monaſterienſem, Engelbertum electum Oſnaburgenſem, Philippum Canonicum Colonienſem, Brunonem, Guilielmum & Godefridum. Ex his iunioribus fratribus vnus aut alter putatur in Liguriam migraſſe, & familiam Altenaenſem ſeu Marcanam ibi propagaſſe: quam in Germania Adolfus Comes Marcanus, Frederici in rotam acti in Comitatu Altenaenſi ſucceſſor, longa poſterorum ſerie ad noſtra vſque tempora produxit: vt lib.1.Don.Belg. cap.93. docui.



Adolfus Comes Montenſis, S.Engelberti A.Colonienſis & martyris frater, fœdus Colonienſe ſuprà pag.536. an.1208.ſignauit, & in Syriam profectus, ibidem ad Damiatam an.1218.obijt: vt Iac. Vitriacus lib.3.Hiſt.Orientalis tradit.

CAPVT

CAPVT CCXVI.

Robertus I. *Arteſia Comes, S. Ludouici Francorum Regis frater, eiuſq; vidua Mathildis, Henrici* II. *Brab. Ducis filia, Lenſenſi eccleſiæ benefaciunt.*

ROBertus Comes Atrebatenſis omnibus ſalutem. Tenet & recitat modernorum poſteritas, qualiter olim Ieroſolymorum Rex *Godefridus* de Bullon, Dux Brabantiæ, Dominus de Lens in Arteſio, & Comes de Bolonia ſupra mare, ſuas B. Mariæ Lenſenſis & Bolonienſis eccleſias quadam prærogatiua ſpecialis amoris, pretioſis ditauit Reliquiis (quas acquiſitas in partibus tranſmarinis vtrique eccleſiæ dicitur æqualiter diuiſiſſe) reconditis ſub ſera in quadam capſa illis Reliquiis, quas ſpecialiter Lenſenſi eccleſiæ deputauit; ibiq́ue intra eamdem eccleſiã iacuiſſe creduntur vſque ad hæc tempora non inſpectæ. Quamobrem nobis & vxori noſtræ *Mathildi* viſum dignum fore, vt tam ſanctæ Reliquiæ amplius non laterent ſub modio, ſed ſuper candelabrum ponerentur. Præſentibus itaque M. Tuſculano Apoſtolicæ Sedis Legato, & *Iacobo* Attrebatenſi Epiſcopo, nec non *Henrico* Duce Brabantiæ, *VVillelmo* Comite Flandriæ, eiuſque matre & vxore Flandriæ, Comitiſſis, ac aliis multis Baronibus, capſam ipſam ſuper maius altare dictæ Lenſenſis eccleſiæ fecimus in craſtino Octauarum B. Martini hiemalis in facie omniũ aperiri. Qua aperta, Reliquiarum ſanctarum, cunctis intuentibus, reperta eſt copia intra eam. Datum M.CC.XLVII. 1247.
menſe Nouembri.

Nos MATHILDIS Attrebatenſis & S. Pauli Comitiſſa notum facimus, quòd de conſenſu mariti noſtri *Guidonis* de Caſtellione Comitis S. Pauli, & Capituli B. Mariæ Lenſenſis, ob remedium animæ noſtræ & animæ bonæ record. *Roberti* Comitis Atrebatenſis, quondam domini noſtri & mariti, capellaniã vnam fundauimus in capella caſtri Lenſenſij, quam in eodem caſtro idem Comes Robertus ædificauit. Nos autem Guido Comes fundationem dictæ capellaniæ approbauimus. Datum M.CC.LXVI. 1266.

Canonicis, itemq; Dominicanis Antuerpiensibus an. 1249. *Henricus* II. *Brab. Dux benefacit. Idem facit Guilielmus de Lira, Arnoldi filius, cum vxore sua Sibylla de Cromflit, & filio Guilielmo: approbantibus, VValtero de Berchem, aliàs de Ranst, & Gerardo de Ischa.*

HEnricus, Dei gratia Lotharingiæ & Brabantiæ Dux, vniuersis salutem. Licet Capitulum B. Mariæ Antvverpiensis olim à progenitoribus nostris obtinuerit sibi dari in eleëmosynam fossatum, iacens inter domum Hugonis Volardi & pontem Reinoldi, ita quòd idem fossatum perpetuò vacuum iaceret, ad opus ipsius ecclesiæ; nos tamen attendentes dictæ ecclesiæ minùs obesse, quòd ædificia in præfato fossato construantur, dictum fossatum, de assensu ipsius Capituli, ad annuam census pensionem dari decreuimus ijs qui ædificia construent in eodem. Ita quidem, quòd totalis census, qui inde prouenier, pro vna medietate ad nos & successores nostros, pro alia verò ad dictum Capitulum perpetuò pertinebit. Testes huius rei sunt, Godefridus Dominus de Pervveis, Walterus Clutine, Henricus de Sterbeke, Henricus de Vilforden, & Petrus de Haren. Actum M. CC. XLIX. in 1249. octaua B. Mariæ Magdalenæ.

HENRICVS Dei gratia Dux Lotharingiæ Scolteto Scabinis, ceterisque opidanis Antuerpiensibus salutem. Cùm fratres ordinis Prædicatorum elegerint in nostro opido mansionem, illum fundum, quem quondam *Arnoldus de Lira*, & *VVillelmus* post eum, natus eius, occuparant minùs iustè, eò quòd ad nostrum dominium noscebatur pertinere, insuper & fossata antiqua & noua, quibus area ipsorum dignoscitur circumcingi, cum via à tergo eorum exeunte versus portam vaccarum, eorumdem fratrum vsui deputamus. Datum apud *Lundersele* 1249. in vigilia Pentecostes M. CC. XLIX.

VNiuersis HVGO dictus Noze, opidanus Antuerpiensis, notum facio quòd cùm olim *VVillelmus*, quondam Arnoldi de Lira filius, fundum quendam super *Drift* in Antvverpia, quem à me tenebat in feodum,

dum, & domum superpositam, cum suis attinentiis, Fratribus ordinis Prædicatorum, in eodem opido commorantibus, in suo testamento legasset, consensum voluntarium in præmissis adhibere curaui. Datum M.CC.XLIX. 1249.

Vniuersis Scoltetus & Scabini Antuerpienses salutem. Nouerit vniuersitas vestra, quòd cùm *Sibylia* relicta Willelmi de Lira, & *VVillelmus* filius suus, quem habuit ex dicto Willelmo, Walterum de *Berchem*, militem, tutorem suum fecerint coram nobis, idem miles in nostra præsentia constitutus recognouit, quòd præfatus Willelmus fundum & domum sitam super *Driſt* Fratribus ord. Prædicatorum de Antvverpia in eleëmosynam contulit. Actum Antvverpiæ M.CC.LI. 1251.

Vniuersis WALTERVS de Berchem miles salutem. Cùm *VVillelmus* dictus de Lira legauerit Fratribus ord. Prædicatorum in Antvverpia domum suam cum fundo sitam super *Dries* in Antvverpia, & post decessum dicti Willelmi, *Sibylia* relicta sua, & *VVillelmus* filius suus, me constituerint tutorem suum, vniuersitati vestræ notum facio, quòd ego prædictam domum cum fundo reportaui in manus Thomæ Scabini Antvverpiensis, ad opus dictorum fratrum. Præsenti itaque scripto, sub testimonio Samuelis Decani Antuerpiensis, Ioannis presbyteri de Ranst, Michaëlis militis, & *Catharina* vxoris meæ, sigillum meum appendi. Datum M.CC.LI. 1251.

Vniuersis ANTONIVS de Cromflit salutem. Cùm bonæ mem. *VVillelmus* dictus de Lira, maritus filiæ meæ Sibyliæ, fundum & domum suam sitam super *Driesch* in Antvverpia fratribus ord. Prædicatorum Antvverpiensium, de consensu eiusdem filiæ meæ Sibyliæ, vxoris suæ, in eleëmosynam dederit, nos ratam habentes eamdem eleëmosynam, ne dicti fratres ex parte Willelmi, quem Sibylia ex prædicto Willelmo genuit, qui adhuc infra annos est, in posterum molestentur, obligamus nos pro eodem. Datum M.CC.LI. 1251.

WALTERVS miles de *Ranst*, dictus de *Berchem*, quòd cum olim inter *Sibyllam*, relictam Willelmi de Lira ex vna parte, & fratres Prædicatores Antvverpiæ commorantes ex altera, gratis quæstio verteretur.... Datum M.CC.LX. 1260.

GERARDVS de Ischa miles, & vxor eius *Oda* de Anderstat, notum facimus, quòd bonæ mem. *Hugo Noze*, socer noster, habens affectum specialem ad promotionem Fratrum ord. Prædicatorum in Antvver-

pia, contulit eis in eleëmosynam allodium suum iacens ante portam ipsorum, quod protenditur à domo quondam Euerardi Noze vsque ad molendinum aquaticum. Nos igitur & liberi nostri, quantum in nobis est, prædictam donationem approbamus. Datum
1262. M.CC.LXII.

GERARDVS de Lske miles, & vxor eius *Oda* de Anderstat, notum facimus quòd *VVillelmus*, natus Arnoldi de Lira, legauit in testamento suo fratribus Prædicatoribus in Antvverpia domum suam supra *Driesch*, & fundum ibidem iacentem, tali apposita conditione, quòd dicti fratres soluerent LX. libras Louanienses legatariis sui testamenti. Defuncto verò dicto Willelmo, cùm postea nasceretur ei filius, Walterus de Berchem miles, dicti pueri tutor, prædictam donationem ratam habuit. Cui donationi & ratihabitioni bonæ mem. Hugo Noze, quondam socer noster, & pater vxoris nostræ, tamquam dominus feodi, suum præbuit assensum. Procedente verò tempore cùm dictus puer *VVillelmus* venisset ad annos pubertatis, præfatam donationem à patre suo factam approbauit. Nos autem & liberi nostri supradictæ donationi consentimus; renuntiantes omni iuri quod nobis competere
1264. poterat in domo vel fundo suprà dictis. Datum M.CC.LXIV.

Nos Decanus, Capitulum & Plebanus Lirensis ecclesiæ vniuersis salutem. Noueritis quòd Gerardo de Ische, militi, Dapifero Ducis Lotharingiæ & Brabantiæ, & vxori eius *Odæ*, & posteris eorumdem, quantum in nobis erat, nostrum præbuimus assensum, quòd ipsi & eorum successores capellam deinceps habere poterunt specialem in cu-
* *prope Liram.* ria sua apud * *Anderstat*, infra parochiam nostram Lirensem, & Capellanum habere perpetuum, qui ibidem diuina celebret. Datum
1267. M.CC.XLVII.

CAPVT

CAPVT CCXVII.

Giſelbertus de Tilborg, Hugo, Beatrix & Sophia de Gageldunck, & Godefridus de Cruninghen benefaciunt Abbatiæ Tungerloenſi.

EGo Giſelbertus miles de Tilborch tertiam partem totius decimæ de noualibus quæ ſunt in * *VVeſt-Tilborch*, cum omnibus pertinentiis, in manus Ioannis Abbatis eccleſiæ de Tongerlo & conuentus eiuſdem loci liberè reſignaui. Actum M.CC.XLI. *pag.* 585. 1241.

Ego BEATRIX de Gadeldunck, vxor Andreæ de Mallant, militis, notum facio quòd omne ius, quod in decima eccleſiæ de *VVeſt-Tilborch* habebam, & ad me iure hereditario pertinebat, eccleſiæ B. Mariæ de * Tongerlo, de conſenſu dicti Andreæ mariti mei, vendidi, & eidem iuri, coram hominibus Comitis Hollandiæ, renuntiaui. Vt autem hæc venditio firma permaneat, ſigillis præfati Andreæ mariti mei, & viri nobilis Hugonis de Gageldunck, fratris mei, præſens ſcriptum feci roborari. Actum M.CC.LIII. menſe Aprili. *pag.* 383. 1253.

Ego vir nobilis HVGO de Gadeldunck miles notũ facio, quòd omne ius, quod in decima eccleſiæ de VVeſtilborch habebam, *Valentia* vxore mea conſentiente, contuli eccleſiæ B. Mariæ de Tongerlo in eleëmoſynam. Huic collationi in dicta eccleſia ad altare maius factæ interfuerunt Giſelbertus de Campenhout, Petrus de Mere, viri nobiles & homines Ducis. Vt autem hæc donatio rata permaneat, præſens ſcriptum ſigillo meo, vnà cum ſigillis Capituli B. Gummari in Lira & viri nobilis Iacobi de Pumbele feci roborari. Actum M.CC.LIII. menſe Maio. 1253.

Ego SOPHIA de Gageldunck, vxor nobilis viri Gilberti de Campenhout, notum facio quòd omne ius, quod in decima eccleſiæ de Weſtilborch habebã, dicto Gilberto marito meo conſentiente, contuli eccleſiæ B. Mariæ de Tongerlo in eleëmoſynam. Huic collationi in eccleſia B. Mariæ in Antvverpia ad altare maius factæ interfuerunt, Folbertus Cantor, Henricus Noſe, Arnoldus de Lira, Canonici eiuſdem eccleſię, Paulus de Elſt Scabinus, & alij. Vt autem hæc donatio

rata

rata permaneat, sigillis Capituli Antvverpiensis, & viri nobilis Gisleberti de Campenhout, patris dicti Gilberti mariti mei, præsens scriptum feci roborari. Actum M.CC.LIII. mense Aprili.

1253.

Vniversis GODEFRIDVS de Cruningen miles salutem. Noverit vniversitas vestra, quòd cùm inter nos & nobilem mulierem *Odam* vxorem nostram ex parte vna, & Abbatem & conventum de Tongerlo, ex altera, super quadam parte decimæ ecclesię de Westilborch, & iuris patronatus eiusdem, in quibus ratione vxoris prædictæ nos habere ius asserebamus, orta esset materia quæstionis, tandem nos, vxor nostra, ac liberi nostri, *Hugo* miles & *VValterus*, dictę quęstioni seu litigi cessimus nostra sponte; omne ius nostrum dictis Abbati & conventui conferentes. Huic facto interfuerunt nobiles viri, Iacobus de Pubeto, Petrus de Bersele & Henricus frater suus, milites, Balduinus de Steueniſſe, Andreas Decanus Louanienſis, Thomas Decanus Bekenſis, & alij. Actum M.CC.LXIII.

1263.

Notum sit omnibus quòd HADVIGIS, quondam vxor Wilhelmi dicti de Gandauo, decimam quandam in parochia de VVestilborch sitam, ergà virum nobilem *VVilhelmum* Dominum de Horne dudum comparatam ab ipsa Haduige tempore dicti mariti sui, ad opus Abbatis & conventus B. Mariæ in Tongerlo, contulit & legauit. Datum in Vigilia Purificationis B. Mariæ M.CC.LXXVII.

1277.

Godefridus Bredæ Dominus, suprà pag. 528. memoratus, testamentum condit, eiusq; filius Henricus Beghinis Bredanis & Canonicis Antuerpiensibus benefacit.

Ego Godefridus Dominus de Breda..... cuilibet ecclesię intra meas fines, ad faciendas reparationes, viginti solidos Louanienses contuli; monialibus de *Borchstito* centum solidos Louanienses; Hospitali de *Breda* tres libras Louanienses; Hospitali de *Bergen* tres libras Louanienses, Hospitali Antuerpiensi viginti solidos Louanienses, Leprosis ibidem quadraginta solidos Louanienses; Beginis clausis ibidem viginti solidos Louanienses; Mechliniæ Leprosis L. solidos Louanienses; Hospitali ibidem triginta solidos Louanienses; ad fabricam ecclesię fratrum Minorum ibidē L. solidos Louanienses; sacerdotibus ibidem triginta solidos

solidos Louanienses; ad fabricam B. Catharinæ ibidem viginti solidos Louanienses; Beginis decumbentibus ibidem viginti solidos Louanienses; Actum M.CC.XLVI. ipso festo S. Marci Euangelistæ. 1246.

HENRICVS, Dominus terræ de *Breda*, notum facimus vniuersis, quòd nos omne domistadium, in quo *Begine* de Breda ad præsens habitant, quod hactenus à nobis ac prædecessoribus nostris sub annuo censu iure hereditario possidebant, conferimus eisdem, in recto allodio vlteriùs possidendum; & quantum in nobis est, eisdem capellam & cœmeterium fieri ibidem licentiamus. Datum feria tertia post Dominicam Oculi, anno M.CC.LXVI. 1266.

HENRICVS, Dei gratia Leodiensis Episcopus, dilectæ in Christo nouellæ congregationi Beginarum, in vna curti apud Bredam commorantium, salutem. Concedimus vobis, quòd apud vos proprium habeatis cœmeterium, ac propriam sepulturam, absque iuris parochialis præiudicio. Datum anno M.CC.LXX. in festo B. Leonardi. 1270.



Suprà pag. 324. ad annum 1225. Arnulphus & Ingelbertus de Breda memorantur. Godefridus Bredæ & Bergarum Dominus, qui an. 1246. testamentum iam recitatum condidit, vxorem habuit *Machtildem*, Beginagij Bredani fundatricem: vt ex illius loci archiuis colligi videtur.

Vniuersis HENRICVS Dominus de Breda salutem. Nouerit vniuersitas vestra, quòd ego ius patronatus & personatus siue altaria ecclesiarum de *Stoten* & de *Mercsem* Capitulo ecclesiæ B. Mariæ in Antvverpia confero liberaliter & assigno, saluo per omnia in dictis locis meo dominio temporali. In cuius rei testimonium sigillum meum, vnà cum sigillis virorum nobilium, Walteri dicti Bertaut Domini de Machlinia, & Rasonis Domini de Lidekercka præsentibus est appensum. Interfuerunt autem his viri nobiles Walterus Bertaut & Raso, prædicti, Ægidius Bertaut, Henricus de Bouterſem, Goscelinus Boc & Arnoldus de Lira, milites. Actum Sabbato ante Lætare Ierusalem,
1267. anno Domini M.CC.LXVII.

CAPVT CCXVIII.

Guilielmus Grimbergius Ascæ Dominus fit Opdorpij toparcha, & frater eius Henricus de Asca Morseka Dominus monachis S. Bernardi ad Scaldim benefacit.

GVido Comes Flandriæ vniuersis salutem. Nouerit vniuersitas
pag. 501. vestra, quòd nos fideli nostro * *VVilhelmo* de Grimberges, Domino de Aske, & heredibus suis, pro fideli suo seruitio dedimus in augmentum feudi sui, quod de nobis tenet, quidquid habemus apud *Vpdorp* tã in hominibus quàm hospitibus, redditibus, decimis, siue aliis quibuscumque rebus, cum omni iustitia alta & bassa, liberè à nobis & nostris heredibus Comitibus Flandriæ tenendum in perpetuum. Da-
1258. tum apud VVarneston, M.CC.LVIII. mense Maio.

pag. 595. HENRICVS de Ascha miles, & *Ioanna* vxor eius Domina de * Spineto, Abbati & Conuentui Loci S. Bernardi, Cistertiensis ordinis, Cameracensis diœcesis, qui in palude *Moerseke*, tam pro se quàm pro nobis, laborantes perseuerant, arenam quæ sita est in parochia de Moerseke, in loco qui dicitur Gastella, prædictæ paludi contiguam
1259. in eleëmosynam liberè contulimus. Datum M.CC.LIX. mense Iunio.

Arnoldus

Arnoldus, Diſtenſis in Brabantia Dominus, Beguinagium ibidem an. 1254. fundat; quod filius eius Arnoldus an. 1271. probauit. Gerardus Arnoldi iunioris F. Canonicos in Diſtenſi S. Ioannis templo an. 1297. collocandos curat.

Vniuerſis Arnoldus Dominus de *Dieſt* ſalutem. Cùm nos allodium Abbatis & conuentus S. Trudonis, ordinis S. Benedicti, quod habebant prope *Beghinas* S. Catharinæ ad Campum, infra limites parochiæ de *VVebbekum* conſiſtens, ab eiſdem Abbate & conuentu acquiſiuerimus per commutationem allodij noſtri, Henrici Leodienſis electi accedente confirmatione; nos conſiderantes quòd dictæ Beghinæ de Campo in Dieſt plures, ex eo quòd in diuerſis degunt parochiis, incommoditates & pericula animarum patiuntur, dictis Beghinis liberam concedimus facultatem infra dictum ſæpedictum allodium noſtrum eccleſiam conſtruendi. Vt autem dictæ Beghinæ commodiùs Domino famulentur, eis concedimus quòd in perpetuum ab omnibus exactionibus ſint immunes. Datũ apud Dieſt anno Domini M.CC.LIV. 1254. menſe Ianuario.

Vniuerſis ARNOLDVS Dominus de Dieſt, & Caſtellanus Antvverpienſis, ſalutẽ. Cùm piæ recordationis Dominus de Dieſt pater noſter Beghinabus B. Catharinę de Dieſt eccleſiam, cœmeterium & ſacerdotem proprium vnum vel plures habendi dederit facultatem; nos factũ prædicti patris noſtri ratum habentes, dictis Beghinabus immenſitate creſcentibus in allodio, in quo ſunt, terminum ampliamus, eodem iure, priuilegio & libertate.... Datum feria II. ante Annuntiationem Domini, anno M.CC.LXXI. 1271.

HVGO Epiſcopus Leodienſis vniuerſis ſalutem. Dilectus in Chriſto filius, nobilis vir *Gerardus* Dominus de Dieſt, miles noſtræ dœceſis, conſiderato quòd villa ſua de *Dieſt* eſt magna & diffuſa, & in eadẽ regnat multitudo populorum, cùm in villa nulla hactenus exiſteret eccleſia collegiata, ſupplicauit nobis vt eccleſiam parochialem B. Ioannis Baptiſtæ, ſitam in dicta villa, cuius ius patronatus ad ipſum pertinet, collegiatam eccleſiam, & in eadem XII. Canonicos vel circiter,

Decanum, Scholasticum, Cantorem & Custodem constitui & ordinari faceremus. Nos de tam deuoto proposito congaudentes, reperto quòd ecclesia parochialis S. Ioannis Baptistæ prædicta, & eius locus honesti sint, quodque in eadem ecclesia est Rector ecclesiæ, & decem Capellani, habentes competentiam in reditibus annuatim, statuimus quòd dicta ecclesia S. Ioannis parochialis sit vlteriùs collegiata, & quòd in eadem ecclesia dicti Capellani & alij vsque ad duodecim sint Canonici, quorum vnus sit Decanus, vnus Scholasticus, vnus Cantor, & vnus Custos, à dicto collegio eligendi. Datum M.CC.XCVII. Sab-
1297. bato post Assumptionem B. Mariæ.



ARNOLDVS de Diest sub Godefrido II. Brab. Duce an. 1142. & 1143. in Chron. Trudonensi ms. memoratur. *Arnoldus* Dei gratia Princeps de Diest, & Gerardus frater eius, an. 1200. & 1202. in archiuis monasterij Auerbodiensis celebrantur, & an. 1202. diploma ecclesiæ Antuerpiensis

pienſis 1202. ſignauit. Huius filius fuit *Arnoldus*, qui Beginagium Diſtenſe fundauit. Ex Bertha Gerardi Caſtellani Antuerpienſis filia herede genuit Arnoldum, qui duxit Iſabellam Comitis Britanniæ minoris filiã. Horum filius *Gerardus* Diſtenſe Canonicorum S. Ioannis collegium, & Cartuſiam de Zeelen in agro Diſtenſi fundauit, in dicta Cartuſia humatus.

IOANNES primùm Cameracenſis pòſt Vltraiectenſis Epiſcopus, ac demùm Gerardo fratre defuncto, Dominus Diſtenſis & Burgrauius Antuerpienſis, collegium XII. Canonicorum Amersfurti in d. Vltraiectenſi fundauit. Ioannis frater iunior *Arnoldus* duxit Iſabellam Arnulfi Domini Mortaniæ filiam, ſuprà pag. 545. memoratam, Dominam de Rumez in agro Tornacenſi: qui vicus olim apud Lannoios, nunc ad Comitem Solranum ex gente Croya pertinet. Ceterùm qua ratione territorium Diſtenſe ad Naſſauios peruenerit, lib. 1. Don. Belg. cap. 126. & ſuprà pag. 615. explicui.

CAPVT CCXIX.

Ioannes & Balduinus de Aueſnis ſuprà pag. 410. memorati, declarantur legitimi.

INnocentius Epiſcopus, S.S.D. venerabili fratri Epiſcopo Catalaunenſi, & dilecto filio Abbati S. Sepulcri Cameracenſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quia nos dilecti filij, nobiles viri, *Ioannes* de Auennis, & *Balduinus* frater eius, monſtrauerunt, quòd quidam eorum æmuli malitioſè, vt proceſſu temporis à bonis ad eos hereditario iure ſpectantibus excludi valeant, notam illegitimationis impingunt. Quare nobis ſupplicarunt humiliter, vt prouidere ipſis ſuper hoc paterna ſollicitudine curaremus. Quocirca diſcretioni veſtræ mandamus, quatenus ſuper cauſſa natalium eorumdem nobilium inquiratis veritatem, & quod canonicum fuerit, appellatione poſtpoſita, ſtatuatis, quæſtione bonorum principali domino reſeruata. Datum Lugduni, V. Idus Decembris, pontificatus noſtri anno VI.

PETRVS Catalanensis Episcopus, Iudex à domino Papa delegatus, & Hugo Abbas Lessiensis, Cameracensis diœcesis, subdelegatus ab Abbate S. Sepulcri Cameracensis, Iudice à domino Papa delegato, vniuersis salutem. Cùm nobiles viri, *Ioannes* de Auennis, & *Balduinus* frater eius, filij nobilis mulieris Margaretæ, Flandriæ & Hannoniæ Comitissæ, causam natalium suorum impetrassent nobis Episcopo Catalanensi, & viro religioso Abbati S. Sepulcri Cameracensis à domino Papa delegari; procuratores eorumdē nobilium in iure proponere curauerunt, quòd olim nobilis vir *Bouchardus* de Auennis pater eorum, & nobilis mulier *Margareta*, Flandriæ & Hannoniæ Comitissa, mater eorum, matrimonium publicè & solenniter in facie Ecclesiæ ad inuicem contraxerunt; ex quorum matrimonio ijdem nobiles Ioannes & Balduinus, dum in facie Ecclesiæ reputabatur legitimū, fuerunt legitimè procreati. Vnde petebant ijdem procuratores, nomine dictorum nobilium, vt nos auctoritate Apostolica eorum nobilium natalitia legitima declarantes, ipsos legitimè natos & esse legitimos pronuntiaremus. Quia verò nemo apparebat, qui in eodem negotio se nobilibus opponeret antedictis, nos à parte nobilium eorumdem iuramenta recepimus, prout exigit ordo iuris. Receptis testibus in eodem negotio productis, iuratis, diligenter examinatis, depositionibus eorumdem publicatis, inspectis actis eiusdem negotij vniuersis, ac auditis quæ ex parte dictorum nobilium fuerunt proposita coram nobis, die ad diffiniendum assignata, quia nobis constitit dictos Ioannem & Balduinum de Auennis intentionem suam sufficienter probauisse, nos de Iurisperitorum consilio eorumdem natalitia legitima declarantes, ipsos legitimè natos esse & legitimos sententialiter diffinimus. Datum Remis, M.CC.XLIX. feria VI. post Octauam S. Martini hiemalis.

1249.

Ioannes

Ioannes de Aueſnis, Ioannis F. Buchardi N. Comes Hannoniæ explicat ius parochiale vrbis Valentianenſis, anno 1287.

Vniuerſis IOANNES de Aueſnis Comes Hainoniæ notitiam veritatis cum ſalute. Pateat vniuerſis, quòd nos antiquitatis argumento Comitem Hainoniæ, Comitiſſam, liberos ac vniuerſam familiã eorumdem, domeſticos etiam & familiares, & ſibi ſeruientes, & de pane aut beneficio eorum viuentes, Miniſteriales quoque in curia feodatos, ſcilicet Dapiferos, Pincernas, Piſtores, Camerarios, Portarios, Coquos, culcitrarum Portitores, Balliuos, Præpoſitos & Receptores, & eorum officia gerentes, cum familia eorumdem Miniſterialium, Balliuorum, Præpoſitorum & Receptorum, & eorum officia gerentium, Caſtellanos quoque & duodecim Hainoniæ * Pares, cum domeſticis ſuis & *pag. 392.* familiaribus, & Canonicos cum familia ſua, & omnes totius villæ clericos & ſcholares, eſſe parochianos eccleſiæ S. Ioannis Baptiſtæ de Valencenis collegimus; & ex munimentis certis percepimus, quòd nos omnes & ſinguli, præſentes & futuri, infrà limites villæ Valencenenſis exiſtentes, tam de iure quàm de conſuetudine, ſumus & ſuberimus & ſubeſſe debemus iuri parochiali & patronatui eccleſiæ S. Ioannis antedictæ: baptiſmum quoque & ſepulturam, & cetera quæ parochianis ſunt neceſſaria, ab eadem eccleſia teneamur eccleſiaſtica recipere Sacramenta. Donationem etiam ſcholarum Valencenenſium ſiue collationem, & cetera iura patronatus veluti mater eccleſia & principalis ritè & canonicè poſſidet. Sanè in prędicta eccleſia tredecim * Ca- *pag. 286.* nonici fuerunt in obſequio diuino ſpecialiter inſtituti, quorum Superior, videlicet Abbas, tamquam familiaris & domeſticus perpetuuſque Capellanus noſter & ſacerdos, conſilio Principis ſiue Comitis Hainoniæ aſſiſtere poterit & debebit. Nos igitur omnia & ſingula præmiſſa pro nobis ſucceſſoribuſque noſtris approbamus & confirmamus. Datum apud Valencenas. M.CC.LXXXVII. die Lunæ ante feſtum beatorum Apoſtolorum Philippi & Iacobi. 1287.

Notatio

Notatio de Comitibus Hannoniæ & Hollandiæ ex familia Aueſnenſi, ſuprà pag. 410. explicata.

pag. 410. Buchardus Aueſnenſis, Iacobi toparchæ * Aueſnenſis & Amelinæ Guiſiæ filius, ex Margarita Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, genuit *Ioannem* & *Balduinum* Aueſnenſes. Balduinus Belli-montis in Hannonia Dominus ex Felicitate de Couey genuit Ioannem & Beatricem Henrici VII. Imp. matrem. Ioannes Balduini filius ex Agnete de Valentia genuit Ioannem & Balduinum, qui iuuenilibus annis obierunt.

IOANNES Aueſnenſis, Buchardi & Margaritæ filius, ex Aleide, Guilielmi I Hollandiæ Comitis ac Cæſaris ſorore, genuit Ioannem Hannoniæ Comitis, Buchardum Metenſem, Ioannem Cameracenſem, Guidonem Vltraiectenſem, Epiſcopos, Florentiũ Achaiæ & Moræ Principem, iure vxorio Iſabellæ, Guilielmi Vilharduinij filiæ: ex quibus nata Mathildis de Hannonia Princeps Achaiæ & Moræ, vxor Ludouici de Burgundia, qui fuit filius Roberti II. Ducis Burgundiæ & Agnetis Francicæ.

IOANNES Aueſnenſis, Hannoniæ & Hollandiæ Comes, ex Philippa Luxeburgica, Henrici Comitis Luxeburgenſis & Margaritæ Barrenſis filia, genuit Ioannem Crudelem Comitem Oſtrouandiæ ſine liberis defunctum, Guilielmum Hannoniæ & Hollandiæ Comitẽ, Ioannem Belli-montis Dominum, Henricum Canonicũ Cameracenſem, Margaritam Roberto II. Arteſiæ Comiti, Iſabellam Radulfo Claromontano, Neſlæ Domino, Franciæ Coneſtabili, Alidem Guilielmo Pembrocæ in Anglia Comiti, & Mariam Ludouico primo Duci Borbonio, nuptas.

GVILIELMVS I. Hannoniæ & Hollandię Comes cognomento Bonus an. 1305. duxit Ioannam Philippi Francorum Regis ſororem: ex quibus nati Ioannes & Ludouicus, qui pueri obierunt, *Guilielmus* II. Hannonię & Hollandię Comes, an. 1345. à Friſiis cæſus, non relictis liberis; *Margarita* Ludouico Bauaro Cæſari in ſchiſmate electo, *Ioanna* Comiti Iuliacenſi, *Philippa* Eduardo III. Angliæ Regi, nuptæ, & *Eliſabetha* quæ celebs obijt,

IOANNIS

IOANNES de Hannonia, Guilielmi I. Comitis frater, Bellimontis in Hannonia, Tholæ insulæ in Zelandia, Goudæ & Sconhouiæ in Hollandia Dominus, monasterium Carmelitarum Sconhouiæ fundauit. Vxorem habuit Margaritam Suessionensem, Hugonis Comitis Suessionensis ac Domini Chimacensis filiam: & an. 1338. obijt, sepultus Valentianis apud Franciscanos.



Guido fratrum suorũ Ludouici & Ioannis heres, adeoque Comes Suessionensis & Blesensis, Dominus de Auesnes, Chimay, Beaumont, Landrecies, Dargies, Nouuion, Sconhoue & Goude, duxit Mariam Guilielmi I. Comitis Namurcensis & Catharinæ Sabaudæ filiã: ex qua vnicum genuit filium Ludouicũ, an. 1391. sine liberis defunctum. Idem Guido prole carens Comitatum Blesensem & Dunensem Ludouico Duci Aurelianensi, Caroli Galliæ Regis fratri, vendidit, ac demùm an. 1397. viuere desijt, Valentianis iuxta auum apud Franciscanos sepultus. Guidonis Capellanus fuit Ioannes Frossardus, Chronicorum

scriptor celebris, Canonicus Insulensis & Chimacensis: vt ipse lib. 4. cap. 51. testatur. Defuncto sine liberis Guidone, dominia de Beaumont, Beaufort, Sconhoue & Goude cesserunt *Alberto* Bauaro Hannoniæ & Hollandiæ Comiti. Dominia de Auesnes & Landrecies in Hannonia, & de Nouuion in Thierascia obtinuit *Ioannes* de Blois, Caroli de Chastillon Britanniæ Ducis filius, cuius posteritatē Querceta-nus lib. 5. in Historia genealogica illius gentis describit. Chimacum sibi vindicauit Dominus de Moreul ex familia Suessionensi, qui illud Hannoniæ opidum postea vendidit Ioanni de Croy.

CAPVT CCXX.

Gerardus de Steynhuis dotat Campense monasterium, ord. Cistertiensis, prope Rhenobercam diœcesis Coloniensis opidum, 1254.

NOs *Gerardus* de Steynhuis miles notum esse cupimus, cùm filius noster *Ioannes* ad frugem melioris vitæ se contulerit in monasterio de Campen, ord. Cistertiensis, quòd nos ad sustentationē filij nostri & ad vsum ipsius monasterij donamus Abbati & fratribus dicti monasterij decimam nostram sitam in Walecken, quam tenemus à domino nostro *Theodorico* Comite de Cleue, & quondam accepimus à nobili viro *Theodorico* milite de Hensberge, auunculo nostro, nec non quinque iugera terræ in Meselaere, quæ nobis assignata fuerunt cum vxore nostra *VValburga*, sorore Ioannis militis de Loo. Quæ omnia ipse Abbas & fratres possidebunt & fruentur ad tempora vitæ filij nostri sæpedicti. Ipso autem mortuo, prædicta omnia ad nos vel heredes nostros reuertentur. Etiam in his scriptis promittimus litteras ratihabitionis super præmissa nobilis viri *Godefridi* de Hensberge, consanguinei nostri, nec non Arnoldi de Alpen, consanguinei nostri. Actū in prædicto monasterio de Campē, præsentibus, Walburga vxore nostra, Godefrido, Gerardo, Arnoldo, Guilielmo, filiis nostris, Lisbeta, Walburga, Agnete, Aleide, filiabus nostris, & de cōsanguineis nostris Arnoldo de Nesselraid, Ioanne de VVittinckhoue, Theoderico de
1254. Pallant, militibus, aliisque fide dignis; & datū anno M.CC.LIV. quinta feria post Pentecosten. Testa-

Testamentum Henrici III. *Brab. Ducis* 1260. *scriptum.*

Henricus Dei gratia Dux Lotharingiæ & Brabantiæ, de consilio bonorum & religiosorum virorum, ordinauimus & disposuimus in hunc modum, quòd ex nunc in antea homines terræ Brabantię communiter per iudicium & sententiam tractabuntur, & quòd sint sine talia, exactione & precaria: ita quòd nihil ab eis capiemus vel capi procurabimus, nisi in expeditionibus cum exercitu ad terræ nostræ defensionem, vel iuris nostri conseruationem, aut iniuriarum amotionem, vel in seruitium Imperatorum Romanorum siue Regum Alemanniæ, siue cùm filium aut filiam nuptui tradiderimus, aut cùm filium cingulo cinxerimus militari. Item per totam terram Brabantiæ generaliter decimas noualiũ restituimus ecclesiis & ecclesiasticis personis, ad quas pleno iure pertinent. Item expellantur Iudæi & Cavvarsini de terra Brabantiæ, & exstirpentur penitus. Item si nos signati Cruce transmarina non soluerimus iter nostrũ, in redemptionẽ ipsius Crucis & voti nostri, volumus quòd capiantur de promptioribus proventibus nostris quattuor millia librarũ Louanienſiũ: cum qua pecunia milites Cruce signati pro nobis ibunt & seruient Deo in partibus transmarinis. Elegimus etiam & constituimus pro nobis Testamentarios, fratrẽ Gerardum Huldenberganũ, quondam Priorem Prædicatorum in Louanio, fratrem VValterum de Treueris, eiusdem ordinis, fratrem Petrum Lectorem fratrum Minorum in Bruxella, & dominũ Gerardum de Marbais. Actum apud Louanium mense Februario, Sabbato post diem B. Matthiæ Apostoli, anno M.CC.LX. 1260.

VValterus Magnus Bertoldus, Machliniæ Dominus, cœnobio monialium Victorinarum ibidem in Monte Sion an. 1260. *benefacit. VValteri filia Sophia an.* 1287. *capellaniam fundat.*

VVALTERVS dictus Bertout, Dominus Machlinienſis, notum fieri volumus, quòd nos Prioriſſæ & conuentui S. Victoris in Machlinia omnia bona mobilia & immobilia... (ſacerdotibus in Machlinia conceſſa) donamus, de conſenſu Scabinorum & villæ Machlinienſis, pa-
1260. cificè in perpetuum poſſidenda. Datum M.CC.LX. feria V. poſt Decollationem B. Ioannis Baptiſtæ.

Vniuerſis SOPHIA de Machlinia, relicta fel. memoriæ Henrici quondam Domini de Breda, ſalutem. Nouerint vniuerſi, quòd nos in remiſſionem omnium peccatorum noſtrorũ, dilecti quondam patris noſtri *VValteri* Bertout, Domini de Machlinia, *Henrici* quondam mariti noſtri prædicti, Domini de Breda, dilectę quondam matris noſtræ *Mariæ*, duodecim libras cenſus annui perpetuis temporibus capiendas de cenſu noſtro de V.Vinccleum à noſtris cenſuariis, ad capellaniã in eccleſia B. Rumoldi Machlinienſis, ad altare de nouo conſtructum, ſecus tumulum Domini Machlinienſis prædicti deſeruien-
ib. Epiſc. Vltr. dam, aſſignamus. Et vt hæc aſſignatio perpetuam obtineat firmitatẽ, fratres noſtros, *VValterum* Bertout Dominum de Machlinia, **VVil-*
1301. *helmum* Præpoſitum Louanienſem & *Florentium*, dictos Bertout, *Ægi-*
Dag. 501. *dium* auunculum noſtrum exoramus, vt ſigilla ſua præſenti litteræ cum
1287. noſtro apponant. Datum anno M.CC.LXXXVII. feria quarta ante Natiuitatem B. Ioannis Baptiſtæ.

Vniuerſis SOPHIA de Machlinia, filia VValteri dicti Bertout, quondam Domini de Machlinia, ſalutem. Cùm nos capellaniam de noſtris propriis reditibus fundauerimus in eccleſia B. Rumoldi, coram tumulo patris noſtri prædicti deſeruiendam, & nobis ac noſtro nepoti *Bartoldo*, primogenito dilecti fratris noſtri VValteri Bertout, bonæ memorię, dumtaxat collationem, ratione primæ fundationis, reſeruauerimus, volumus quòd poſt deceſſum noſtrorum, videlicet mei Sophiæ & Bartoldi primogeniti, ad Decanum & Capitulum eccleſiæ B. Ru-

moldi

moldi Machlinienſis ipſa collatio perpetuò deuoluatur. Datum M.CC. 1287.
LXXXVII. menſe Maio.

Notatio de Bertoldis Mechliniæ Dominis.

Mechliniam duas in partes ſeu regiones Dilia fluuius ſecat. In regione ampliore (quæ olim ad Epiſcopum Leodicenſem pertinuit) baſilica S. Rumoldi nunc metropolitana viſitur: in qua Notgerus Leodicenſis Epiſcopus circa annum ſalutis milleſimum Canonicorum XII. collegium collocauit. Alterius regionis (quæ Bruxellenſibus & Grimberganis eſt cis-Diliana) olim Bertoldi fuerunt Domini, qui & Aduocati ſeu tutores dictæ eccleſiæ S. Rumoldi exſtiterunt, eumque titulum in ſuis diplomatibus non rarò expreſſerunt. Ex his *VValterus Bertoldus*, VValteri F. Arnulfi Grimbergæ Domini N. an. 1219. obijt. Filios reliquit, VValterum II. Mechliniæ Dominum & Ægidium Barbatum Berlaræ toparcham: cuius poſterioris ſtemma ſuprà pag. 592. explicuimus. pag. 501.

VValterus II. duxit Margaritam Comitis Britanniæ minoris filiam, & an. 1231. monaſterium Franciſcanorum Mechliniæ fundauit, ibidem an. 1243. conditus. Filios reliquit VValterum Magnum, Henricum Dufflę & Gelæ Dominum, cuius poſteritatem ſuprà pag. 596. deſcripſimus, & Ægidium Humbecæ toparcham.

VValterus III. Magnus an. 1260. monialiũ Victorinarum cœnobiũ Blidenbergenſe, aliàs Montem Sion dotauit, & in VVoringano prælio an. 1288. cecidit, in S. Rumoldi baſilica ſepultus. Ex Maria Aruerna, ſuprà pag. 596. laudata, liberos ſuſtulit, VValterum IV. & Florentium Mechliniæ Dominos, Guilielmum ex Præpoſito S. Petri Louanienſis Epiſcopum Vltraiectenſem, an. 1301. defunctum, & Sophiam Henrico Bredæ Domino nuptam.

VValterus IV. Mechliniæ pro parte Dominus, ex Adeliſa ſeu Aliſa de Giſnes genuit Bertoldum, Ioannem & Ægidium. Quibus ſine prole ſublatis patruus *Florentius* ſucceſſit, qui tabulas Cortebergenſes infrà recitandas an. 1312. ſignauit, & filiam vnicam *Sophiam* reliquit heredẽ, Rainaldo Duci I. Gelriæ nuptam: qui Ludouico Malano Flandriæ Comiti ſuam Mechliniæ portionem an. 1343. vendiderunt. Vide ſuprà pag. 501.

CAPVT CCXXI.

Renerus de Riuiris Louanienſe S. Gertrudis cœnobium 1265. *dotat, & filius eius (vt exiſtimo) Ioannes cum Ioanne* I. *Brab. Duce* 1283. *tranſigit.*

VNiuerſis Renerus Decanus Chriſtianitatis in Louanio ſalutem. Nouerint vniuerſi, quòd *Renerus* miles dictus Cluet de *Riuiris*, cũ filiis ſuis, *Ioanne* ſeniore & *Karolo*, in præſentia noſtra & Arnoldi Decani eccleſiæ Thenenſis, & Arnoldi dicti Harde de Rillaer, conſtitutus, contulit Præpoſito & conuentui S. Gertrudis in Louanio in eleẽmoſynam, pro ſalute *Beatricis* vxoris ſuæ, ac ipſius Reneri & ſuorum, quidquid iuris in patronatu & collatione eccleſiarum de *VVerde* & de
1265. *Langdorp* habebat. Actum in vigilia B. Matthæi. M.CC.LXV.

IOANNES Lotharingiæ & Brabantiæ Dux, & *Godefridus* eius frater Dominus de Arſchot & de Virſon, vniuerſis ſalutem. Petiuit à nobis fidelis noſter *Ioannes* dictus de *Riuira*, ius ſuũ ſuper vniuerſis bonis quę tenens eſt & poſſidens infra allodium de *Arſchot*, à iure noſtro ibidem diuidi & diſtingui. Et quoniam ſuper ipſo iure inter nos & ipſum Ioannem aliquando diſſenſio exſtiterit, volentes eidem gratiam facere ſpecialem, per fideles noſtros, Henricum de Louanio Dominum de Herſtallio, conſanguineum noſtrum, Walterum Volckart, milites, Ioannem de Huldeberge clericum, terræ Brabantiæ redituum Receptorem, Ægidium dictum Zuane, Villicum Thenenſem, Scabinos & ſeniores villarum de Arſchot, Bethingeem & Langdorp, dictum ius à iure noſtro diſtingui fecimus & ſeparari. Ita quòd vniuerſos articulos in hac charta ſubnotatos eidem Ioanni recognoſcimus eſſe veros. In primis ſiquidem recognoſcimus ipſum Ioannem fore oriundum de Comitibus quondam de Arſchot, ac de fratre maiore. Item ſi quiſquam ſuorum manſionariorum, commorans infra libertatem de Arſchot, in Bethingeem, Langdorp, Weerde, Teſtelt, Ghielrode, Rillaer, Meſſelbroeck & Vtheem, infra libertatem de Arſchot ab aliquo conueniatur ſeu arreſtetur, poterit ipſe Ioannes ſuper hoc Scabinos de Arſchot monere, abſque noſtra vel alicuius alterius præſtatione.

Præte-

Præterea libertatem opidi de Arschot, quemadmodum conscripta est, & sigillis nostrorum fidelium, Gerardi Domini de Rotselare, Dapiferi Brabantiæ, Ioannis de Arschot dicti de * Pulchra curia, militū, Ioannis de Huldenberge, & Ægidij dicti Zuane, sigillata, confirmamus, & in perpetuum ratā obseruare promittimus & inconuulsam. Et ad maiorem securitatem rogauimus dilectos nostros & fideles, Henricum de Louanio Dominum de Harstallio, consanguineū nostrum, Walterum Dominum de * *Ligne*, Walterum Volkart, & Ivvanum de Meldart, milites nostros, vt huic chartæ sigilla sua, vnà cum sigillis nostris, apponant. Datum M. CC. LXXXIII. in Natiuitate B. Ioannis Baptistæ. 1283.

Schoonhoue.

Nota.

Philippus Viandæ Comes, eiusq; vxor Maria Perneſij & Grimbergæ pro parte Domina, & Mariæ filius Godefridus cognato suo Henrico Grimbergio dant Buggenhoutum.

Philippus Comes Vianensis, Dominus de Grimbergis, & * *Maria* eius vxor, Domina dictorum locorum, notum facimus quòd nos fidelem nostrum *Henricum* de Grimbergis hominem nostrū fecimus, conferendo eidem pro homagio nobis ab ipso facto, ratione perpetui feudi, villam nostram de *Buggenhout* cum reditibus, hominibus & mansionariis. Datum M. CC. LXVI. mense Iunio. 1266.

pag. 501.

PHILIPPVS Comes Viennensis & *Maria* eius vxor, Comitissa Viennensis & Domina de Pervveis & de Grimbergis, vniuersis notum facimus, quòd nos XX. bonaria siluæ nostræ sitæ in parochia de Buggenhout, iacentia ante domicilium dilecti nostri *Henrici* de Grimbergis militis, iuxta siluam suam, contulimus pari consensu nobili mulieri *Machtildi* & ipsi Henrico marito eius in meliorationem & augmentum feodi sui, quod pridem à nobis tenebant. Datum anno Domini M. CC. LXXI. mense Aprili. 1271.

pag. 501.

GODEFRIDVS Comes Viennensis, Dominus Grimbergæ, notum facimus quòd nobilis vir cognatus noster *Henricus* de Grimbergis & *Machtildis* vxor eius tenent à nobis dominium de Buggenhout cum omnibus iustitiis altis & bassis, exceptis XXX. bonariis, quæ tenet nobilis

bilis mulier *Maria* de Asca, vxor *Roberti* Domini de Asca. Testes, Ægidius Bichet miles, Henricus de Grimbergis Morskæ Dominus, Ioan-
1292. nes Volckart miles, & Walterus de Wynegem. Datum M.CC.XCII. Dominica ante Natiuitatem S. Ioannis Bapt.

GODEFRIDVS Comes de Viane omnibus salutem. Quandoquidem Abbas & conuentus Niniuensis à nobis & ab aliis in dominio Niniuensi multa acquisiuerint, nos illa dicto Abbati & conuentui confirmamus, quocumque modo illa acquisiuerint, siue per emptionem, siue per eleëmosynam, siue per simplicem donationem. Et vt hæc con-
de Aldenarda. firmatio maneat firma, cum assensu dominæ * *Aalidis* meæ vxoris, dedi dicto Abbati & conuentui has litteras meo sigillo sigillatas. Et ego Aa-
1285. lis approbo istam confirmationē. Actum M.CC.LXXXV. mense Maio.

Notatio de Comitibus Viandæ in agro Luxeburgensi: quorum stemma suprà pag. 491. reperies.

Godefridus Viandæ Comes, qui an. 1285. monasterio Niniuensi benefecit, & Alidem de Aldenarda vxorem habuit, pro certo matrem habuit *Mariam*: sed an patrem habuerit Philippum Viandæ Comitem, an alterum dictæ Mariæ maritum, sunt qui dubitant; ob insignium gentiliciorum Godefridi & Philippi discrimen, quod V. Cl. Dauid Lindanus in Buggenhoutano Ducis Bournonuillij archiuio obseruauit.

Godefridi & Alidæ Aldenardensis filius *Philippus*, Viandæ Comes & Grimbergæ pro parte Dominus, duxit Sophiam de Scornaco, *Schorissen*, in agro Alostano; tabulas Cortebergenses an. 1312. signauit, & sine liberis decessit. Successit frater eius *Godefridus*, qui duas habuit coniuges, *Lutgardim* Dominam de Ligny, Lets & Fleris an. 1318. superstitem, & *Margaritam* Ioannis I. Comitis Namurcensis filiam. Obijt in Cypro 1337. cum sororio suo Philippo Comite Namurcensi.

Anno 1380. *Simon* Walrami Comitis Spanhemensis filius, Spanhemensem & Viandensem Comitatum tenuit. Elisabetha de Spanheim Domina Grimbergæ, an. 1404. superstes erat. Demum Viandę Comitatus, cum Baronia Grimbergensi pro parte, ad familiam Nassauiam est deuolutus, cum *Otho* Nassauius, Henrici filius, ex stirpe Dillenburgica,

gica, duxit Adelheidem, dicti Comitatus Viandensis, Baroniæ S. Viti & Grimbergæ pro parte heredem.

Domini de Peruez, Herstal, Gasbeke, Breda & Berges sur Zom.

IOANNES de Louanio, Henrici F. Godefridi N. Dominus de Herstal & Gasbeque, 1334. obijt sine liberis. Beatrix de Louanio, Henrici soror, Domina de Herstal, Gasbeque & Moncornet in Tirasçia, anno 1339. similiter sine liberis decessit. Post cuius obitum Gasbeca, Bausigniacũ & Moncornetum deuoluta sunt ad Guilielmum Hornæ Dominum, Philippi & Ioannæ de Louanio (fuit ea dictæ Beatricis soror aut saltem cognata) filium. Is vt Hornæ & Gasbecæ Dominus pactum Flandrense infrà recitandum an. 1339. signauit.

Rasonis]& Alidæ Bredanæ filius PHILIPPVS, Lidekercæ & Bredæ Dominus, an. 1324. obijt, sepultus Lidekercæ, relicta vnica filia Adelissa, quæ nupsit Gerardo de Sottegem Domino de Rasseghem in Flandria.

CAPVT CCXXII.

Henricus, Henrici III. *Brab. Ducis filius primogenitus, fratri suo iuniori Ioanni cedit Ducatum Brabantiæ, anno* 1267.

NIcolaus Cameracensis Episcopus, Henricus Hasselinginensis, Bernardus Villarensis, Alardus de Parco, S. Benedicti, Cistertiensis & Præmonstratensis ordinum Abbates, Isabella Abbatissa sæcularis ecclesiæ Niuellensis, Balduinus de Auesnis Dominus de Bellomonte, Walterus Dominus de Enghié, Walterus Berthaut Dominus Mechlinensis, Arnoldus Dominus de Wesemale, Arnoldus Dominus de Waelhem, Boigaldus Dominus de Falais, vniuersis salutem. Nouerit vniuersitas vestra, quòd *Henricus*, primogenitus filius Henrici quòdum Ducis Brabantiæ magnæ memoriæ; in nostra & pluriũ militum & burgensium terræ Brabantiæ constitutus præsentia, ius quod habebat in Ducatu Brabantiæ & eius attinentiis *Ioanni* fratri suo secundò post ipsum genito liberè donauit, donatione inter vinos. Actum apud
1266. Cameracum M.CC.LXVI. feria tertia ante Ascensionem Domini.

RICHARDVS Dei gratia Romanorum Rex semper augustus venerabili Cameracensi Episcopo, Principi & Cancellario suo, ac nobili viro Balduino de Auesnis, consanguineo & fideli suo, omne bonum. Ex fide dignorũ relatione didicimus, quòd illustris *Henricus*, tunc Dux Brabantiæ appellatus, natura sit vsque adeò destitutus, vtpote corpore imbecillis existens, virtutibus, animi solertia, prouidentia quoque deficiens, quòd nequaquã sit aptus aut habilis existat, quòd velut Princeps Imperij Ducatus honore refulgeat, nec seruitium nostræ Maiestati debitũ nobis & Imperio valeat exhibere; ac idem Henricus ab omni emancipatus tutela, tam prouectæ existens ætatis, vt suam hereditatem gerere potuerit, absque tutoris auxilio, si defectus ipsius & impedi-

pedimenta huiusmodi non obstarent; ductus consilio saniore *Ioanni* fratri suo minori natu secundò genito, qui bonæ indolis dicitur, probitatis eximiæ, virtuositate præpollens, coram nobis ac aliis pluribus liberè donauit, donatione inter viuos, omne ius quod habuit in Ducatu Brabantiæ & Lotharingiæ, cum omnibus annexis eidem. Super quibus vtique illustris vir *Hugo* Dux Burgundiæ, auus maternus prædicti Henrici, & inclyta *Aleidis* Ducissa Brabantiæ, genitrix memorati Henrici, Princeps nostra, nobis supplicarunt, vt donationem eamdē acceptam haberemus & gratam, ipsamque nostris sacris apicibus muniremus. Nos igitur eorumdem precibus annuentes, sinceritati vestræ præsentium tenore committimus & mandamus, quatenus finibus Brabantiæ vestram præsentiam vicinantes, vice nostra donationē huiusmodi factam inter viuos eidem Ioanni ab eodem Henrico solenniter acceptare & approbare curetis. Datum in castris Straffordiæ prope Londinium, III. die Iunij, Indictione X. anno Domini M.CC.LXVII. 1267.
regni verò nostri anno X.

RICHARDVS Dei gratia Romanorum Rex ad vniuersorum notitiam cupimus peruenire, quòd constitutus nuper in nostra præsentia illustris Ioannes Dux Brabantiæ & Lotharingiæ, Princeps noster, Ducatum Brabantiæ & Lotharingiæ, quem à nobis ratione Imperij tenere debet in feodum, à nobis tamquam à Romano Rege recepit in feudum, & exinde nobis homagium præstitit. Testes qui interfuerunt sunt hi: Nicolaus Cameracensis Episcopus, Princeps & Cancellarius noster, nobiles viri, Walterus Dominus de Ainghiē, Walterus dictus Bertout Dominus de Mechlinia, Henricus dictus Bertout frater eius, Arnoldus Dominus de Diest, Arnoldus Dominus de Wesemale, Henricus de Ascha, Henricus Dominus de Duffle, Ægidius dictus Bertout, magnates Brabantiæ, Guilielmus de Lira, & Robertus dictus Briseteste, milites, & alij quàm plures. Actum apud Cameracū XX. die Sept. Indictione XI. M.CC.LXVIII. regni nostri anno XII. 1268.

Ruramondense virginum ord. Cistertiensis monasterium dotatur an. 1268.

Vniuersis *Otto* Comes Gelrensis salutem. Ad vniuersitatis vestræ notitiam volumus peruenire, quòd cùm Theodericus de *Ruremonde* dictus Aduocatus census, decimas & alia quædam bona, vnà cum iure patronatus ecclesiæ parochialis in Ruremonde, à nobis teneret in feodum, dictus Theodericus dictum ius patronatus in manus nostras, in eleëmosynam, ad opus Abbatissæ & conuentus S. Mariæ in Ruremõde, Cistertiensis ordinis, vxore sua *Vdelinde*, & *Godefrido* fratre dicti Aduocati, præsentibus & consentientibus, reportauit. Nos verò dictum ius sæpedictis dominabus Abbatissæ & conuentui contulimus perpetuò possidendum. Acta sunt hæc apud Ruremonde, præsentibus Renaldo nostro filio, Gerardo de Batenburg, Ioanne Domino de Kuc, Arnoldo de Steine, Ioanne de Grunsbeke, Sigero de Bruchusen, militibus; Gerardo de Tigelen, Cunone quon-
1268. dam Priore in Ruremonde, & alijs quàm pluribus, anno M.CC.LXVIII. mense Septembri.

Alberti de Vorne Castellani Zelandiæ iura explicantur, an. 1269.

Vniuersis IOANNES Bertoldus de Hoyen, Dei gratia Abbas Egmondensis, Nicolaus Dominus de Putte, Ioannes Dominus de Arckel, Theodoricus Dominus de Bredenrode, Gerardus de Heemskercke, milites, Wilhelmus de Haerlem & Wilhelmus de Egmonde famuli, salutem. Noueritis nos litteras nobilis viri *Florentij* Comitis Hollandiæ, bonæ memoriæ, vidisse in hæc verba: FLORENTIVS Comes Hollandiæ tenore præsentium pro nobis & successoribus nostris recognoscimus, quòd dilectus & fidelis noster *Albertus* de Vorne, & sui successores Domini de Vorne, recipere possint & debeant, pro iure ipsos contingente, octauam partem ex occidentali parte Scaldiæ, & quintam partem, ex orientali parte eiusdem Scaldiæ in Zelandia, omnium precariarum quæ nobis & heredibus nostris prædictis, Comitibus Hol-

Hollandiæ, aut eorum vxoribus, ratione nuptiarum seu matrimonij contrahendi in dicta terra Zelandiæ, pro tempore futuro, à data literarum deinceps conferentur. Datum apud Delft M.CC.LXIX. feria V. 1269.
post festum beatorum Petri & Pauli. In cuius rei testimonium nostra sigilla præsentibus duximus apponenda. Datum M.CCC.XI. 1311.

CAPVT CCXXIII.

Rasones tres ex familia Gauerensi variis ecclesiis benefaciunt.

VNiuersis * Raso Dominus de Gauere salutem. Nouerint vniuersi, quòd domus Leprosorum Gandensiũ à nobis super quinque bonariis Mori cum fundo iacentis iuxta *Selsaten* in parochia de Hasnede, item similiter domus Prædicatorũ Gandensium super duobus bonariis Mori cum fundo in eodem loco iacentis, de mandato Margaretæ Comitissæ Flandriæ ac Hainoniæ, nobis de iuribus nostris satisfecerint. Datum M.CCLXXI. feria secunda ante festum Michaëlis archangeli. 1271. * pag. 529.

Ego RAZO de Gauera, Dominus de Lidekercke & de Breda, & *Alicia* vxor mea, vniuersis salutem. Notum sit quòd contulimus Abbati & conuentui monasterij Niniuensis in eleëmosynam XXVIII. bonaria nemoris quod dicitur *Rephout*, & contiguum iacet nemori monasterij prædicti iuxta viam, quæ se extendit de Lidekercke versus Leberge: in quo nemore dictos religiosos inhereditauimus coram Scabinis nostris, adhibitis solennitatibus quæ solent adhiberi, mediantibus duodecim denariis Flandrensium nouorum, nobis & nostris successoribus soluendorum censualiter annuatim. Actum apud Lidekercke M.CC.XCII. mense Iunio. 1292.

Ego IACOBVS presbyter, Inuestitus de Ghilse, Decanus concilij Bekensis, Leodiensis diœcesis, per modum testamenti mei de bonis meis disponens, ordino sub hac forma; quòd cum in terra de *Breda*, ex qua pro parte oriundus sum, & in qua bona mea pro maiori parte cõsistunt, cultum diuinum cupio ampliare, & propterea, prout sæpiùs cum domino RASONE Domino de Breda alijsque tractaui, affectaui & affecto, desiderans quòd ecclesia de Breda fiat ecclesia collegiata,

& quòd in eadem sint octo præbendæ, ad quas præbendas habendas mea bona confero & assigno. Nomina verò illorum, qui nominati sunt ad illas præbendas, sunt hæc, Henricus Grusere, Decanus, Henricus dictus Grusere, eius frater, Winricus de Eyke, Hugo, presbyteri, Walterus & Iacobus, filij Ioannis de Byen, & Ioannes filius Wiconis de Camera. Supplicans domino Theobaldo Dei gratia Leodiensi Episcopo & eius Officiali, vt præmissis tam piè conceptis
1303. consentiant, laudent, approbent & confirment. Datum M.CCC.III. in vigilia S. Dionysij.

Vniuersis SIGERVS de Lidekercke Dominus de Boulario salutem. Sciant præsentes ac posteri, quòd ego Sigerus prædictus Petrum Hexuart & Margaretam Hexuart.... seruos & seruas meas, cum heredibus suis, de ipsis Deo volente nascituris, in perpetuam constitui libertatem, & ipsos cum heredibus suis ab omni debito seruitutis relaxaui, & eosdem obtuli sub schola B. Adriano de Geraldimonte, seruituros ecclesiæ de duobus denariis nomine census capitalis annuatim, ad matrimonium de sex denariis, & ad mortem de duodecim, monetæ Flandriæ, & mihi vel heredi meo mediante meliore catello ab ipsis conferendo in morte ipsorum. Actum
1314. publicè in ecclesia S. Adriani coram altari, anno Domini M.CCC.XIV. in die crastino Circumcisionis Domini, qui tunc feria quinta habebatur.

Raso de Gaure do. Ludekercæ Rasonis F. & N. dux. Aliciam do. Bredæ 1291.
Philippus do. Ludekercæ & Bredæ d. Sophiam de Gant, ob. 1324. sep. Lidekercæ.
Adelisa vx. Gerardi de Sottegem, do. de Rassegem & Lens.
Ioanna de Sottegem do. de Ludekerke, Rassegem & Lens.
Arnoldus de Gaure d. Margaritam de Bousersem F. Ioannis do. Bergizem. sepul. Bruxellæ apud Minores.
Ioannes Ep. Cam. 1413. ob. 1438. sep. Cameraci cum fratribus cæsis 1415. Azincuriæ.
Margarita do. Ludekercæ & Rassegemij, vxor Ioannis de Villain.
Sibylla.
Gerardus do. Steinkercæ dux. Florentiam de Elselot, do. de Herchses.
Arnoldus dux. Ioannam de Sottegem.
Guilielmus do. Steinkercæ d. Ioannã de Berlo, do. de Fresin, ob. 1400. sep. Camberonæ.
Godefridus Pinchart de Gaure.
Godefridus, pater Iacobi de Gaure Equitis V. A.
Raso do. de Brugelet & Herimez.
Raso do. de Brugelet & Herimez.
Ioanna vxor Ioannis Lossensis do. de Agimont.

CAPVT

CAPVT CCXXIV.

Brugense & Tornacense Augustinianorum cœnobia fundantur.

EGo Ioannes de Gistella miles, Dominus de Formesellis & Wastina, notum facio vniuersis, quòd ego ad honorem Dei, omnium Sanctorum, & præcipuè S. Nicolai, omne ius quod mihi, quolibet modo competere potest in fundo, in quo sita est capella B. Nicolai in Brugis, ac in ipsius attinentiis, cum iure etiam patronatus, ad ampliandum diuinum officium in eadem, religiosis viris fratribus Eremitis
1275. S. Augustini in eleëmosynam contuli. Actum M.CC.LXXV. Sabbato post Epiphaniam Domini.

IOANNES Episcopus S.S.D. venerabilibus fratribus Archiepiscopo Remensi, ac Aurelianensi & Tornacensi Episcopis salutem & Apostolicam benedictionem. Ex parte *Ioannæ*, Franciæ & Nauarræ Regis, nobis exstitit intimatum, quòd loca quæ dudum Fratres de Pœnitentia Iesu Christi, aliàs de *Saccis*, in vestris diœcesibus obtinebant, iam sunt totaliter derelicta. Quare nobis supplicauit, vt cùm Priores ac fratres Eremitæ ordinis S. Augustini in eisdem ciuitatibus non habeant mansiones, dicta loca, quæ secundùm constituta Concilij Lugdunensis sunt dispositioni Sedis Apostolicæ reseruata, eisdem fratribus Eremitis concedere dignaremur. Nos igitur fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus si vobis visum fuerit, quòd fratres prædicti ordinis S. Augustini in locis prædictis debeant esse oportuni, loca ipsa auctoritate nostra eisdem fratribus concedatis.....

Notatio

Notatio de Giſtella Dominis in diœceſi Brugenſi.

Arnoldus Giſtellæ Dominus an. 1171. floruit & an. 1180. Aldeburgenſe Benedictinorum monaſterium dotauit. Ex Agnete filios quattuor ſuſtulit, Ioannem Giſtellæ Dominum, Rogerium in prælio Bouinenſi an. 1214. cæſum, Walterum & Gillebertum. *Ioannes* Giſtellę Dominus duxit Grielam de Lichteruelde, & an. 1218. deceſſit, ſepultus Giſtellæ cum coniuge. *Ioannes* Ioannis filius & heres vixit an. 1254. & duxit F. heredem Walteri Domini de Formeſelle.

Ioannes III. Giſtellæ, Formeſellæ, Mottæ & Voeſtinæ Dominus duxit Iſabellam Voeſtinæ Dominam, & Brugenſe monaſterium Auguſtinianorum an. 1275. fundauit. Genuit Ioannem IV. Walterum Mottæ Dominum, (à quo Domini de Prouene & la Motte ſtirpem ſuam deducunt) Wolfardum & Iacobum.

Ioannes IV. Giſtellæ Dominus, Camerarius Flandriæ, 1297. duxit Margaretam Luxeburgiam, Gerardi filiam, an. 1316. Brugis ſepultus apud Auguſtinianos.

Ioannes V. duxit Mariam de Haueskerke, an. 1340. cæſus in prælio Creſſiacenſi.

Ioannes VI. duxit Iſabellam de Rodes, Engelmunſterij Dominam, Gerardi filiam. Pictauienſi prælio an. 1356. interfuit: Aldenardæ obſidioné an. 1379. ſuſtinuit, cum duobus fratribus ſuis Gerardo & Rogerio Domino de Vtzelle & Straten iure vxorio. Filios quattuor reliquit, Ioannem VII. Antonium Giſtellæ Dominos, Guidonem & Gerardum, in prælio Niuelenſi an. 1381. cæſos.

Ioannes VII. Giſtellę, Harnę & Borburgi Dominus, Philippi Audacis Burg. Ducis Flandriæq; Comitis Camerarius, ex Ioanna de Chaſtillõ filios ſuſtulit Ioannẽ an. 1408. & Ludouicũ 1415. in prælio Azincuriẽſi, vtrumque ſine liberis defunctũ. Ludouico itaque in dominio Giſtellẽſi ſucceſſit *Antonius* Ioannis VII. filius, qui vnicam reliquit filiã heredẽ *Iſabellã*, primùm Hugoni Melunio, Domino de Antoin & Eſpinoy, ſed ſine liberis, pòſt Roberto* Berunio Vicecomiti Meldenſi nuptã. Cuius vnica filia *Ioanna* ex Roberto Barrenſi Comite peperit *Ioannam*, Co- *pag. 442. & 514.*

mitissam de Marle & Soisons, Gistellæ & Borburgi Dominam, Ludouico Luxeburgio Comiti S. Pauli nuptam.

CAPVT CCXXV.

Maria Domina de Bausignies & Gasbeke, vidua Godefridi de Louanio, eiusq; filius Henricus de Louanio, capellanias aliquot in castro Gasbecano fundant. Post mortem verò Arnoldi de Louanio, Bredæ & Bergarum Domini, Breda Rasoni de Gauere, Bergæ Gerardo de VVesemale attribuuntur.

VNiuersis E. Dei gratia Abbatissa, G. Præpositus, I. Decanus, totumque ecclesiæ Niuellensis Capitulum salutē. Noueritis quòd nos nobilibus personis, *Mariæ* relictæ quondam nobilis viri Godefridi de Louanio, Dominæ de *Beaucignis* & *Gasebeke*, & *Henrico* de Louanio Domino de Harstallo, eius filio, concessimus, quòd vacantibus capellaniis, quas ipsi instituerunt in castro suo de *Gasebeke*, in nostro patronatu sito, dictæ nobiles personæ, & earum heredes, ad dictas capellanias personas Capitulo Niuellensi præsentabunt, & nos ipsis eas
1277. conferemus. Actum M.CC.LXXVII. mense Maio, Sabbato ante festum B. Vrbani.

E. Dei gratia Abbatissæ de Niuella, G. Præposito. I. Decano, totiúque Capitulo ecclesiæ Niuellensis, *Maria* relicta nobilis viri Godefridi de Louanio, Domina de Bausignies, *Henricus* de Louanio, eius filius, Dominus Harstallij, salutem. Cùm per resignationem domini Petri, quondam capellani nostri, in castro nostro apud *Gasebeke* vacet capellania S. Elizabeth, ad nostram præsentationem spectans, & ad vestram collationem, transmittimus Ægidium presbyterū, vos rogantes, quatenus eidem Ægidio, quem vobis præsentamus, dictam capellaniam
1277. conferatis. Datum M.CC.LXXVII. Sabbato ante festum Simonis & Iudæ.

IOANNES Dei gratia Lotharingiæ & Brabantiæ Dux... Propter obsequium, quod *Gerardus* de VVesemale miles nobis impendit, eidem recognoscimus, tamquam pro sua hereditate, dimidietatem totius terræ de *Breda*, post decessum nobilis viri consanguinei nostri *Arnoldi* de

Louanio

Louanio Domini de * Breda, liberè possidendam in hunc modum; pag. 324.
quòd *Raso* Dominus de Lidekercke habebit opidum de *Breda*, & releuabit omnia feuda ad dictam terram de Breda spectantia, à quibuscumque dominis tenentur & descendunt: & respectu dicti opidi de Breda ac feudorum habebit dictus *Gerardus* de VVesemale, pro se & parte sua, ex parte quondam matris suæ proueniente, ad dictam terram de Breda ius habente, bona opido de Breda & feudis æquiualentia. Et hoc facto participauit residuum sæpè dictæ terræ de Breda prefatus Gerardus de VVesemale cum dicto Domino de Lidekercke de pede ad pedem. Et vt præmissa in perpetuum teneantur firma, rogamus fratrem nostrum *Godefridum* Dominum de Arschot & de Virson, consanguineum nostrum VValterum Berthout, Dominum Mechlinensem, Arnoldum Dominum de VValem, Arnoldum Dominum de VVesemale, Gerardum Dominum de Rotselaer, Henricum Dominũ de Bouterssem, VValterum Volkart, & Ivvanum de Meldert, milites nostros, vt sua sigilla vnà cum sigillo nostro præsentibus apponant. Datum M.CC.LXXXVII. Dominica ante natiuitatem B. Ioannis Bapt. 1287.

NOTATIONES.

Tabulas istas ex autographo, suprà nominatorum militum sigillis firmato, descripsi, quod exstat Bruxellis in archiuio Marchionis Bergizomensis.

ARNOLDVS de Louanio] Godefridi Gasbecę Domini filius secundò genitus, ex Isabella Domina Bredæ (sub qua ditione & opidũ Bergizomense, cum territorio adiuncto, tunc comprehendebatur) duas genuit filias, *Aleidem* Rasoni de Gauere, Lidekercæ prope Alostũ Domino, & *Mariam* Gerardo VVesemalio, nuptas. Rasoni opidum Bredanum, Gerardo dimidia pars terræ Bredanæ, hoc est, Bergizomense territorium cessit, post obitum dicti Arnoldi de Louanio. Qui quidẽ Arnoldus, post obitum vxoris suæ Isabellæ, Bredam & Bergas tota vita sua possedit, beneficio Ioannis I. Brabantiæ Ducis: vt ex huius tabulis publicis, quæ in monasterio Loci S. Bernardi prope Antuerpiam seruantur, didici: *Iean Duc de Brabant à tous.... Comme il soit ainsi*

que la terre de Breda nous ſoit iſſuë par la mort de Iſabelle, femme de Arnould de Louain noſtre couſin, iadis Dame de Breda; pour le ſeruice qu'il nous a faict, nous lui auons donnè la terre de Breda ſa vie durant. Signarunt, VVillelmus Dominus de Hornes, Ioannes Dominus de Cuck, Theodericus Dominus de Herlaer, milites, & frater noſter Godefridus de Brabant Dominus de Arſchot & de Virſon, cognatus noſter Henricus de Louanio, VValterus Bertaut Dominus de Mechlinia, anno 1281. die Iouis poſt Paſcha.

GERARDVS de VVeſemale] Dominus Bergarum ad Zomam tres reliquit filios, *Arnoldum* de VVeſemale Bergarum Dominũ, *Gerardum* & *Godefridum*: vt ex tabulis Loci S. Bernardi ſuprà pag. 599. recitatis conſtat.

CAPVT CCXXVI.

Arnoldus Comes Loſſenſis dotat Haſletenſe monaſterium Eremitarum ord. S. Auguſtini, an. 1296.

EGO ARNOLDVS Comes Loſſenſis, cũ vxore mea *Margareta*... Priorem & conuentum Eremitarum S. Auguſtini vnà cum fundo ſeu loco, in quo morantur in opido noſtro de Haſſelt, ac ædificiis in eodem loco de nouo conſtructis & conſtruendis, à ſolutione cenſus, in quo idem locus ratione fundi in curia noſtræ iuriſdictionis interioris de Haſſelt mihi ſingulis annis tenebatur, in perpetuum abſoluo & 1296. quito. Datum M.CC.XCVI. in craſtino B. Gregorij Papæ & Doctoris.

Hugo & Theobaldus Leodicenſes Epiſcopi, Mechliniæ pro parte Domini, ſuper iuribus eiuſdem tranſigunt.

VNIVERSIS HVGO Leodienſis Epiſcopus ſalutem. Cùm ad nos & anteceſſores noſtros eccleſiæ Leodienſis Epiſcopos plurima & diuerſa iura ac iuriſdictiones in opido Mechlinienſi & in villa de Heiſte, & appenditiis earumdem pertinuerint longis temporibus, & adhuc pertinere dignoſcantur, quæ vſque ad hæc tempora nobilis vir *Ioannes* Bertout

Bertout de Mechlinia & sui progenitores per potentiam suam violenter occupatunt, & adhuc detinent occupata, oportunum duximus eatenus nobis brachium inuocare defensionis. Cùm igitur *Ioannes* Dux Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgi sit maior ac potentior inter fideles ecclesiæ nostræ suprà dictæ, & de mandato nostro prædicta iura & iurisdictiones ad proprietatem ecclesiæ nostræ reducere laboret suis sumptibus, nostræque seu ecclesiæ nostræ facultates non sufficiant ad tanta onera supportanda, prædicta iura & iurisdictiones vniuersas prout idem Dux reuocauerit ad proprietatem ecclesiæ nostræ, conferimus & donamus sibi suisque heredibus vsque ad tertium heredem inclusiuè, cum prouentibus & aduenticiis quibuscumque. Datum M.CCC. Sabbato post festum B. Lucæ Euangelistæ. 1300.

Vniuersis THEOBALDVS Leodiensis Episcopus salutem. Nouerint vniuersi quòd cùm dissensio fuisset inter nos ex vna parte, & nobilem virum *Ægidium* dictum Bertout de Malines ex altera, occasione iuriũ in villa Mechlinienſium, tandem pro bono pacis concordatum est inter nos & dictum Ægidium in modum qui sequitur: videlicet quòd *Heuere, Musines, Humbeke, Leest, Heffene, Noulant*, & *Neckerspoele*, & dictarum villarum appendicia, sunt & erunt in perpetuum sub dominio & iurisdictione Episcopi & ecclesiæ Leodiensis, sicut est Mechlinia. Omnes excessus, emendæ, obuentiones & commoda, quæ prouenire poterunt ex iudicio vel aliàs in villa Mechlinienſi, & in aliis villis prædictis & earum appenditiis, siue ex caussa iudiciaria ac alio quocumque modo, erunt communia & æqualiter diuidentur pro æquis portionibus inter nos & Ægidium Bertout antedictum; saluis iuribus villæ prædictæ, pro vt ea Scabini Mechlinienſium conseruant. Præterea omnes reditus, qui nobis Episcopo ac Ægidio Bertout prædictis cedent in dictis locis & eorum appendiciis, erunt communes & æqualiter hereditariè diuidentur inter nos & Ægidium Bertout prædictum. Datum M.CCC.VIII. in crastino festi B. Andreæ Apostoli. 1308.

NOTATIO.

ARNOLDVS] Comes Loſſenſis & vxor eius *Margareta*, cum conſenſu filiorum Ludouici & Arnoldi, anno 1304. dicto monaſterio Haſſletenſi aliquót modios ſiliginis ſuper molendino de Haſſelt in eleëmoſynam aſſignarunt. Idem Comes Arnoldus pro remedio animæ ſuæ, & animæ Margaretæ quondam vxoris ſuæ, an. 1321. ſtatuit vnam capellaniam ſeu altare in eodem monaſterio in honorem S. Huberti, aſſignatis certis cenſibus: vt ex illius loci documentis didici. Comitatū porrò Loſſenſem Epiſcopus Leodicenſis, & Comitatum de Chiny hodie Rex Hiſp. poſſident.

CAPVT

CAPVT CCXXVII.

Sartum B. Mariæ prope Distemium an. 1304. dotatur. Origo & progressus monasterij Vallis Viridis in silua Zonia prope Bruxellam explicatur.

ANte altare monasterij de Sarto B. Mariæ, quod vulgariter *Rothem* dicitur, Leodiensis diœcesis, Cistertiensis ordinis, *Theodericus* miles dictus de Anderane constitutus, ad opus Abbatissæ & conuentus eiusdem loci suam totius bladi de *Betche*, & in locis vicinis, ac suam ibidem omnium segetum decimam, in elemosynam, habendam in futuro (electa sibi in dicto monasterio ecclesiastica sepultura) dedit pleno donationis inter viuos iure. Actæ sunt hæc M.CCC.IV. Indictione II. Iunij die V. 1304.

THEODERICVS & Arnoldus fratres, filij & heredes quondã Theoderici de Anderane militis, anno M.CCC.XVIII. Indictione II. Nouembris die XXV. recognouerunt se vendidisse Catharinæ Abbatissæ & conuentui B. Mariæ de Sarto medietatem cuiusdam decimæ minutæ in villa de *Besche*; quæ etiam medietas coniuncta est alij medietati, quam dictæ Religiosæ comparauerant ergà *Henricum*, fratrem prædictorum Theoderici & Arnoldi. Acta sunt hæc anno, Indictione, mense & die prædictis. 1318.

Nos IOANNES Dei gratia Dux Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ notum facimus vniuersis, quòd nos *Ioanni de Busicho* eremitæ domum nostram sitam in nostro nemore Zoniæ, in loco dicto *Groenendael*, & fossatum, quod hactenus de licentia nostra ibidem fecit, cum spatio intra fossatum dictum contento, tenendam, quamdiu vixerit, conferimus. Ita vt si eũ alibi transferri vel mori contingat, extunc in posterum alter religiosus ad seruiendum ibi Deo perpetuis temporibus morabitur. Datum die Veneris post Assumptionem virginis Mariæ, M.CCC.IV. 1304.

IOANNES Dei gratia Lotharingie, Brabantiæ ac Limburgiæ Dux, sacrique Imperij Marchio, vniuersis salutem. Nouerint vniuersi, quòd nos pro salute collateralis nostræ piæ memoriæ, ac etiã nostra, donamus

mus in perpetuum dilecto nobis *Franconi* de Frigido monte, presbytero, quendam locum dictum *Groenendael*, olim per nostros prædecessores, pro quadam eremo construenda, concessum, situm in nemore nostro de Zonia, in parochia de *Hoelaer*, cum magno viuario ibidem adiacente: tali conditione, quòd talis locus sit in futurũ habitatio quinque virorum religiosorum ad minus, diuina officia ibidem celebran-
1343. tiũ. Datum Bruxellæ feria quarta in festis Paschalibus, M.CCC.XLIII.

Ioannes Brabantiæ Dux, plebeis magistratibus amotis, patritios Bruxellenses pristino statui restituit, an. 1306.

Ioannes Dei gratia Dux Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgi... Ob graues discordias, quæ inter patritias familias nostræ vrbis Bruxellensis (quarum hæc sunt nomina, *Ser-Hughes*, *Spverts*, *Leeus*, *Rodenbeke*, *Ser-Roelofs*, *Vten Steenvveghe* & *Coudenberge*) ac plebeios eiusdẽ vrbis aliquãdiu fuerunt, quasque nostro arbitrio componendas compromiserunt, nos re maturius expensa sancimus, ne plebs vllo vnquam tempore ad Reipublicæ gubernacula admittatur. Patritiis prædictarum VII. familiarum immunitates ac priuilegia, quæ patris, aui & proauorum nostrorum temporibus ipsi atque eorum maiores habuerunt, restituimus. Sancimus præterea vt singulis annis octiduo ante Natalem S. Ioannis Bapt. ex septem patritiorũ familiis septem Scabini deligantur.... Rogamusque Principes & Barones nostros, vt præsenti chartæ sua sigilla appendant. Et nos Gerardus Comes Iuliacensis, Arnoldus Comes de Los & Chiny, Ioannes Dominus de Cuyck, Florentius Bertout Dominus de Berlaer, Raso Dominus de Lidekercke & Breda, Gerardus Dominus de Diest, Gerardus de Wesemale Dominus Bergarum ad Zomam & Woude, Gerardus Dominus de Rotselare, Arnoldus Dominus de VVesemale, Marscallus Brabantiæ, Otto de Cuyck Dominus de Zalem, Ioannes de Louanio Dominus de Herstal, Ægidius Bertout Dominus Mechliniæ, Daniel de Bochout, Hẽricus de VVange Seneschallus Brabantiæ, Ivvanus de Meldert, VValterus de VVineghem, sigilla nostra cum domini Ducis sigillo huic chartę affiximus.
1306. Datum M.CCC.VI. mense Iunio.

Guilielmus

Guilielmus Naldeuici in Hollandia Dominus ibidem Canonicorum collegium an. 1307. instituit, & Henricus eiusdem loci Toparcha monasterium ord. Cistertiensis VVateringæ prope Delfos an. 1485. fundat.

Vniuersis VVilhelmus de Naelvvijck', miles, salutem. Cùm ecclesia loci prænominati ad sustentationem plurium competenter sit dotata, nos ad honorem Dei, eiusdem quoque glorioſæ genitricis, B. Adriani patroni, atque Sanctorum omnium, omnes prouentus dictæ ecclesiæ vacantis sex sacerdotibus regulam Canonicorum obseruantibus, sub æquali participatione distribuendos, ad deseruiendum in perpetuum in propria persona, contulimus propter Deum. Datum M.CCC VII. in die Luciæ virginis. 1307.

Ego HENRICVS Dominus de Naeldevvijck & de Capella, miles, hereditarius Marscalcus Hollandiæ, & *Machtildis* de Raephorst, Domina de Naeldevvijck, animo & intentione fundandi conuentum, appellandum *B. Mariæ in Bethleem*, ord. Cistertiensis, ad numerum tredecim monachorum & quattuor laicorum siue Conuersorum, donamus pro conuentu in eo fundando castrum siue domistadiũ nostrum in villa nostra de *VVateringhe*, cum omnibus pertinentiis infra fossatũ extremum concluſis, vnà cum circumferentia dicta *die Cingel*. Actum in Haga, in domo habitationis nostræ, M.CCCC.LXXXV. in profesto S. Bernardi. 1485.

NOTATIO.

Fundationem istam Dauid à Burgundia Episcopus Vltraiectensis, Ioannes Abbas Cistertiensis an. 1489. & Henricus Abbas Campensis suis tabulis firmarunt. Fuit autem Prioratus iste VVateringanus (vt & alij plures per Hollandiam) olim incluſus, vt vulgò loquuntur, instar Cartusiensium, sub obseruantia regulari. *Henricus* porrò Naldeuici & Wateringæ Dominus, qui castrum suum Wateringanum in monasterium conuertit, ex Mathilde de Raephorst vnicam reliquit filiam *Guilielmam*, Ioanni Vicecomiti Montfortio nuptam.

NAELDVVIICK,] Naldeuicus, municipium Hollandiæ prope Graueſandam, ſecundo lapide ab Haga Comitis, olim potentes habuit Dominos, qui erant hereditarij Mareſcalli Hollandiæ. Ex his *Guilielmus* miles collegium ſex Canonicorum Naldeuici an. 1307. fundauit, quem numerum Guilielmus Armiger, Guilielmi militis filius aut nepos, an. 1369. duplicauit. Sicque XII. Canonicis collegium Naldeuicenſe conſtitit olim in Vltraiectenſi pòſt in Harlemenſi diœceſi. Naldeuicenſe municipiũ, cum vicis adiunctis & arce vetuſta *Honshole* nuncupata, Carolus Comes Arenbergius Henrico Naſſauio, Mauritij fratri, nunc Principi Arauſionenſi, noſtra memoria vendidit.

CAPVT CCXXVIII.

Elenchus procerum Brabantiæ, qui comitiis Cortebergæ inter Louanium & Bruxellam, an. 1312. in fine Septembris celebratis interfuerunt.

IOannes III. Lotharingiæ & Brabantiæ Dux, Gerardus Comes Iuliacenſis, Arnoldus Comes Loſſenſis, Rainoldus Dominus de Valkenbug & Monjoiæ, Florentius Bertout Dominus Mechliniæ, Gerardus Dominus de Dieſt, Burgrauius Antuerpienſis, Raſo Dominus de Lidekercke & Breda, Gerardus Dominus de Hornes, Arnoldus Dominus de Weſemale, Mareſcallus Brabantiæ, Arnoldus de Weſemale Dominus Bergarum ad Zomam, Henricus de Louanio, Philippus Comes de Vianen, Dominus Grimbergæ, Philippus de Vianen Dominus de Rumſte, Walterus Dominus de * Edingem, Henricus Bertout Dominus de Duffle & Gele, Goſuinus de Goerſenhoue, Philippus de Lidekercke Dominus de Heuerhout, Ioannes Bertout dictus Berlar, Dominus de Keerberghe, Guilielmus Dominus de Cranendonck, Henricus Camerarius, Dominus de Heuerlè, Ioannes Dominus de Sombreffe, Gerardus de Quakenbeke, Eduardus eius frater, miles, Daniel de Bouchout miles, Gerardus Dominus de Herlaer, Raſo de Grauen miles, Ioannes Meevve, frater Ioannis III. Brabantiæ Ducis, Dominus de VVauere & Dongelberghe, Arnoldus de Hellebeke, miles, Arnoldus Lombart de Iſche, VVillelmus de Bouleer, miles,

Enghien.

les, Robertus de Goere, miles, Nicolaus van Dorne, Gerlacus vanden Bosſche, Henricus de Meldert, Ioannes de Raetſenhoue ſenior, Ioannes de Raetſenhoue iunior, Carolus de Riuieres, Ioannes de Ophem, Iacobus de Gentines miles, Ioannes Dominus de Agimont & VValhain, Gerardus Dominus de Marbais, Burgrauius Bruxellenſis, Gerardus Dominus de * Geete, Ludouicus de Lummen, Aduocatus Haſbaniæ, Dominus de Chamont, Guillielmus Dominus de Rotſelare, Alardus Dominus de Reuez, Robertus de Aſche, Gerardus de Aa, Reinerus Bordon de Halen, Henricus de VVanghe, miles, Ioannes Dominus de Cuyck, Arnoldus Dominus de Crayenhem, Ioannes van Hueſene, Godefridus vandē Bosſche miles, Reinerus de Bourlamont, Dominus de Bruyere, Otto de Cuyck, Arnoldus de Dieſt, Thomas frater eius, Arnoldus de Leſdale miles, VValterus de Berchem. *Lauche.*

Guilielmus I. *Bonus Hollandiæ Hannoniæq; Comes monaſterio S. Giſleni an.* 1315. *benefacit, & Ludouicus Bauarus eius heres cauſsâ vxoris, ſcribit ad aliquot proceres Hannoniæ, an.* 1317.

Vniuerſis Guilielmus Dei gratia Comes Hollandiæ, Zelandiæ & Hannoniæ, Dominuſque de Friſia, ſalutem. Notum facimus vniuerſis, quòd nos anno M.CCC.XV. Dominica prima poſt feſtum Conuerſionis B. Pauli... Acta ſunt hæc in præſentia fratris noſtri Ioannis de Bellomonte, Gerardi Domini de Bornes, Arnulphi Domini de Prayaulx, Arnulphi de Boulans, Ioannis Vernier Balliui noſtri de Hannonia, magiſtri Nicolai Curati de S. Giſleno, & plurium aliorum, anno & die prædictis, in caſtro noſtro apud Quercetum. 1315.

LVDOVICVS... nobilibus viris Ioanni de Barbenchon, Hugoni de Barbenchon eius fratri, & Faſtredo Domino de * Linea, militibus.... In cuius rei teſtimonium præſentes conſcribi & noſtro ſigillo iuſſimus communiri. Datum in VVormatia, VII. Kalendas Auguſti anno Domini M.CCC.XVII. *Ligne.* 1317.

Robertus Caſletanus, Roberti Betunij Flandriæ Comitis filius, prætendit ſibi deberi Comitatum Flandriæ, anno 1322.

Carolus Dei gratia Francorum & Nauarræ Rex notum facimus, quòd cùm *Robertus* de Flandria, miles, filius defuncti Roberti quondam Comitis Flandriæ, tanquam proximior & vnicus ſuperſtes eius filius, vt dicebat, diceret ſe eſſe ſaiſitum per conſuetudinem patriæ notoriam, qua dicitur quòd mortuus ſaiſit viuum, de Comitatu & patria Flandriæ.... ex vna parte, & *Matthæus* de Lotharingia, miles, nomine & ratione *Mathildis* vxoris ſuæ, Dominæ de Florenges, filiæ dicti Comitis, & ipſa domina pro ſe: dicentes dictam dominam eſſe proximiorem in ſucceſſione dicti Comitis; ex eo quia filia dicti Comitis, & quia dictus Robertus, & Ioanna Domina de S. Gobano, ſoror ipſius, renuntiauerunt omni iuri ſucceſſionis dicti Comitis Niuernenſis, filij primogeniti dicti defuncti Comitis Flandriæ..... Domina verò de S. Gobano, filia dicti defuncti Comitis Flandriæ.... Datum anno
1322. M.CCC.XXII.

Otho Dominus de Cuyck à Ioanne III. *Brab. Duce Grauiam opidum in feudum accipit, an.* 1223.

Nos Otho, Dominus de Cuyck & Heuerlè, notum facimus vniuerſis, quòd nos opidum noſtrum de Grauia, cum omnibus iuribus, feudo, attinentiis & libertatibus ad dictum opidũ ſpectantibus, quod noſtrum verum erat allodium, in manus Ioannis Dei gratia Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgi Ducis, domini noſtri portauimus, & ad vſum ipſius ac heredum ſuorum omne ius, quod habebamus, exfeſtucando renuntiamus in perpetuum. Et omnibus præmiſſis ſic factis, idem Dux dictum opidum, cum omnibus iuribus, fundo, attinentiis, ac libertatibus, tanquam ſuum proprium allodium nobis in rectum feudum, iure Brabantino ab ipſo ſuiſque heredibus & ſucceſſoribus, ac noſtris ſucceſſoribus & heredibus hereditariè tenendum conceſſit. His præmiſſis interfuerunt Florentius Bertout Dominus de Mechlinia,

nia, Ioannes Bertout Dominus de Helmont, Rogerus de Lefdale, Dominus de Oirſchot & de Parcke, Nicolaus de Dorne, Ioannes de Raidtshouen, Henricus de Meldert, Ioannes Meeuvve Dominus de Wauere, Ioannes de Keſterbeke, milites, nec non Rodolphus Pipenpoy Seneſcallus Brabantiæ. Datum Bruxellæ in die Natiuitatis Ioannis Bapt. M.CC.XXIII. 1223.

Ioannes III. *Brabantiæ Dux Gerardo Domino de Dieſt priuilegia confirmat, an.* 1333.

Vniuerſis nos Ioannes Dei gratia Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgi Dux notum facimus quòd nos nobili viro conſanguineo noſtro *Gerardo* Domino de Dieſt & Caſtellano Antvverpienſi, & ſuis poſt ipſum heredibus & ſucceſſoribus, omnes chartas & priuilegia, à noſtris anteceſſoribus data approbamus & confirmamus: & rogamus fideles noſtros nobiles viros, Gerardum Comitem Iuliacenſem, Arnoldum Comitem Loſſenſem, Ioannem Dominum de Cuyck, Henricum primogenitum Domini de Cuyck, Ioannem dictum Bertout de Mechlinia, & Danielem de Bouchout militem, vt præſentem paginam velint ſuis ſigillis roborare. Actum Bruxellæ M.CCC.XXXIII. in die B. Iacobi Apoſtoli. 1333.

Ludouicus IV. *Bauarus Reinoldum illo nomine ſecundum ex Comite Gelriæ creat Ducem, an.* 1339.

Ludouicus IV. omnibus has litteras viſuris ſalutem. Quandoquidē *Reinoldus* Comes Gelriæ, regio genere ortus, multa ſeruitia Imperio præſtiterit, & adhuc præſtare poterit, Henrico Moguntino & Balduino Treuerenſi, Archiepiſcopis, Ioanne Rege Bohemiæ, Rudolpho Comite Palatino Rheni & Duce Bauariæ, Rudolpho Duce Saxoniæ, & Ludouico Marchione Brandenburgenſi, filio noſtro primogenito, præſentibus, dictum Reinoldum ex Comite Ducem Gelriæ creamus, vt & poſteros eius legitimos: cum hoc priuilegio, quando nos aut ſucceſſores noſtri publicabunt Parlamenta, vel quando noui aliqui Prin-

cipes creabuntur, vel similes actus publici celebrabuntur, quòd tunc ipse vestibus Cæsareis nos induet. Item quando successores nostri, Romanorum Reges, Aquisgrani, Mediolani & Romæ coronabuntur, quòd tunc ipse aut eius heredes coronam regiam dictis Regibus super caput imponent, deponent, portabunt & in manibus gestabunt. Insuper ad maiorem dicti Ducatus & Principatus splendorem, assignamus ipsi, iuxta morem Imperij, quattuor Officiarios infra nominandos, & eorumdem heredes, videlicet Iacobum van Myrlaer Oeconomum, Euerardum van Wylp Marescalcum, Theodoricum van Lienden Pocillatorem, & Guilielmum van Brouchuysen Camerariũ. Item concedimus ipsi ius cudendi monetam auream, iuxta valorem monetę Archiepiscopi Colonienſis, Ducis Brabantiæ, & Comitum Hannoniæ atque Hollandiæ. Datum Francofurti die XIX. Martij anno Do-
1339. mini M.CCC.XXXIX.

CAPVT CCXXIX.

Elenchus procerum Brabantiæ & Flandriæ, qui pactum inter Ioannem III. *Brab. Ducem & Ludouicum Niuernium Flandriæ Comitem an.* 1339. *initum suis sigillis firmarunt.*

IOANNES Dux Lotharingiæ & Brabantiæ & Marchio, Otto Dominus de Cuyck, Guilielmus Dominus de Hornes & Gaſebeke, Thomas de Dieſt Dominus de Zeelem, Guilielmus Dominus de Weſemale, Mareſcallus Brabantiæ, Guilielmus de Duuenuorde Dominus de Oiſterhout, Ioannes Dominus de Rotſelare, Droſſartus Brabantię, Ioannes Loſſenſis Dominus de Agimont & * Waelhem, Henricus Bertout Dominus de Duſtle, Ioannes de Lefdale Burgrauius Bruxellenſis, Guilielmus Dominus de Boxtel, Ioannes Dominus de Sombreffe, Ioannes de Kuyc Dominus de Hoochſtrate; Ludouicus Dominus de Diepenbeke, Theodericus Dominus de Walicourt & Aa, Mareſcallus Hannoniæ, Henricus de Walicourt Dominus de Fauerchines, Ludouicus de Berlar Dominus de Helmont, Ægidius de Quaderebbe Dominus de Bierge, Arnoldus van Hielbeke, Ioannes Pilyſere, Ioannes

VValhain.

Ioannes de Kersbeke, Hermannus van Os, Ludouicus vander Borcht, Receptor Brabantiæ, Ioannes de Meldert, Ioannes Pulleman, Drossartus Brabantiæ, Ioannes de Wineghem, Daniel van Boechout, Henricus de Bouterssem, Henricus de Waelhem, Raso de * Grauen Dominus de Lintere, Gosuinus Dominus de Godtsenhouen, Iuuanus de Meldert, Arnoldus vande Wiere, Willelmus vanden Bosche, Gerardus de Vorslaer Burgrauius Geldonienſis, Ioannes de Immersele, Golias de Viluorden Vtenhoue, Ioannes van Crainhem, Ioannes de Schoonhoue, Carolus de Riuieren, & VValterus Dominus de Melin, milites, ex parte Ducis. *Grez.*

LVDOVICVS Comes Flandrenſis, Niuernenſis & Rethelenſis, Henricus à Flandria Dominus de Niniue, Philippus Dominus de Axele, Simon de Mirabel Dominus de Pierevveis, Gerardus Dominus de Rasſegem & Lens, Raso de Gauere Dominus de Heremais, Arnoldus de Gauere Dominus de Scoreſſe, Ioannes de Gruthuſe Dominus de Aa, Rogerius Briſeteſte Dominus de Bruxhē, Ioannes de Axele, Oliuerius Dominus de Pouke, VVillelmus de Neuele, Gosuinus vanden Moere, VVlfardus de Giſtelles, Gerardus de Rasſegem Dominus de Crainhem, Ioannes de Houtere Burgrauius Iprenſis, Ioannes de Belle, Euſtatius Paſcaris, Rogerius de Lichteruelde, Zegerus de Drongene Dominus de Melle, Gerardus de Giſtelle, Daniel de Roſebeke, Rogerius Briſeteſte Simon de Malſtede, Rogerius de VVaernevvijck, Gerardus de Moerſeke, VVillelmus vander Straeten, Ioannes van Pœluorde, Ioannes de Maſſemine, Raso de Erpe, milites, Ioannes de Aishoue, Gisbertus de Leuvvergem, Gerardus de Maſſemine, Daniel de Drongene, Ioannes de Erſele, Ioannes vanden Moere, Arnoldus Barnaige, Ioannes de Huntsbeke, Ludouicus de Moerkercke, Hugo de Steelant & Ioannes de Loukerne, Scutiferi, ex parte Comitis.

Elenchus virorum nobilium ad comitia Cortebergenſia circa an. 1350. euocatorum.

VValterus de Berchem, Florentius de Bigarden, Ioannes de Hamme, Daniel de Craynhem, Ægidius vander Tomme Ægidij filius, Ægidius vander Tomme Guilielmi filius, Ioannes de Holeghem, Daniel van Liere, VValterus van Seebroeck, Ioannes van Marſelaer, Oſto de Eppeghem, Philippus van VVauere, Ioannes van VVauere, Henricus de Quaderebbe, Ioannes de Suiuegem, Ioannes vander Meeren, Henricus vander Heyden, Henricus de Roſires, Godefridus vanden Broecke, Balduinus de Rixiſſard, Henricus de Waelhem, Ioannes Pilyſer, Florentius de Stalle, Henricus de Stalle, Henricus Happart, Ioannes de Craynhem, Gerardus Dominus de Vorſlar, Daniel de Bouchout, Ioannes de Walicourt Mareſcallus Hannoniæ, N. Dominus de
pag. 670. Cuyc, Gerardus de Rode, Ioannes Dominus de * Agimont & Waelhem, N. Dominus de Duffle & Gele, Theodoricus de Hornes, Guilielmus de Herlar, Henricus Eſtor, Arnoldus de Orle Dominus de Rummene, N. Comes Loſſenſis, Ludouicus van Diepenbeke, Ioannes Dominus de VVittham, N. Dominus de Ooſterhout, N. Dominus de Blaeſuelt, Ioannes de Meldert, N. Dominus de Gasbeke, Henricus van Bouterſem, Gerardus vander Heyden, Iacobus de Glimes, Ioannes de Schoonhouen, VValterus de Huldenberge, Ioannes de Polanen Dominus vander Lecke, Ioannes de Sombref iunior, Simon de Orbais.

Duuenuordij variis eccleſiis benefaciunt.

1245. Per hoc publicum inſtrumentum cunctis pateat, quòd an. M.CCC. XLV. vir ſtrenuus *VVillelmus* de Duuenuoirde iunior, Dominus de Donghene, miles, dedit in eleëmoſynam Ægidio de Bake presbytero, Prouiſori monaſterij in honore B. Claræ virginis Bruxellæ per *Guilielmum* de Duuenuoirde ſeniorem, Dominum de Oiſterhout, militem

militem, patrem prædicti VVillelmi iunioris, de nouo constructi & fundati, omnes reditus & census acquisitos erga Ioannem de Bouchout Dominum de Loenhout, militem, in VVauera S. Mariæ, Putte, Beersele, Ieteghem, Riemenam & Zellaer. Acta sunt hæc Machliniæ, anno vt suprà.

Ego GVILLIELMVS de Duuenuoirde iunior, Dominus de Dongenc, miles, dedi in eleëmosynam, *vt suprà*. Datum Mechliniæ an. M.CCC.XLV. Testes Gerardus de Duffle Dominus de Retie, Henricus de VValcourt Dominus de Fauerchenis, Ioannes de Immersele, Arnoldus de Heelbeke, Florentius de Stalle, milites, VValterus de Ponte, VValterus Pipenpoy, VVillelmus Pipenpoy, VVillelmus Kereman, Ægidius dictus vanden VVingaert, Scutiferi. 1345.

NOTATIO.

Dominus Ioannes de Bouchout, filius quondam Ægidij de Bouchout militis, promisit *VVilhelmo* de Duuenuoirde, filio VVilhelmi Domini de Oisterhout, & *Elisabethæ* eius vxori, sorori dicti domini Ioannis in dotem..... post decessum *Mariæ* de Ameyden, Dominæ de Berlar, auiæ dicti domini Ioannis. Ita legitur in litteris quibusdam Scabinalibus coram Senatu Bruxellensi expeditis.

VVILHELMVS] iunior Dominus de Oosterhout, in castro illius loci agens, insuper altare vnum in ecclesia de Oosterhout in honorem Dei, S. Mariæ & SS. trium Magorum an. 1398. fundauit. 1398.

CAPVT CCXXX.

Elenchus procerum Brabantiæ, qui tabulas Cortebergenſes à VVenceſlao Brab. & Luxeburgi Duce eiuſq; coniuge Ioanna an. 1372. editas ſignarunt.

GVilielmus à Flandria Comes Namurci & Dominus Sluſæ, Guilielmus à Namurco, Robertus à Namurco Dominus de Beaufort & Renay, Ludouicus à Namurco Dominus de Peteghem, VValrauus de Valkenborch Dominus de Borre, Zittert & Herpen, Theodericus de Hornes Dominus de Pervveis & Duffle, Svvederus de Apcoude Dominus de Putte & Gasbeke, Ioannes de Polanen Dominus de Lecke & Breda, Reinoldus Dominus de Schoonuorſt, Ioannes de Aa Dominus de Grimberges & Gruthuſe, Ioannes de Bochout Burgrauius Bruxellenſis, Gerardus Dominus de Vorſſelar, Burgrauius Geldonienſis, Ioannes Dominus de VVittham, Gerardus vander Heyden Dominus de Boutershem, Bernardus Dominus de Borgniual, & Ioannes Godeuars, milites, Godefridus de Tronck, Scutifer, Receptor Brabantiæ.

Electi ex parte Ducis & Ordinum Brabantiæ in comitiis Cortebergenſibus: Ioannes Loſſenſis Dominus de Agimont, VValhain & Gete, Ioannes Dominus de Rotſelare, Ioannes de Hasbeynen, Arnoldus de Craienhem Dominus de Grobbendonck.

Barones & milites Brabantiæ: Ludouicus de Harrecourt Dominus de Chaſtelbrian & Arſchot, Robertus Dominus de Rumpſt, Henricus Dominus de Dieſt, Guilielmus Dominus de VVeſemale, Mareſcalcus Brabantiæ, Ioannes Dominus de Petershem, Godefridus Dominus de Herdevvemont, Hoelen & Opuelpe, Henricus Dominus Bergarum ad Zomam, Ioannes Dominus de Marbais, Ioannes Dominus de Sombreffe, Alardus Dominus de Reuez, Oſto Dominus de Traſegnies, Henricus Dominus de Diepenbeke

béke & Lens, Ioannes de Grimbergis Dominus de Aſche, Franco de Halen, Dominus de Lillo & Monte S. VVilberti, Raſo de Riuieres Dominus de Neder-Lintere, Florentius de Stalle Dominus de Riuieres, Daniel de Bochout Dominus de Hoenbeke & Loenhout, Henricus de Quaderebbe Dominus de Bierges, Oſto de VVedergrete Dominus de Eygene, Ioannes Dominus de Glimes, Ludouicus Dominus de Dongelberge, Gilbertus de Grauen, Arnoldus de Molembais, Arnoldus de Opperbais, Godefridus, Ioannes & Carolus de Immerſele, fratres, Ioannes de Beere, VValterus de Duffle, Florentius & Iacobus de Duffle, fratres, Coſtinus de Berchem, Ioannes de Ranſt, Ioannes de Schoonhouen Dominus de Zundert, Ioannes de Meldert, Golias vander Tommen, Ioannes Pilyſer, Ioannes van Ophem, Ioannes van Hamme, Ioannes de VVaure, Morelius de Ripenſart, & Ioannes vanden Bisdome, milites; VValterus Dominus de Edingen, Ioannes Dominus de Cranendonck, Ioannes Dominus de Cuyck, Ioannes Dominus de Meghem, Ioannes de Berlar Dominus de Helmont, Ioannes Dominus de Heuerlè, Camerarius Brabantiæ, Guilielmus Dominus de Boxtel & VVauere, Scutiferi.

Domini de Polanen, Lecke & Breda varias eccleſias dotant.

Pateat vniuerſis, quòd nos *Ioannes.* de Polanen miles, Dominus de Lecka, cum quibuſdam aliis parochianis de *Velzen*, ad capellaniam in altari B. Mariæ & B. Petri, in dicta eccleſia de Velzen fundandam, damus ſex iurnalia in *Poeldyc*, & agrum vnum... Datum M.CCC.XLVII. feria quarta poſt octauam Pentecoſtes. 1347.

Vniuerſis *Ioannes* Dominus de Lecka & Breda ſalutem. Cupientes diuinum cultum adaugere, capellaniam ſeu præbendam de bonis proprijs de nouo creamus, fundamus & dotamus, in hunc modum; quòd eiuſdem capellaniæ collationem nobis & noſtris ſucceſſoribus Dominis de Breda perpetuò reſeruamus. Inſuper ille,

cui continget de præfata cápellania prouideri, sit sub tutela Decani & Capituli ecclesiæ B. Mariæ in Breda; verumtamen tenebitur nobis & successoribus nostris singulis diebus Missam celebrare in castro nostro de Breda, seu in capella nostra choro Capituli contigua. Assignamus autem ad dotem decimas nostras de *Spranghe* prope *Besoyen*; easdem per præsentes amortizantes, ac eisdem exfestucando renuntiantes in per-
1388. petuum. Actum M.CCC.LXXXVIII. Maij die VI.

Venerabili viro domino Archidiacono Campaniæ in ecclesia Leodiensi *Henricus de Lecka* miles, tutor domicellæ *Ioannæ* Dominæ temporalis dominiorum de Lecka, Breda & Oosterhout. Dudum recolendæ memoriæ *VVilhelmus* Dominus temporalis de Oosterhout, consanguineus noster, in ecclesia parochiali de Oosterhout in honore B. Mariæ & SS. trium Magorum vnum altare dotauit; & antequã huiusmodi altaris dotatio confirmaretur, idem consanguineus noster ex hac luce est subtractus, dictaque domicella neptis nostra in dominio de Oosterhout successit. Volentes igitur dicti consanguinei nostri ordinationem piè incohatam ad effectum deducere.... Datum apud ca-
1402. strum de Breda M.CCCC.II. Iunij die XXII.

NOTATIO.

IOANNES] Dominus de Polanen & Leck, Ioannis & Catharinæ Brederodiæ filius, Philippi nepos, duxit Mariam Brabantinam. Anno 1351. emit à Ioanne III. Brab. Duce territorium Bredanum, sicut illud antea tenuerat Philippus Dominus Lidekercæ & Bredæ: & vt Bredæ Dominus *Ioannes* comitiis Cortebergensibus an. 1372. interfuit, ac demum an. 1377. viuere desiit. Filium reliquit *Ioannem* de Lecka nuncupatum, Bredæ Dominum, cuius filia *Ioanna* nupsit Engelberto Comiti Nassauio.

CAPVT

CAPVT CCXXXII.

Ioannes Serclaes, tunc Canonicus pòst Episcopus Cameracensis, frater Euerardi viri nobilis (à quo Comes de Tilly stirpem trahit) an. 1377. fundat domum scholarium in vrbe Bruxellensi.

IN nomine Patris & Filij & Spiritus sancti amen. Ego *Ioannes* Serclaes, Cameracensis ac Bruxellensis Canonicus, Archidiaconus in Hannonia, cupiens de bonis mihi largiter à Deo collatis opus aliquod agere, per quod suæ diuinæ maiestati gratum obsequium, Ecclesiæ & Reipublicæ, disciplinæque scholasticæ vtile præstare possim augmentum, post varias considerationes habui specialè deuotionem ad opus pium, & vt spero fructuosum faciendum, videlicet vnam domũ pauperum puerorum scholarium, qui in aliis locis Boni pueri & vulgariter *Bons enfans* nuncupantur: quod opus dudum bonæ memoriæ dominus * *Petrus* de Huffle, Capellanus in ecclesia Bruxellensi, in sua vltima voluntate de suis bonis fieri voluit, sed iamdiu, quia bona non sufficiebant, imperfectum & quasi derelictum remansit; addendo de facultatibus meis in tantum, quòd vnà cum bonis dicti domini Petri ad hoc relictis, dictum opus perduci poterit ad effectum. Igitur ad opus fundationis contuli & donaui domum meam extra portam B. Gudilæ Bruxellensis sitam, in vico vocato vulgariter *Scharenbekestrate*, cum suis pertinentiis, ornamentis, libris, supellectilibus & aliis bonis quibuscumque, sicut eam ibidẽ ornaui & disposui pro ipsorum scholarium habitatione, nec non reditus annuos sexdecim modiorum cum dimidio siliginis, & centum Florenorum de Florentia pro ipsorũ victu & sustentatione: ordinans quòd in dicta domo sint duodecim pueri pauperes scholares, ætatis inter nouem & decem & octo annos; qui habere debent vnum magistrum principalẽ domus, & vnum pædagogum iuuenem, aptos & litteratos, qui curam domus & scholarium gerant diligenter. Rogans dilectum fratrem meum dominum *Euerardum* Serclaes, quatenus in signum approbationis sigillum suum vnà cum meo præsentibus appendat. Datũ Bruxellæ M.CCC.LXXVII. die X. Octobris. 1377.

* *Secretarius Brux.* 1358.

Carolus de Immerſele Dominus de Hameide emit Ieſegemium in agro Lirano an. 1380.

MACHTILDIS Dei gratia Duciſſa Gelriæ, Comitiſſa de Blois & Zutphen, & Domina terræ Mechlinienſis, cunctis notum facimus, quòd nos vendidimus *Carolo* de Immerſele Domino de Hameide, & *Margaritæ* de Meldert eius coniugi, villam noſtram de *Ieteghem*, cum omnibus appenditiis ſuis : & dictus Carolus tamquam homo ligius de eo nobis præſtitit iuramentum fidelitatis, in præſentia noſtrorum hominum feudalium, Ioannis de Immerſele militis, filij Godefridi de Immerſele, Rumoldi Bauvve, Henrici de Mechlinia & aliorum. Et ad maiorem firmitatem, rogauimus cognatam noſtrã Duciſſam Luxemburgi & Brabantiæ (à qua dictum pagum de Ietegem & terram noſtram Mechlinienſem in feudum tenemus) in præſentia ſuorum hominum feudalium, Ioannis Domini de Bouchout, Burgrauij Bruxellenſis, Ioannis Domini de Bornival, Ioannis de Calſtere militis, & Conſtantini de Ranſt Scutiferi, vt dictam venditionem ratificare dignaretur. Et nos IOANNA Dei gratia Duciſſa Luxemburgi, Lotharingiæ, Brab. & Limburgi, Marchioniſſa S. Imperij, ad inſtantiam noſtræ cognatæ dominæ Machtildis, dictam venditionem ratificauimus &
1380. ratificamus. Actum M.CCC.LXXX. die X. Martij, ſtilo curiæ Cameracenſis.

Gaſebecæ in agro Bruxellenſi conceditur ius parochiæ.

Ioannes Epiſcopus Cameracenſis notum facimus vniuerſis, quòd licet aliàs de capella & duabus capellaniis in villa de Gaſebeke ſitis eccleſiam ereximus parochialem, eam extrahendo ab eccleſia parochiali S. Quintini de Lenniaco, conſenſu Capituli eccleſiæ B. Gertrudis Niuellenſis (cui ratione iuris patronatus, quò ad præſentationem, dignoſcitur ſubeſſe) interueniente, intentionis tamen noſtræ non fuit,
1382. dicto Capitulo in aliquo iure eorũ præiudicare. Datũ M.CCC.LXXXII. die VIII. Septembris.

Vene-

Venerabilibus dominis Decano & Capitulo ecclesiæ B. Gertrudis Niuellensis, diœcesis Leodiensis, Svvederus de *Apcoude* Baro, Dominus de Gasebeke, Putte & Striene salutē. Cùm nos de capella quondam B. Mariæ in nostra villa de Gasebeke ecclesiam parochialem per Cameracensem Episcopum, loci Ordinarium, erigi, fundari & confirmari procurauimus, vestro dominorum consensu & voluntate interuenientibus, præsentationi primi presbyteri parochialis ibidem instituendi mihi consensistis. Datū M.CCC.LXXXII. die XXVIII. Aprilis. 1382.



Iacobus Dominus de Abcoude, Gasbeke, Putte, Stryen & Wyck te Durstede in diœcesi Vltraiectina, fœdus inter Brabantos & Limburgenses an. 1415. initum signauit. Vocatur ibidem Marescallus hereditarius Hannoniæ & Dominus de Walecourt in agro Anderlechtensi prope Bruxellam: de quo vico suprà pag. 569. egimus. Idem Iacobus Abcoudam & Dorestatum Rodolfo Vltraiectensi Episcopo vendidit. Hæc ex veteri codice ms. hausimus.

CAPVT

CAPVT CCXXXIII.

Pactum vnionis inter Brabantos & Limburgenſes an. 1415.

VNiuerſis præſentes litteras viſuris ſalutem in Domino. Nos Ioannes Gemblacenſis, Ioannes Affligemenſis, Rolandus Vlierbecanus, Otto Villarienſis, Petrus S. Bernardi ad Scaldim, Arnoldus S. Michaëlis Antuerpiæ, Gerardus Parcenſis, Ioannes Heliſſemenſis, Ioannes Auerbodienſis, Ioannes Tungerloenſis, Ioannes Grimbergenſis, Gisbertus Ietteníis, Abbates; Ioannes de Luxembourg, Comes de Conuerſan & Brienne, Dominus de Enghien, Enghelbertus Comes de Naſſau, Dominus de Lecke & Breda, Iacobus Dominus de Apcoude, Gasbeke, Putte & Stryen, Mareſcalcus hereditarius Hannoniæ, Guilielmus Comes de Zeyne, Dominus Rodæ S. Agathæ, Engelbertus de Enghien Dominus de Rameia, Folie & Tubiſe, Thomas Dominus de Dieſt & Zichene, Burgrauius Antuerpienſis, Ioannes Dominus de Weſemale & Phalais, Mareſcalcus hereditarius Brabantiæ, Ioannes de ..... Rieu Magiſter de Chantrain, Henricus de Boutershem Dominus Bergarum ad Zomam, Henricus de Bergis, Dominus de Grimberges & Melin, eius filius, Ioannes de Schoonuorſt, Burgrauius de Mont-joy, Dominus de Flamengerie & Waley, Ioannes Dominus de Rotſelare & Borſelare, Oeconomus hereditarius Brabantiæ, Ioannes de Cuyck Dominus de Hoochſtrate, Ioannes de Hornes Dominus de Perwveys, Iacobus Dominus de *Ghete, Iacobus Dominus de Sombreffe, Anſelmus Dominus de Traſegnies, Engelbertus de la Marck Dominus de Louuerual & Vogelenſanck, Raſo de Riuiere Dominus de Neder-Linter, Guilielmus van Meerhem Dominus de Boxtel, Ioannes filius de Dieſt, Ioannes filius de Weſemale, Henricus vander Lecke Dominus de Hezewijck, Ioannes de Berlar Dominus de Helmont & Keerberghe, Simon Dominus de Sangueles, Henricus Dominus de Heuerle & Goyke, Camerarius hereditarius Brabantiæ, Arnoldus de Crainhem Dominus de Grobbendonck, Daniel Dominus de Bouchout, Huenbeke & Loenhout, Burgrauius Bruxellenſis, Ioannes de Grimberges Domi-

Lauche.

Dominus de Aſche, Alardus Dominus de Reuie, Ioannes Dominus de Marbais, Ioannes Dominus de Witthem, Henricus de Witthem eius frater, Ioannes de Dieſt, Henricus de Dieſt Dominus de Rieuié, Euſtathius Dominus de Vertain, Ioannes Dominus de Megem, Robertus de Sponty Dominus de Waure, Libertus de Meldert Dominus de Brudelinghen, Walterus de Kerſebeke Dominus de Godtſenhouen, Henricus de Rotſelare, Ioannes van Aa Dominus de Hoighſtain, Ioannes de Witthem Dominus de Boutershem, Gerardus de Berges Dominus de Merxhem, Ioannes van Halen Dominus de Lillo, Ægidius de Bouchout, Walterus de VVinge, Raſo de Lintere, Rogerius de Petershem Dominus de Leſdale, Ioannes Dominus de Petershem, Theodericus de Merhem filius de Boxtel, Ioannes Dominus de Huldeberghe, Robertus de Aſche, Ioannes van Ranſt Dominus de Mortzele & Canticrode, Henricus de Ranſt Dominus de Keſſel, Ioannes Dominus de Glimes, Ioannes Dominus de Dongelberghe, Raſo van Graue Dominus de Maleue, VVillelmus van Ranſt Dominus de Vrumde & Milleghem, Henricus de * VVailham, Philippus Dominus de Geldorp, Theodericus Haeſtricht Dominus de Venloen, Guilielmus van Gent Dominus de Meervvijck, Ioannes van Lier Dominus de Nordervvijck, Ioannes de Kersbeke, Ioannes Dominus de Liſmal, Gerardus de Lintere, VVillelmus de Montenake Dominus de Graſe, Ioannes de Barnaige Dominus de Percke, Ioannes vanden Boſch Burgrauius Furenſis, Ioannes Dominus de VVanghe, Balduinus van Graue, Arnoldus de Geldenaken, Simon de Coudenbourgh Dominus de Oplintere, Ioannes de Diedeghem, Henricus van Colem, Arnoldus vanden Houte, Nicolaus de Zvvaef, Ioannes de Zvvaef, VValrauus vander Delft Dominus de Borchvliet & Hogherheyden, Arnoldus Dominus de Immerſele & Hameyden, Henricus Dickbier Dominus de Mierle, Ioannes Dominus de Schoonhouen, Ioannes van Schoonhouē, Guilielmus vanden Berghe Dominus de Orbais, Burgrauius Geldonienſis, Henricus Dominus de Gronsfelt & Ringberch, Adamus vanden Berghe Dominus de Leinborgh, Andreas de Merode Dominus de Franckenbergh, Burgrauius Limburgenſis, Ioannes Hoen van Vuerendalen, Nicolaus Hoen Dominus de Broecke, Reinerus van Berghe Dominus de Geul, Ioannes de Hulsbergh, Reinerus Dominus de

VVitthā.

f. VVal-hain.

Nuvverborch, Gosuinus Begijn, Daniel Hoen, Reinardus vanden Nuvverborch, Ioannes Huyn de Emstenraed, Godefridus Dobbelstein van Dodenrode, Gosuinus de Cortenbach, Reinerus de Hulsbergh, Theodericus van Berghe, Gerardus de Cortenbach, Arnoldus van Seuel, Gosuinus van Seuel, Gerardus van Eylhout, Guilielmus de Rodenbock dictus Stoefbergh, Adamus de Guittichouen, Franco van Halsberch, Wernerus vanden Berbome, Gerardus van Coldenberch, Franco van Bulstert, Leonardus van Roosbeck, Conradus van Bensenrode, Arnoldus van Hoeuen, Christianus van Rincberge, Gerardus de Petershem, Arnoldus van Eldren, Pontius van Welkenhuysen, Henricus van Welkenhuysen Dominus de Clermont, Wernerus de Gronsfelt, Balduinus de Mon-Iardin, Gerardus vanden Bongart, Eustathius vanden Bongart, Adamus vanden Bongart, Guilielmus Dominus de Argenteau, Petrus de Cortenbach.

Burgimagister & Scabini opidorum, Louanienſis, Bruxellenſis, Antvverpienſis, Buscoducenſis, Traiectenſis ad Mosam, Thenenſis, Leeuvvenſis, Niuellenſis, Dieſtenſis, Herentalenſis, Lirenſis, Arschotenſis, Bredenſis, Sichenenſis, Bergizomenſis, Steinbergenſis & Geldonienſis: item Limburgenſis, Falcoburgenſis, Dalhemienſis, Rodenſis, Wassenbergenſis, Gangeltenſis, Millenſis, Vuchtenſis, Kerpenſis, Lomeshemenſis & Spremontenſis, omnibus salutem in Domino.

Notum sit vniuersis, nos in bonum & commodum nostri Ducis *Ioannis*, qui est primogenitus Antonij quondam Ducis nostri piæ memoriæ, vnanimiter inter nos concluſisse, quòd futuris temporibus perpetuò manebimus vniti & indiuisi; quodque pro defensione Ducis nostri & patriæ omnes & singuli vitam & bona nostra impendemus. In quorum fidem sigilla nostra his litteris appendi iussimus. Datum
1415. M.CCCC.XV. die IV. Nouembris.

CAPVT

CAPVT CCXXXIV.

Foreſtum prope Bruxellam, nobilis virginum Benedictinarum Abbatia, à variis dotatur.

FOlcardus Lobienſis eccleſiæ Prælatus & cœnobij Abbas omnibus vtriuſque vitæ felicitatem. Cùm victus ac veſtitus fratribus noſtris Deo iugiter famulantibus non ſufficerent, quidquid prædij habuimus in vico *Moringhem* Benzoni de Hermes, & vxori ſuæ Odæ, cum filiis filiabuſque ſuis, vendere decreui. Signũ mei ipſius Folcardi, S. Walteri Præpoſiti, Reinardi Decani, Balduini Comitis, Gillardi Aduocati & filij eius Ingelberti, S. Sigeri, Alardi Iudicis, Godeſcalci de Tornicorht, Heldeuuini de Iachſe, Reineri & Amelrici de Galmerage. Hoc autem factum eſt Lobijs anno incarnationis Dominicæ M. C. Indictione x. tempore Henrici Imperatoris, quo à Papa Paſchali diſcordante Epiſcopus Cameraco defuit. 1100.

Ego GODEFRIDVS Dei gratia Dux Lotharingiæ & Comes Louanienſis, aſſentientibus filiis meis Godefrido & Henrico, partem ſiluæ meæ cum decima tradidi ſanctimonialibus apud Foreſtum, pro animæ meæ & filiæ meæ redemptione. Teſtes, Lambertus Crahinhem, Walterus Rodeſtoch, Franco Caſtellanus, Amelricus de Bigardis, Walterus de Vlenbruc, Walterus de Anſelir. Acta ſunt hæc M. C. X. 1110. *pag. 266.*

Nouerint quàm præſentes tam futuri, quoniam ego WALTERVS, licet inutilis ſacerdos, Dei tamen gratia Bracbatenſium Archidiaconus, petitione Fulgentij Abbatis Affligemenſis, ſanctimonialibus in eccleſia de Foreſt Deo famulantibus altare eiuſdẽ eccleſiæ, cum Vcles & appendentiis ſuis, liberum & ſine perſona fore conceſſi, & tradidi ab omni obſonio immune. Signum Sifridi Burnhementis Abbatis, S. Ducis Godefridi, S. Walteri militis de Bruxella & filij eius Stephani, S. Franconis Caſtellani, S. Razonis Dapiferi Ducis, & aliorum. Actum M. C. XVII. 1117.

Ego GODEFRIDVS Dux & Marchio Lotharingiæ veniens ad altare S. Mariæ de Foreſto, cum matre & magna hominium meorum multitudine, aſtantibus etiam eiuſdem eccleſiæ fratribus & ſororibus, quid-

quid immunitatis auus & pater meus iam antè donauerant, renouando iteraui. Testes, Ivvain de Alast, Arnulfus de Aldenarde, Walterus de Tenremondis, Leonius & duo filij eius Antonius & Leonius, Arnulfus de Asca, VValterus & Rabbodo de Crainem, VValterus de Campenholt & frater eius Giselbertus Splentre, Arnulfus Dapifer & frater eius Godefridus, Renizo de Tildunc, Gerardus de Hildeberg, Lambertus de Sauentè, Gozuinus de Holthem, Gozuinus Clibinck,
1145. Henricus Pœdagogus. Acta sunt hæc M.C.XLV. Indictione VIII.

Ego GODEFRIDVS Dei gratia Dux Lotharingiæ omnem hereditatem, quam Geldulfus & Gislardus fratres, cum matertera sua Iota, ecclesiæ Forestensi vendiderant, & mihi reddiderant, eidem deuotè contuli. Signum Franconis Castellani, Ingelberti de Atrio, Henrici Pœdagogi, Franconis Bolens, Godefridi de Valle, Henrici de Stalle, & Bernardi Care, in cuius hoc actum est camera, eo anno quo Grimbergense castrum cepi, incendioque deleui.

Ego GODEFRIDVS Dux & Marchio Lotharingiæ notũ fieri volo, Lauretam filiam Comitis Theodorici in ecclesia Forestensi religionis habitum susscepisse, & allodium Gosuini de Erpe apud Anderlecht positum ad opus ecclesiæ Forestensis comparasse. Testes, Leonius de Bruxella, VValterus & Gerardus filij Gosuini de Erpe. Acta sunt hæc
1173. M.C.LXXI. I.

Ego GODEFRIDVS Dux & Marchio Lotharingiæ notum fieri volo. Testes, VValterus de Stalle, Oliuir de Gest, Gorvvinus de Sauen-
1173. tem, Gorvvinus de Leue. Acta sunt hæc M.C.LXXIII. Indictione VI.

Ego GISLA de Aa, & *Leonius* filius meus, notum facimus quòd VI. bonaria allodij apud VVatermale, pro anima domini & mariti mei *VValteri* de Aa, ecclesiæ Forestensi dedimus in eleëmosynam. Testes,
1191. Henricus de Stalle, Razo de Quaquenbeke. Actum M.C.XCI.

HENRICVS Dux & Marchio Lotharingiæ siluam de Fronerode, quam mei iuris esse putabam, ecclesiæ Forestensi liberrimè possidendam reconsigno. Testes, Godefridus Castellanus Bruxellæ, Arnulfus de VVesemale, Godefridus de Halle, Reinerus, Sigerus de Vccles.
1197. Actum M.C.XCVII.

Ego INGELBERTVS Dominus de Aienghien notum facio, quòd *Elisabeth* mater mea piæ memoriæ VI. bonaria, quæ iacent in parochia Anderlechtensi, contulit monasterio Forestensi. Signum Castellani de Bruxel-

Bruxella, S. Leonij Domini de Aa, Petri de Santes, Arnulfi de Larbeke. Actum M.CC.XIV. 1214.

Ego GODEFRIDVS Dux & Marchio Lotharingiæ notum fieri volo, Rabbodonem de Crainhem, assentientibus tribus filiis fratris sui, Daniele scilicet, Rainero, VVillelmo, mansum de Quedincnort ecclesiæ Foreſtensi vendidisse. Testes, VValterus de Aa, Arnulfus de Dieſt, Henricus de Birbeke, Henricus de Asca & frater eius Leonius, Giselbertus Magnus & Lambertus frater eius, Arnulfus Dapifer, Gosuinus de Heuerle, Arnulfus de Bigardis, Gosuinus de Sauenthem, Henricus de Stalle, Henricus de Ietterbeke, Sigerus de Bornhem. Acta sunt hæc M.C.LXXIII. 1173.

Innotescat tam posteris quàm præsentibus, quòd ego GODEFRIDVS Dei gratia Bruxellensis Castellanus duos mansos terræ in VVoluë ecclesiæ Foreſtensi recognoui. Testes, Godescalcus Hafflegemensis Abbas, Henricus de Stalle. Actum M.C.LXXXVI. 1186.

GODEFRIDVS Dux Louaniæ omnibus notum facimus, alodium apud Oldrenghem (quod *Franco* Castellanus senior ab auo meo Duce Godefrido sibi concessum triginta annis & ampliùs possederat, filiisque *Franconi* & *Henrico* reliquerat) filiam Henrici *Idam*, heredem ipsius, cum matre sua *Lutgarda*, ad opus ecclesiæ Foreſtensis mihi dedisse; & sic quod pater meus Dux Godefridus & Franco Castellanus patruus Idæ præordinauerant, me & illâ impleuisse, testimonio Arnulfi auunculi Idæ, Arnulfi Dapiferi de Oppenthrop, Reinzonis de Tildunc, Henrici Snepart, Gerardi de Hildeberge, Henrici Pœdagogi, & Gosuini de Euersbergh.

SIGERVS Dei gratia Castellanus Gandaui, *Petronilla* vxoris meæ & filiorum meorum *Sigeri* & *Danielis* assensu, dedi Foreſtensi ecclesiæ XXXII. mensuras terræ in officio de Hasnede. Reliqua duæ filiæ meæ *Beatrix* & *Petronilla*, quamdiu vixerint, vsufructuario possidebunt: quibus mortuis transeunt in ius ecclesiæ. Vt autem hæc rata permaneant, sigillo Mathildis Reginæ roborata sunt. Testes, Gerardus de Sottengem, Walterus de Sottengem, Oliuerus frater eius, Arnulfus de Wendeca, Radulphus de Hasebrock, Eustatius de Dichsmude. Anno M.C.XC. 1190.

Ego PETRONILLA, vxor quondã viri nobilis *Sigeri* Castellani Gandensis, notum facio quòd Robertus Abbas Affligemensis decimam

quandam in parochia Anderlechtensi à viro nobili Oliuero de Sottegem, consensu Capituli de Anderlecht, pignori accepit. Testes, Theodoricus & Walterus filij eiusdem Petronillæ, Rogerus de Curtraco, Ingelbertus de Lupengem, milites, Mathildis Aduocata Bethuniæ, Margareta soror eiusdem, & alij quàm plures. Acta sunt hæc an-

1214. no M.CC.XIV.

HENRICVS Dux Lotharingiæ notum fieri volumus, quòd Oliuerus de Sotteghem vir nobilis, vxore sua, filiis quoque & filiabus suis assensum præbentibus, XLII. bonaria quæ habuit apud Dilbekam in manus nostras resignauit, & nos ad petitionem ipsius ea Forestensi monasterio contulimus. Testes, Walterus de Birbeca, Henricus de Sterbeca.

1217. Actum M.CC.XVII.

Ego ÆGIDIVS miles Dominus de S. Auberto, & M. vxor mea.....

1219. anno M.CC.XIX.

Ego HENRICVS Dux Lotharingiæ, & *Henricus* filius meus, venientes ad altare S. Mariæ Forestensis, XLII. bonaria terræ apud Dilbekã,

pag 570. quæ *Oliuerus* de Sottegem & vxor eius Perona, & Henricus filius eorum, reddiderunt in manus nostras ad opus ecclesiæ Forestensis, & nos liberè ecclesiæ contulimus. Signum Godefridi fratris domini Ducis Henrici, S. Godefridi filij præscripti Godefridi, S. Ingelramni de Perweys, S. Henrici de Sterbeca & Henrici filij eiusdem, S. Gregorij de Viluordis, Arnoldi de Walehem, Walteri de Huldebergis, VVillelmi de Tubeca, Alardi de Isca, Reingoti de Bosut, VValteri de Niel.

1220. Actum apud Forestum M.CC.XX. mense Martio.

HENRICVS Dei gratia Lotharingiæ Dux omnibus notum facio, quòd Franco cognomento Bole quasdam possessiones suas in parochia de Foresto, quas de me tenebat in feodum, medietatem quoque molendini aquatici apud Quakenbeke, ad opus ecclesiæ Forestensis, in manus meas resignauit. Testes, Leonius Castellanus, Arnoldus de VVesemale, Ioannes de Crayenhem Præpositus Antwerpiensis. Actũ

1224. M.CC.XXIV.

HENRICVS Dux Lotharingiæ omnibus salutem. Nouerint vniuersi quòd omnem familiam B. Mariæ de Foresto liberam dimisimus ab omni exactione & seruitio. Testes, VValterus Clurinck, Gregorius de Filfort, Henricus de Sterbeke. Actum in Foresto M. CC.

1228. XXVIII.

Vniuersis

Vniuersis THEODORICVS miles de Gandauo notum facio, quòd cùm Prioriſſa & conuentus eccleſiæ de Foreſt me ſuper XXXII. menſuris terræ, iacentis in quatuor officiis Gandenſibus in parochia de VVilemskercke, conueniſſent, tandem pro bono pacis in *Bernardum* Præpoſitum Harlebecenſem, & *VValterum* militem de Gandauo, fratres meos, compromiſimus ſuper prædictis: qui arbitrando pronuntiauerunt..... His interfuerunt, Bernardus de Gandauo Præpoſitus Harlebecenſis, VValterus miles de Gandauo, VValterus de Gandauo Canonicus Atrebatenſis, Fulcro dictus Diues. Datum Gandaui apud S. Pharahildem M.CC.XXXII. menſe Iulio. 1232.

Ego PETRONILLA, prima Abbatiſſa in loco qui vocatur [x] Foreſtũ, *pag.266.* omnibus notum fieri volumus, quòd quidã miles Gilbertus nomine, filius Balduini de Aloſt, filij Rodulphi, alodium quod ab Abbate S. Petri de Haſnon emerat, eccleſiæ quæ nunc dicitur Foreſtum contulit in eleëmoſynam: vt in loco qui dicitur *Merhem* eccleſia & clauſtrum in honore B. Mariæ conſtrueretur, vbi ſub regula S. Benedicti mater ſua nomine *Oda*, cum filia ſua Leodegarde, monachicam duceret vitam. Hæc autem acta fuerunt anno M.XCVI. tempore Fulgentij primi Abbatis Affligemenſis, qui loca ipſius allodij peragrans, & ſitum congregationi conſtruendæ aptum non inueniens, in eccleſiam Foreſtenſem, ab *Odone* Cameracenſi Epiſcopo dictis ſororibus traditam, eædem ſorores tranſlatæ ſunt. Notum etiam ſit vniuerſis, quòd *Godefridus* Dux Lotharingiæ alodium quod apud Foreſtum tenebat, ad conſtruendum ibidem monaſterium, contulit in eleëmoſynam eiſdem dominabus. Diuiſione autẽ facta monaſterij de Foreſto à monaſterio Affligemenſi, ego *Petronilla*, filia domini Segeri Templarij, quondam Caſtellani de Gandauo, electa fui in Abbatiſſam apud Foreſtum anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo nono, Idibus Auguſti, & eodem anno conſecrata fui apud Cameracũ in eccleſia B. Virginis à Guidone Epiſcopo Cameracenſi, VI. Nonas Octobris. 1096. 1239.

Ego HENRICVS Dei gratia Borburgenſis Caſtellanus, & *Beatrix* vxor ſua, eccleſiæ de Vorſt damus....

M. Comitiſſa Viennenſis, Domina de Perevveis & de Grimbergis... anno M CC.LXV. 1265.

Vniuerſis FLORENTIVS de Stalle Dominus de Riueria, & Daniel Dominus de Stalle, fratres, milites ſalutem. Ad honorẽ Dei & B. Virginis

ginis Mariæ in curia noſtra de Stalle, & in capella ibidem ab antiquis temporibus ſtatuta capellaniam perpetuam inſtitui cupientes; bona & reditus infraſcriptos ad fundationem ipſius capellaniæ duximus aſ-
1367. ſignandos.... Datum M.CCC.LXVII.

MACHTILDIS Caſtellanus Bruxellenſis notum fieri volumus, quòd nos conferimus licentiam Gerardo, filio Ingelberti, dicti de Buſco, heredandi Abbatiſſam & conuentum de Foreſto in quadam decima
1271. ſita apud Woluë S. Petri. Actum M. CC. LXXI.

IOANNES Dei gratia Dux Lotharingiæ & Brabantiæ..... Nouerint vniuerſi, quòd Leonius de Berſele, miles, omnem decimam ſuam, quam à nobis tenebat in feodum apud Berſele, in manus noſtras reportauit. Teſtes, Godefridus frater noſter, Walterus Bertout Dominus Mechlinienſis, Ægidius eius frater, Arnoldus de Lembeca, Daniel de Wanghe, Franco de Louanio, milites, Godefridus de Viana, Reinerus de Crainhē, Reinerus de Clutinc, Willelmus Blomart.
1277. Actum anno M.CC.LXXVII.

Notatio de Caſtellanis Gandenſibus, ex quibus orta eſt Petronilla prima Abbatiſſa Foreſtenſis.

SIGERVS Caſtellanus Gandenſis, Arnulfi F. Wenemari & Giſlæ Giſnenſis N. Balduini Comitis Giſnenſis frater, ex *Petronilla* Rogerij Caſtellani Curtracenſis filia genuit *Sigerum* Caſtellanum Gandenſem, *Theodericum* militem, *Bernardum* eccleſiæ Harlebecanæ Præpoſitum, ibidem ſepultum, *VValterum* militem, *Beatricem* & *Petronillam* primam
pag. 483. Abbatiſſam Foreſtenſem an. 1239. creatam. Demum Templarius circa an. 1203. obijt.

SIGERVS II. Caſtellanus Gandenſis ex Beatrice de Housdain genuit *Hugonem* Caſtellanū Gandenſem, *Sigerum*, *Gerardum* cognomento Diabolum, Gerardi patrem, & *Rogerium*.

HVGO Caſtellanus Gandenſis, Bornhemij & Huſdinij Dominus, ex Oda de Champlite *Hugonem* Caſtellanū Gandenſem, *Sigerum*, *Villanum* Alexandri Villain dicti patrem, Villanæ ſtirpis auctorem, & Eglinam procreauit.

HVGO

HVGO II. Castellanus Gardensis Bornhemium an. 1250. Margaritæ Flandrorum Comitissæ suprà pag. 624. vendidit, & ex Maria Eustathij Rodiensis in Hannonia toparchæ filia sustulit *Hugonem* qui cœlebs decessit, & MARIAM Castellanam Gandensem, Husdinij Dominam, *Gerardo* de Enghien Sottegemij Domino nuptam.

HVGO de Enghien, Gerardi & Mariæ filius, Castellanus Gandensis & Dominus de Sottegē, sibi iunxit Beatricem de Putte & Stryen. Horum filia & heres ISABELLA de Enghien ex Hugone de Antoin Spineti Domino genuit ISABELLAM de Antoin, quæ marito suo Ioanni de Melun Castellaniam seu Vicecomitatum Gandensem in dotem attulit, quem hodieque Melunij possident: vt suprà pag. 309. docui. Ex his, si placet, auge & corrige ea quæ suprà pag. 624. minùs accuratè sunt dicta.

CAPVT CCXXXV.

Gertrudibergense, Eindouiense, Bergizomense, Distense S. Sulpitij, Arschotanum, Hochstratanum & Gelense collegia Canonicorum instituuntur.

VNiuersis Theobaldus Leodiensis Episcopus salutem. Supplicauit nobis *Margareta* Abbatissa ecclesiæ Thorensis, nostræ diœcesis, vt cùm ecclesia parochialis *Montis S. Gertrudi*, eiusdē diœcesis, quæ ad ipsius Abbatissæ præsentationem dignoscitur pertinere, abundet prouentibus annuis, in tantum quòd de ipsis octo personæ cum Inuestito ipsius ecclesiæ possunt commodè sustentari, quòd nos eandem ecclesiam erigeremus in collegiatam. Nos autem ad honorem Dei & B. Gertrudis virginis (cuius veneratio agitur in dicta ecclesia) piæ supplicationi dictæ Abbatissæ duximus annuendum; erigentes ecclesiam ipsam Montis S. Gertrudis in collegiatam, ac statuentes quòd in ea sint octo Canonici, ex quibus vnus sit Decanus, vnus Scholasticus, & vnus Custos: quorum Canonicatuum collatio ad Abbatissam dictæ ecclesiæ Thorensis pertinebit. Et si contigerit prouentus dictæ ecclesiæ processu temporis augeri, concedimus numerū vsque ad XII. Canonicos augmentari. Datum M.CC.C.X. in vigilia B. Laurentij. 1310. *Gertrudenberch.*

Vniuersis IOANNES à Bauaria electus Leodiensis salutem. Prospiciendum attentè, quòd in parochiali ecclesia de *Eindouen*, nostræ diœcesis, quæ in opido satis populoso situata est, Rector ipsius, Capellani & alij ministri populo hactenus diuinum officium minùs diligenter persoluerunt. Ad honorem itaque Dei, matris eius & omnium Sanctorum, vt plebis conuentui illic plenè satisfiat, de consensu nobilis viri *VVilhelmi* de Milenberch, Domini temporalis de Septem fontibus & Cranendonck, patroni prædictæ ecclesiæ, & Domini etiam temporalis eiusdem loci, absque præiudicio iuris parochialis, memoratam ecclesiam in collegiatam erigendã statuimus, & ordinamus vt in ipsa ecclesia IX. Canonici & totidem præbendæ constituantur singulis Canonicis (quorum vnus erit Decanus) pro tempore conferendæ. Da-
1399. tum M.CCC.XCIX.

EVGENIVS Episcopus, seruus seruorum Dei..... Dudum pro parte quondam *Ioannis* de Glimes, Domini opidi de *Beroü* supra Zomam, Leodiensis diœcesis, felicis record. Martino Papa V. prædecessori nostro expositio, quòd in opido ipso (ad quod magna de diuersis mundi partibus anno quolibet, & potissimè in publicis, quæ bina vice inibi habentur, nundinis conuenire populi consueuerat multitudo) notabilis erat parochialis ecclesia, in qua præter ipsius Personatum ac perpetuam, cui parochianorum ibidem animarum cura incumbebat, Vicariam nonnulla sine cura altaria fore noscebantur, fuerantque aliàs per quondam *Henricum* de Boutershem, Dominum dicti opidi, nonnulli reditus annui deputati; ac ipse *Ioannes* plerosque pro quotidianis distributionibus, nec non *VVito* Ioannis Toluers pro vna, ac *Dauid* Rock, opidani dicti opidi, pro alia, inibi instituendis præbendis, annuos reditus assignarunt; idemque Ioannes ius patronatus ecclesiæ de *Hilderniff*, dictæ diœcesis, ad hoc donare proponebat; nec non de octo per ipsum *Ioannem*, siue quondam *Ioannam* eius conthoralem, ad id eligendis ex dictis altaribus, nec non de ipsorum, ac per suppressionem Personatus eiusdem, etiam de illius prouentibus, Decanatus & octo aliæ pro totidem Canonicis præbendæ fierent & dotarentur; quodque Abbatissæ & Capituli S. Gertrudis Niuellensis (ad quos Personatus collatio pertinebat) accedebat consensus: dictus prædecessor noster Episcopo Cameracensi dedit in mandatis, vt... Cùm autem, sicut exhibita nobis nobilis viri *Ioannis* de Glimes, moderni dicti opidi Domini,

Domini, ipsorum quondam Ioannis & Ioannæ nati, petitio continebat, ad ipsarum executionem litterarum sit processum, nos.... Datum Florentiæ M.CCCC.XLII. VII. Kal. Iulij, pontificatus nostri anno XII. 1442.

LVDOVICVS de Bourbon electus & confirmatus Leodiensis....Exhibita nobis pro parte *Henrici* Abbatis monasterij B. Mariæ de Tongerlo, ordinis Præmonstratensis, Cameracensis, ac Prouisorum fabricæ ecclesiæ parochialis S. *Sulpitij* in opido Diestensi, nostræ, diœcesiũ, petitio continebat, quòd in ecclesia S. Sulpitij prædicta, insigni & quò ad parochiam bene populosa (in qua præter Rectorem ecclesiæ, qui de conuentu antefati monasterij Tongerloensis, ad præsentationem Abbatis eiusdem, ad ecclesiam ipsam parochialem assumi consueuit) existunt plura altaria; quòdque ipsa in collegiatam ecclesiam (vt in ea diuinum Officium conuentualiter de cetero per Præpositum, Decanum & Canonicos inibi creandos deuotiùs celebretur) congruè erigi posset. Nos igitur ecclesiam ipsam S. Sulpitij in collegiatam, ad instar ecclesiarum nostrarum secundariarum Leodiensium, & prænominata altaria in tredecim canonias præbendales & sacerdotales erigimus, ipsarumque præbendarum collationem Abbati dicti monasterij attribuimus in perpetuum. Datum Leodij M. CCCC. LVII. Indictione V. die XII. Iannuarij. 1457.

LVDOVICVS de Bourbon electus & confirmatus Leodiensis..... Exhibita nobis pro parte illustris domini *Antonij* de Croy, Comitis de Porchien ac Domini temporalis de Arschot, suaque conthoralis *Margaretæ*, & incolarum dicti opidi de Arschot, nostræ diœcesis, petitio continebat, quòd in eodem opido vnica dumtaxat ecclesia parochialis existit, sub titulo B. Mariæ dedicata, quam præfati exponentes in collegiatam erigi feruenter desiderant, ad diuinum Officium collegialiter ibidem deinceps deuotè celebrandum.... Nos igitur, de consensu Abbatis & conuentus S. Gertrudis Louanij, ipsam ecclesiam B. Mariæ parochialem in collegiatam, ad instar aliarum ecclesiarum secundariarum Leodiensium, erigimus....Datum in opido Traiectensi, M.CCCC.LXII. Indictione X. die penultimo Octobris, pontificatus Pij Papæ II. anno V. 1462.

CLEMENS Episcopus, seruus seruorum Dei...Dudum pro parte nobilis viri *Antonij* de Lalain, Comitis de Hoochstraten & *Isabellæ* de Culenborch, eius consortis, nobis expositio, quòd *Ioannes* de Cuyck, dum

viueret, Baro & Dominus loci prædicti, in ecclesia S. Catharinæ de Hoochstraten quatuor capellanias ac septem Horas canonicas instituerat ac dotauerat; ac in eadem ecclesia institutæ essent diuersæ aliæ capellaniæ, ad Decani & Capituli B. Mariæ Antuerpiensis collationē pertinentes, ex quibus quatuor aliis primò dictis quattuor capellaniis conuenienter aggregari, & ex eis vnum corpus octo Capellanorū erigi
1531. posset; nos....Datum M.D.XXXI.

MAXIMILIANVS à Bergis Episcopus & Dux Cameracensis, S. I. Princeps, Comes Cameracesij, vniuersis salutem. Nuper nobilis dominus *Henricus* à Merode, Baro de Merode, Petersem, Peruvves, Duffele & Lefdale, Dominus de Westerlo & Gele, nobis exposuit, qualiter bonæ mem. *Robertus* de Croy prædecessor noster, ad supplicationē nobilium personarum *Margareta* de Melun (relictæ quondam Ioannis à Merode, etiam Baronis de Merode) ac *Ioannis* à Merode, filij ipsorum vnici, eiusque conthoralis *Annæ* de Gistella, septem Horas canonicas in sacello B. Dimpnæ virginis & martyris in libertate Gelensi, per IX. presbyteros ac Rectorem scholarium, & quattuor chorales
1532. decantandas, nec non Vicarios * erexit & instituit; proque illarum erectione & dotatione personatum ecclesię SS. Amandi & Dimpnæ (cuius præsentationem dictus quondam Ioannes à Merode ad se spectare prætendebat) suppleuit & exstinxit, illiusque nec non aliorum beneficiorum prouentus, multaque alia bona per præfatos fundatores donata eidem sacello applicauit, confirmatione Apostolica desuper subsecuta. Verùm cùm dictarum Vicariarum fructus non parum aucti sint, ipsaque libertas Gelensis locus sit admodum populosus, & sacellum prædictum valdè celebre, & ad quod quàm plurimi à malignis spiritibus obsessi confluere, atque inibi per Dei gratiam liberari solent, idem Henricus nobis supplicauit, vt dictum sacellum in ecclesiam collegiatam instituere dignaremur. Nos itaque sacellum prædictum in collegiatam ecclesiā, ac Vicarias in canonicatus & præbendas, erigendum duximus & erigimus; iure patronatus dicto Do-
1562. mino loci reseruato. Datum Bruxellæ M.D.LXII. Indictione V. pontificatus Pij Papæ IV. anno III.

CAPVT

CAPVT CCXXXVI.

Boxtella Theoderico de Merheym, & VVesemalia Carolo Audaci Belgarum Principi attribuitur.

CArolus IV. Romanorum Imperator semper augustus & Bohemiæ Rex nobilibus *Theodorico* de Merheym militi, & Mariæ de Bucstele, coniugibus, sacri Imperij fidelibus, gratiam suam & omne bonum. Attendentes fidelitatis obsequia, quæ vestri progenitores sacro Romano Imperio hactenus impenderunt, omnia & singula feuda, quæ quondam nobilis *VVilhelmus* de Bucstele, tui Mariæ prædictæ frater germanus, á nobis & ab Imperio, dum viueret, obtinebat, tibi Mariæ tamquam heredi eorumdem feudorũ, & tibi Theodorico eius marito conferimus. Testes huius rei sunt, serenissimus Kazemirus Poloniæ Rex, Arnestus Archiep. Pragensis, Ioannes Olomucensis, Theodricus Mindensis, & Henricus Lubucensis, Episcopi, illustres, Bolko Suidincensis & Bolko Falkenbergensis, Duces. Datum Pragæ M.CCC. LVI. Indictione IX. die XXIX. Aprilis, regnorum nostrorum anno decimo. 1356.

Nobilis & potens IOANNES Dominus temporalis de VVesemale, de Phaleis & terræ Mechlinienſis, Marescalcus hereditarius in patria Brabantiæ, suum testamentum condidit modis hîc sequentibus. Vult quòd domicella *Ioanna*, vxor Petri de Huldenberghe, eius filia naturalis, de sepultura sua & expensis funeralium suorum habeat dispositionem omnimodam. Idem testator domino *Carolo* de Burgundia, vnigenito filio domini Ducis Burgundiæ & Brabantiæ, Comiti de Charlois, quingentos Florenos Rhenenses hereditariè legauit. Idem legauit eidem illustri Carolo dominium & terram de *VVesemale* cum singulis suis dependentiis, nemora & curtem dictam *Fleron* sitam iuxta Hoium, & Aduocatiam de Duffle, cum molendino de VVesemale. Idem legauit *Ioannæ* filiæ suæ naturali supradictæ omnia & singula mobilia bona sua in quibuscumque rebus consistentia, siue in auro, siue in argento, vtensilibus, vaccis, equis, bobus, porcis, bladis & aliis, quomodocumque nuncupentur, existentibus tam in castris de *Phaleu*, *VVe-*

Berle, Anderstat. & eorumdem castrorum attinentiis & dependentiis
1462. reperiendis.... Acta fuerunt hæc Louanij M.CCCC.LXII. Indictione X. die VI. Septembris, domini Pij Papæ II. anno V.

Ducatuum Luxeburgensis & Cameracensis, Principatus Chimacensis, & Comitatus Hornani itemq; Egmondani origines.

CArolus Dei gratia Romanorum Rex semper augustus & Bohemię Rex illustri *VVenceslao* Duci Lucemburgensi, fratri & Principi nostro carissimo, gratiam regiam & omne bonum. Attendentes multiplicia merita probitatis & præclaræ deuotionis insignia, quibus tu & claræ memoriæ progenitores tui, domus Lucemburgensis, sacrum Romanum Imperium dignis studuistis honoribus venerari, venerabilium VVilhelmi Colonien sis, Gerlaci Moguntinensis, Archiepiscorum, Ruperti Comitis Palatini Rheni, sacri Romani Imperij Principum Electorum, venerabilium quoque Engelberti Leodiensis, Ademari Metensis, Ioannis Olomucensis, ecclesiarum Antistitum, illustrium etiam VVilhelmi Marchionis Iuliacensis, Vladislai Ducis Thessinensis, & aliorum Principum, Baronum & procerum Imperij prædicti accedente consilio, te frater carissime, non carnalitatis affectu, sed originis tuæ nobilitate poscente, in verum Principē & Ducem Lucemburgensem sublimauimus, ereximus, sublimamus & erigimus. Et vt Ducatus & Principatus Lucemburgensis solido fundamento firmetur, te, heredes & successores tuos Duces Lucēburgenses perpetuo infra scripto claro quidem officio gratiosiùs insigniuimus; vt quoties nos aut successores nostros Romanorum Imperatores siue Reges, ad reprimendam rebellium nostrorum superbiā, seu Imperij procurandos honores, armatos continget incedere, tu, heredes & successores tui Duces Lucemburgenses, qui pro tempore fuerint, frenum Imperialis seu Regalis dextrarij nostri, à latere dextro, gubernare & prospicere debitæ fidei diligentia debeatis, & in recubitu mensæ nostræ cibos regios, qui in solennibus curijs nostris administrati fuerint, coram nobis incidere: vt sic tamquam Principes & fideles Imperij, guerrarum & pacis in tempore, nostri curam & custodiam habeatis. Datum Metis per manum Ioannis Olomucensis Episcopi, aulæ nostræ regalis Cancellarij, vice Gerlaci A. Moguntini,

S.R.I.

S.R.I. per Germaniam Archicancellarij, qui (vacante sede Metensi, cuius in ciuitate Metensi prædicta interesse videtur opus præsentia) specialiter huic in commisso, anno Domini M.CCC.LIV. Indictione VII. tertio Idus Martij, regnorum nostrorum anno VIII. 1354.

Nos FREDERICVS Dei gratia Rex Romanorũ considerantes seruitia quæ vir nobilis *Iacobus* de Hornes & sui prædecessores nobis & sacro Imperio præstiterunt, creamus dictum Iacobum & eius liberos legitimos, tam masculos quàm feminas, Comites & Comitissas sacri Imperij.... Datum in Neustat die Veneris post festum S. Thomæ Apostoli M.CCCC.I. 1450. *Hornes.*

Nos FREDERICVS Romanorum Imperator.... Quia ab honorabili nobisque dilecto *Arnoldo* de Meroda, ecclesiæ cathedralis Leodiensis Canonico, informati sumus, quòd tum ipse tum etiam *Ioannes, Rickaldus, VVilhelmus* & *Margareta*, fratres sui & soror, ex quarta ipsorum auorum & abauorum successione de Meroda Barones & Baronissę essent; nobis idem Arnoldus simul explicauit, quòd litteræ super talibus eorum concessis priuilegiis erectæ, per tumultus bellicos perditæ essent; idcirco nos implorauit, vt has dignitates & priuilegiatas successiones Baronum & Baronissarũ ipsis confirmare dignaremur. Quocirca cum maturo tum nostro tum Imperij Electorum Principum, Ducum, Comitum & nobilium consilio, prædicto Arnoldo de Meroda, simul etiã Ioanni, Rickaldo, VVilhelmo, suis fratribus, ipsorumque heredibus tam masculini quàm feminini sexus, etiam præfatæ Margaretæ ipsorũ sorori, antè nominatas eorum libertates, dignitates, & familiæ priuilegia Baronum & Baronissarum tamquam Romanus Imperator confirmauimus, eosdemque de nouo in nostros & S.I. veros Barones & Baronissas subleuauimus & subleuamus. Datum Treueris post S. Michaëlis diem anno Christi M.CCCC.LXXIII. regni Romani XXXIV. Cæsarei Imperij XXII. & Hungariæ XV. 1473. *Meroda.*

MAXIMILIANVS Romanorum Rex nobili *Carolo* Comiti de Chimay, ex illustribus de Croy, descendentibus ex legitima progenie Regum Hungariæ, nostro & Imperij sacri dilecto, gratiam regiam. Consideratis multiplicibus tuis & progenitorum tuorum obsequiis, & nobilium tuarum virturum industriis, quibus tu & progenitores tui nobis & S.I.R. complacuisse dignoscuntur, ideo te tuosque vtriusque sexus heredes, ac eorumdem successores legitimos, in veros Princi- *Croy, Chimay.*

pes

pes illustris Principatus de Chimay, Principum S. I. accedente consilio, eleuauimus, sublimauimus atque creauimus; pro vt eleuamus, sublimamus & creamus. Datum ipso die coronationis nostræ Aquis-
1486. grani habitæ anno Domini M.CCCC.LXXXVI. regni nostri Romani I.

MAXIMILIANVS Romanorum Rex semper augustus spectabili
Egmont. *Ioanni* Comiti de Egmont, nostro & Imperij sacri fideli dilecto, graciam regiam. Consideratis multiplicibus tuis obsequiis & nobilium tuarum virtutum industriis, quibus tu & progenitores tui nobis & S.R.Imperio complacuisse dignoscimini, te *Ioannem*, tuosque heredes legitimos, illustrium Principum, Comitū, Baronum & procerū. S.Imperij accedente consilio, auctoritate nostra regia hodie in veros dicti Comitatus Egmondensis Comites eleuauimus & sublimauimus, prout eleuamus & sublimamus auctoritate & potestate prędictis per præsentes. Datum in opido nostro Bruxellensi die XII. Nouembris anno
1486. Domini M.CCCC.LXXXVI. regni nostri anno I.

MAXIMILIANVS electus Romanorum Imperator illustri *Iacobo* de
Cambray. Croy, Episcopo ac Duci Cameracensi, Comiti Cameracesij, Principi, Consiliario & consanguineo nostro gratiam nostram Cæsaream. Attendentes multiplicia virtutum tuarum merita & deuotionis affectū, quo nos & S.R.I. omni studio venerans, commodum nostrum & ipsius Imperij assiduè procuras, te præfatum Iacobum (cùm & origo nobilitatis tuæ à Regibus Hungariæ originem trahat) hodie in verum Ducem Cameracensem erigimus, insignimus & decoramus. Datum in ciuitate nostra Imperiali Augusta die XXVIII. Iunij, anno Domini
1510. M.D.X. regnorum nostrorum, Romani XXV. Hungariæ XXI.

NOS IOANNA & CAROLVS eius filius primogenitus, Dei gratia Regina & Rex Castellæ...recolentes innumeras egregiasque dotes religionis, illustre genus, æquitatem, prudentiam, fortitudinem cæteraque virtutes illustris & magnifici viri *Guilielmi* de Croy, Domini de Chieure, de illustri genere descendentis, Equitis nostri ordinis Velleris aurei, Consiliarij & Camerarij nostri primarij; reuoluentes etiã multa præclara seruitia tam per te quàm genitores & consanguineos tuos prædecessoribus nostris de domo nostra Burgundiæ ingenti fide in vtroque euentu tam bellorum quàm pacis præstita: his & aliis moti respectibus, cùm ad nos, in nostro Siciliæ citra Pharum regno, iusto titulo deuolutæ sint infrascriptæ ciuitates, opida, castra, terræ, videlicet

licet ciuitas *Sori* cum titulo & honore Ducatus, Brocoliſola, Caſtellutia, Fontana.... per ſententiam & confiſcationem in noſtro regio Concilio dicti regni latam contra illuſtrē Franciſcum Mariam de Roure, Ducem & vtilem Dominum olim dicti Ducatus & terrarum; tenore præſentium te eumdem illuſtrem Guilielmum de Croy, cum heredibus & ſucceſſoribus tuis etiam tranſuerſalibus, in Ducem erigimus & extollimus, Ducatuſque titulo & dignitate decoramus. Datū in opido noſtro Bruxellarum, die xv. Decembris, v. Indictione, anno Domini M.D.XVI. regnorum noſtrorum, videlicet Reginæ Caſtellæ, Legionis, Granatæ anno XIII. Nauarræ II. Aragonum verò, vtriuſque Siciliæ & aliorum primo, Regis verò, omnium primo.

Notatio de Ducibus, Principibus, Marchionibus & Comitibus feudatariis in Belgio.

Dignitatū nomina ac munera miro modo ſurgere, procedere & variare ſolent. Apud Romanos & Germanos olim dicebantur *Comites*, qui Principem ſuum ſequebantur, & ad latus eius verſabantur; vel qui Legatos Principis, magiſtratus & Iudices prouinciarum ſectabantur, eiſque aſſidebant: vt Papinianus auctor eſt non vno loco. Ex horum ordine cùm plerumque ſumerentur ij qui ad prouincias regendas mittebantur (vnde Miſſos Franci vocabant) factum eſt, vt Rectores illi deinceps Comites nominarentur; & Comites eſſent non iam Principis à quo aberant, ſed prouinciæ quam ipſi cum dignitate Comitiua gubernarent. Sic Comitem Africæ Tingitanæ, Comitem littoris Saxonici, Comitē Britanniæ, Italiæ, Argentoratenſem in Notitia Imperij ſub Honorio & Arcadio legimus. Apud Francos ſanè Comites erant Iudices ordinarij, qui ius per pagos dicebant: qui & *Graphiones* ſunt nuncupati: quæ vox apud Germanos ſuperiores & inferiores, *Graffen* & *Grauen*, permanſit. Creſcente tandem ambitione, Comites honorarij (vt & Duces, Principes ac Marchiones) ſunt creati, qui neque Principi adeſſent, neque regionem, diſtrictum aut Comitatum regendum haberent; ſed aut meritis ſuis aut Principis gratia eam dignitatem titulo tenus obtinerent. Tales hodie in prouinciis Belgicis ſunt DVCES de Arſchot & Haurech; PRINCIPES de Barbenzon, Chi-

may, Espinoy, Gauere, Ligne & Mourbeque, MARCHIONES de Aiseaux, Berges in Brabantia, Dainze, Lisbourg, Renty, Roubais, Trasignies, Trelon, Vere & Westerlo; COMITES de Sainct Aldegonde, Anappes, Anholt, Beaurepair, Bailleul, Beaumont, Berges aliàs Herenberge in districtu Sutfanensi, Berlaimont, Bossu, Bruay, Buren, Busquoy, Cantecroy, Coupigny, Crois, Culenburg, Egmont, Esterres, Estrè, Falais, Fauquenberge, Fonteyne, Fresin, Gamerage, Giblou, Gomignies, Grimberges, Hennin, Herlies, Hochstrate, Houtkercke, Isenghien, Lalain, Lerdam, Marles, Mastain, Meghem, Middelburg in Flandria, La Motterie, Noyelle, Oelen, S. Pol, Reux, Seneghem, Solre, Thiant, Tilly, Vertain, Vianden, Wacke, Walhain, Willerual & Watouë.

Præter nostratia ista feuda titulis illustria, proceres Belgæ & alias ditiones ac dignitates in prouinciis exteris possident, vt *Principatum* de Orange, *Ducatus* de Croy & Bournõuille in regno Gallię, *Comitatus* de Nassau, Arenberges, Meurs & Renneburg in Germania, de Beaurieu, Grousbeque, Gronsfelt, Here, Pere, Reckè & Warfusè in agro Leodicensi, de Bausigny in Francia, & de Fontenoy in Lotharingia.

FREDERICVS III. Imp. Iacobum Hornæ Dominum an. 1450. Comitem Imperij, & an. 1473. Osualdum Herenbergæ Comitem (vt suprà pag. 604. diximus) creauit. Ex nostris Principibus primus CAROLVS AVDAX supremum istud creandorum Comitum ius in vsum deduxit; vtpote qui an. 1473. mense Februario Brugis existens *Ioannem* *Chimay.* de Croy magna solennitate ac pompa primum * Chimaci in Hannonia Comitem renuntiauit. Caroli gener MAXIMILIANVS I. Imp. anno 1486. Chimacensem Principatum, Egmondanum 1486. Buranum & Lerdamensem 1492. Comitatus instituit. Maximiliani ex Philippo *Espinoy.* Pulchro nepos CAROLVS V. Imp. an. 1531. Arschoti Ducatum, * Spineti 1541. & Gaueræ 1553. Principatus; Bergizomensem in Brabantia 1533. Rentyensem in Artesia 1533. & Veriensem in Zelandia Marchionatus; itemque Comitatus de Hochstrate 1518. Beaumont 1519. Lalain 1522. Reux 1530. VValhain 1532. Ligne 1544. Bossu 1555. & Culenburg 1555. constituit. Caroli filius PHILIPPVS II. Rex Catholicus Marchionatus de Haurech an. 1576. & de Roubais an. 1579. Comitatus de Cantecroy 1570. Berlaimont 1574. Herlies, Busquoy, Hennin 1579. Isenghien 1582. & Solre 1590. condidit. ALBERTVS Belgarum Princeps,

Princeps, Philippi II. gener, Principatus de Ligne 1602. & Barbenzon 1614. Marchionatum de Trasignies 1614. Comitatus de S. Aldegonde, Fresin 1602. Anappes, Bruay 1605. Esterres 1611. Willerual 1612. Vertain 1614. Mourbeque 1614. Bailleul 1614. Falais 1614. Gomignies 1614. Noyelle 1614. Croix 1617. Middelburg in Flandria 1617. Marles 1621. erexit.

PHILIPPVS IV. Hispaniarum Iudiarumque Rex Ducatum de Haurech 1627. Principatū de Mourbeque 1630. Marchionatus de Dainze 1625. Aiseaux 1625. Trelon 1626. Westerlo 1626. & Lisbourg in Artesia 1629. Comitatus de Beaurepair 1622. Estrè prope Duacum 1623. Gamerage in Hannonia 1623. Coupigny in agro Insulensi 1624. Grimberges 1625. Mastain in Hannonia 1626. Thiant 1627. Wacke 1627. de la Motterie 1628. VVatouë in Flandria 1629. & VVils in agro Luxeburgensi 1630. instituit.

Sic & FERDINANDVS II. Imp. Comitatus de Tilly, de Rechē prope Traiectum Mosæ 1620. Here prope Trudonopolim 1623. Gronsfelt prope Traiectum Mosæ, Grousbeque, Pere in Campania Leodicensi, & alios in vicinia nostra constituit.

Baroniæ veteres Brabantiæ, iuxta P. Diuæi sententiam.

Barones Brabantiæ (ita vocari solent ij proceres qui vexillū in bellum efferebant) censentur in districtu Louanienſi Domini de *Dieſt, Arſchot, Sichene, Rode S. Agathæ, Rotſelare & VVeſemale*; in districtu Bruxellensi Domini de *Grimberges, Gasbeke, Duſſele & Leſdale*; in Marchia Antuerpiensi Domini de *Breda & Berges*; in Gallo-Brabantia Abbas de *Gibl'ou*, Domini de *Engien, Peruez, Reuez, Sombref & Iauche*; in districtu Buscoducēsi Domini de *Cuyck, Boxtel & Cranendonc*; in districtu Thenensi Dominus de *Bauterſem*. His acceſſerunt, *Hoboke* an. 1600. *Grobbendonc* 1602. *Sauonthem & VVesmmele*. In comitiis Ordinum Brabantiæ Abbas & Comes Gemblacensis (vt suprà pag. 103. dixi) primum inter Barones locum obtinet. Angia inter Hannoniæ opida & Baronias quidem recensetur, sed illius loci Dominus vicos parochiales ac feuda nouē in Brabantia possidet, videlicet Seneffe, Ronckiers, Hemeries, Tubi'e, Rebecque, Bierges, Bongardes, Laerbeke & Beringhen: vt ex codicibus Curiæ feudalis Brabantinæ constat.

Baroniæ veteres in Flandriæ Comitatu

Sunt quattuor primariæ, quibus Vrſi vulgò ſolent appingi: *Ciſoin, Heyne, Pamele & Boulers.* His adduntur à quibuſdam, Gant, Gruthuſe, Bornhem, Lidekerke, Neuele, Mortaigne, Lannoy, Halevvin, Giſtelles, VVedergraet, Praet, Maldegem, Ooſtcamp, Pouckes, Lumbeke, VVinendale, Lichteruelde, Dixmude, Doulieu, VVoeſtine, Haueskerke, Honſcote, Goutere, Lede, VVackene, Coolſchamp, Chaſtinge, Bieures, Male, Deſpieres, Eſclebeque, Nort-Vrie, Deſoo, Ingelmunſter, Ronzen, Landas, Pecq, Pottes, Deſvvatines & Bousbeke.

In Comitatu Aloſtano, præter duo opida Aloſtũ & Gerardi-Montem, quinque Baroniæ ſeu Præfecturæ (Flandricè *Roeden*) numerantur: *Rodes, Gauere, Sotteghem, Boulers & Eſcornay*, Flandris *Schoriſſen.*

Baroniæ veteres XXII. *in Hannonia.*

Enghien, Leuze, Haurech, Ligne, Antoing, VVerchin, Fontaine, Hamaide, Quieurain, Berlaimont, Ville, Gomignies, VVarſin, Senzelle, Condè, Hourdain, Balleul aliàs Belleule, Fagneulle, Bouſie, Roiſin, Freſne & Harchies. De XII. Paribus Hannoniæ ſuprà pag. 392. egimus. Ex quibus Dominus de VValicourt eſt nunc Princeps de Eſpinoy: reliquos citato loco reperies.

FINIS.

INDEX

Chronologicus rerum memorabilium.

Anno Christi 410. *Notitia prouinciarum Gallia conditur.* pag. 1.
525. *Atrebatensis ecclesia dotatur à S. Remigio.* 3
575. *Tornacensis ecclesia dotatur à Chilperico* pag. 5. *à Lud. Pio* 42. *à Carolo Caluo.* 56.
639. *monasterium S. Amandi prope Tornacum fundatur.* 7
654. *monasterium S. Bertini in Artesia conditur.* 7
662. *Corbeia Gallica, itemq; Saxonica fundantur.* 9. 10
665. *Barisiacum S. Amando datur à Childerico Rege.* 13
667. *Maricolense in Hannonia mon. conditur* 14. *dotatur* 42
673. *Vedastinum mon. dotatur à Theoderico* I. *Rege Francorum* 15
698. *Moritur S. Bertinus* 8. *Epternacum datur S. VVillibrordo,* 16. 79.
705. *Solemium datur monasterio S. Dionysij à Childeberto Rege* 17
720. *Bertinensis monasterij res firmantur à Theoderico* II. *Rege* 18.
721. & 725. *Vltraiectensis ecclesia dotatur à C. Martello* 19. 78
725. *Antuerpiensis castri ecclesia datur S. VVillibrordo.* 22
726. *Testamentum condit S. VVillibrordus.* 23
746. *Monasterium S. Trudonis dotatur à Roberto Hasb. Comite* 24
748. *Elisæus Nouiomensis, Fulcarius Tungrensis, Treuuardus Camerac. Episcopi florent.* 25
750. *Fuldense monasterium fundatur à S. Bonifacio* 26
751. *Moguntia fit metropolis; Tungri & Vltraiectum illi subiiciuntur.* 27
752. *Epternacense mon. dotatur à Pipino Fr. Rege.* 28
754. *Vltraiectensis ecclesiæ status post obitum S. VVillibrordi* 31
763. *Laurishamense monasterium conditur* 32. *dotatur* 51. 74
779. *Aquisgranensis ecclesiæ antiquitas, dos & ornamenta* 34. 36. 53.

780. *Lisiduna villa datur ecclesiæ Vltraiectensi.* pag. 35.
804. *Osnaburgensis Episcopatus & aly cum scholis in Germania fundantur* 37.
815. *Blandinienſi & Bauonienſi monasteriis benefacit Lud. Pius* pag. 40. *Carolus Caluus.* pag. 67.
821. *Sassigniacum datur Maricolensi monasterio à Lud. Pio.* 42.
831. *Iserna & Thorensela dantur Rotnacensibus Canonicis.* 43.
837. *Testamentum condit S. Euerardus Cisonij fundator.* 44.
842. *Ossa S. Donatiani A. Remensis Brugas mittuntur.* 51.
844. *Drogo Ep. Metensis sit Vicarius Sedis Apost. in Gallia, Ger.* 55.
858. *Vltraiectensibus Canonicis Bergense mon. prope Ruræmondam datur incolendum.* 58. 78.
860. *Mansus ex Fisco Valentianensi datur S. Dionysij monasterio à Lothario, Loth. Rege.* 59.
863. *Stephano Cam. Episc. teloneum & alia dat Car. Caluus.* 61.
869. *Vermerienſis concilij diploma pro mon. Vedastino.* 63.
870. *Diuisio regni Lotharij inter C. Caluũ & Lud. Germanicũ.* 65.
877. *Carolus Caluus Niuellensi, Marchianensi, Hasnonienſi, Dononiensi & aliis ecclesiis benefacit.* 68.
878. *Lud. Balbus à Ioanne* VIII. *coronatur Rex Francorum, non Imperator.* 74.
888. *Laubium & alia loca dantur Leodiensi ecclesiæ* 76. 78. 82.
889. *Gerolfus Frisiorũ Comes pater Theoderici* I. *Holl. Comitis.* 76.
896. *Salonam monachis S. Dionysij restituit Suentiboldus Rex Lotharingiæ.* 97.
898. *Ian.* 3. *Odo Rex moritur: Carolus Simplex regnum obtinet integrum.* 93.
910. *Mortarium datur Canonicis in Capræmonte* 83. 99. *Cluniacum fundatur.* 84.
912. *Ludouicus vltimus Carolinæ stirpis Rex in Germania & Loth. obyt.* 39. 93.

Egmonda

913. *Egmonda à Carolo Simplice datur Theoderico I. Hollandiæ Comiti, Gerolfi filio.* pag. 85.

915. *Ecclesiæ Leodicensi benefit, Ragineroi I. Han. Comite petente.* 86.

917. *Ragnerus I. Han. Comes (qui Rolloni Normannorum Duci in Zelandiam irrumpenti an. 876. restiterat, & an. 878. ab eodem captus fuerat) circa an. 917. moritur. Ex his corrige annorum numeros* pag. 88. & 89.

918. *Bronienſe mon. fundatur à S. Gerardo in agro Namurc.* 24.

921. *Bonnenſe pactum inter Carolum Simplicem & Henricum Aucupem.* 90.

922. *Gemblacenſe monaſt. fundatur, & an. 948. ab Othone I. dotatur.* 101.

937. *Arnulfus M. Flandriæ Comes. Blandinium inſtaurat* 96. *& monachos ibi collocat an. 950. amotis clericis.* 104.

942. *Metis in S. Arnulfi cœnobio monachi collocantur, amotis clericis.* 97.

946. *Walciodorenſe mon. ad Moſam fundatur* 99. *& Haſteria illi adiungitur.* 119.

949. *Eichenſe monaſterium datur Faraberto Ep. Leodicenſi.* 100.

950. *Dorp villa à Fulquino V. N. datur monachis Gemblac.* 104.

954. *Gandenſe S. Bauonis cœnobium Arnulfus M. Fl. Comes inſtaurat, & monachos in eo collocat.* 106. 121.

961. *Idem Arnulfus M. Brugis in S. Donatiani æde Canonicos fundat.* 107. 233.

962. *Gemblacenſis mon. conditor S. Guibertus moritur* 103. *Wicmannus caſtri Gandenſis Blandinienſes dotat.* 108.

963. *Luziliburgum ſibi acquirit Sigifridus, inde Comes I. Luziburgenſis dictus.* 109. 134.

966. *Otho I. Imp. Blandinienſi, Niuellenſi & aliis eccleſiis benefacit.* 112.

967. *Lotharius Francorum Rex benefacit monachis S. Bauonis* 115.

Marſana

968. *Marsana datur monachis S. Remigij Remensis à Gerberga Regina.* 116.
971. *Epternaci collocantur monachi, amotis clericis.* 120. 129. 137.
976. *VVilligisus A. Moguntinus, carpentarij filius, floret.* 124.
977. *Lotharius Fr. Rex Mareolensi & Marchianensi ecclesiis benefacit.* 124.
979. *Blandinium dotat Godefridus Captiuus Comes Virdunensis, Dominus Ihami,* 125.
980. *Capræmons funditus exscinditur à Notgero Ep. Leo.* 118. 120.
983. *In Mosomensi ecclesia monachi collocantur, Canonicis amotis.* 128.
984. *Ansellus de Ribodimonte fundat ibidē S. Nicolai Abbatiā* 129.
985. *Huiensis Comitatus, qui Ansfridi fuerat, datur Leodiensi ecclesiæ* 130.
992. *Thorensis ecclesia ad Mosam fundatur ab Hilsunde Comitissa* 132. 140.
993. *Fretebaldus V. N. dotat ecclesiam Vltraiectinā S. Martini* 135.
993. *Sigifridus Comes Luxeburgensi dotat S. Maximini monasterium.* 134.
994. *Ansfridus ex Comite Louaniensi & Huiensi fit Episcopus Vltraiectensis, qui VVesterloā dedit ecclesiæ Vltraiectensi* 136.
997. *Canonicorum S. Ioannis in insula collegium Leod. dotatur* 138.
999. *Bomelia ab Othone* III. *datur ecclesiæ Vltraiectinæ.* 139.
1000. *Mechlinienſe Canonicorū S. Rumoldi collegiū fundatur* 653.
1001. *Ab Othone* III. *Imp. ius cudendæ monetæ datur Erluino Ep. Cameracensi.* 140.
1002. *Henricus Sanctus fit Rex Germaniæ, & an.* 1014. *Imperator* 146.
1007. *Comitatus Cameracensis Erluino Episc. datur à S. Henrico Imperatore.* 141
1008. *Idem S. Henricus ecclesiæ Leodicensi benefacit.* 142.

Arnulfo

1014. *Arnulfo Comes Loſſenſi ſine lib. defuncto, is Comitatus ceſſit eccleſia Leodicenſi.* 391.
1017. *Baldricus Epiſcopus Leodicenſis, fundator Abbatiæ S. Laurentij, obijt.* 391.
1018. *Aquiſgranenſe S. Adelberti collegium fundatur à S. Henrico Imp.* 144.
1023. *Societas inter Bellouac. Can. & Vedaſtinos monachos.* 148.
1029. *Bergis S. VVinnoci loco Can. collocantur monachi.* 192. 417.
1030. *Elenchus Sanctorum Gandaui quieſcentium in monaſterio S. Bauonis.* 150.
1033. *Diuionenſe S. Benigni & S. Andreæ Cameraceſienſe monaſteria fundantur.* 152.
1036. *Aicurienſe collegium XII. Can. in Gallo-Brab. fundatur.* 155.
1039. *Falempinenſe cœnobium in agro Inſulenſi conditur.* 159. 236.
1040. *S. Cunegundis Imperatrix, Sigifridi Comitis Luxeburgenſis F. moritur.* 147.
1040. *Hasbanienſis ſeu Loſſenſis Comitatus datur Leod. eccleſiæ* 162.
Louany VII. *Canonicorum collegium fundatur.* 377.
1042. *Cunihildis Henrici* III. *Imp. vxor moritur Brugis.* 165.
1043. *Lilerienſe in Arteſia Can. collegiũ ac templum excitatur.* 166.
1044. *Haſpra Vedaſtinis attribuitur.* 166.
1048. *Bruxellenſe Can. SS. Michaëlis & Gudilæ collegium fundatur.* 167. 203. 329.
1049. *S. Leo Papa IX. confirmat priuil. Stabuleti & Malmun.* 289.
1055. *Inſulenſe Canonicorum collegium fundatur à Bald. Inſulano Fl. Comite.* 188. 225. 288.
1059. *Niuellenſis eccleſiæ prædia in tres portiones ab Henrico* IV. *Imp. diuiduntur.* 170.
1060. *Meſsinenſes moniales & Canonici fundantur.* 157. 206.
1063. *Eihamenſe monaſterium & Harlebecanum collegium Can. fundantur.* 174. 177. 284.

1064. S. Sepulcri Abbatia Cameraci fundatur à Lietberto Episcopo. pag. 182. 206.
Ecclesiæ Vltraiectinæ ablata Henricus IV. Imp. restituit. 183.
1066. Regulares constituuntur Cameraci in S. Auberti monasterio. 189. Insulensis S. Petri basilica 188. itemq; Huiensis B. Mariæ consecratur. 191
1067. Balduinus Insulanus Fl. Comes moritur 157. Fredericus VI. Loth. inferiores Dux dotat Stabuletum. 191.
1069. Ardense Canonicorum collegium fundatur 197. 446. Sathanaci in Lotharingia, amotis Canonicis, collocantur monachi in templo S. Dagoberti. 195.
1070. Eustathius II. Co. Bolonie dotat Lensense Can. collegium in Arteſia. 199.
1072. In Alciaco Abbas primus collocatur ex monasterio S. Bertini. 298.
1078. Anderlechtenses Canonici prope Bruxellam dotantur à Reinilde matrona. 566.
1079. Aquicinctinum mon. prope Duacum fundatur. 205.
1080. Dionanti pons lapideus Mosæ insternitur 207. Aldeburgensis Abbatia in Flandria à S. Arnulfo Ep. Sueſſionensi fundatur, & à variis dotatur. 447.
1081. S. Petri Abbatia Decliuio transfertur ad Gerardi-Montem. 208. 267. Abbatia S. Dionyſij prope Montes Hannoniæ fundatur. 209.
1083. Munsterienſe mon. B. Mariæ Conradus Co. Luxeburgensis fundat 213. Egmondanam Abbatiam à maioribus ſuis fundatam dotat Theodericus V. Holl. Comes. 215.
1084. Andrense mon. fundatur à Balduino Co. Gisn. 219. 271. 339.
1086. Basilica S. Mariæ maioris Valentianis datur Hasnoniensibus 221. Affligemium fundatur 222. dotatur. 268.
1088. Foreſtensis mon. prope Bruxellam origo. 288. 266.

Virdi-

1089. *Virdunense S. Agerici monasterium* 239. *Præpositus ecclesiæ S. Donatiani Brugensis fit Cancellarius Flandriæ* 233. *Marchianense monasterium dotatur.* 234.
1092. *Hugo Dux Burg. obijt monachus Cluniaci.* 430.
1093. *Atrebatensem Episc. à Cameracensi Vrbanus* II. *separat.* 239. *Loënse monasterium Can. reg. in Flandria fundatur* 237. 302. 317. *Lacensis Abbatia prope Antonacum exstruitur.* 238.
1094. *Bullonienſis cella & Sathanacensis ecclesia à God. Bullonio dotantur.* 243. 244.
1095. *Latiis monachi collocantur, amotis clericis, à Theoderico Domino Auesnensi.* 408.
1096. *Couinum venditur ecclesiæ Leodicensi* 264. *Forestum prope Bruxellam conditur.* 266.
1097. *Aroasia & Mons S. Eligij, Canonicorum regul. Abbatiæ, fundantur.* 269. 270.
1101. *Abbatia regul. in Bornehem fundatur à VVenemaro Cast. Gandensi* 278. *& an.* 1120. *datur Affligemiensibus.* 306.
1101. *Aquarum Curtarum Abbatia in Artesia instituitur.* 277.
1102. *Mathildis God. Gibbosi Loth. Ducis vidua dotat Ecclesiam Rom.* 280. *Gisnense monialium S. Leonardi monasterium fundatur* 340. *Odo Burgundiæ Dux, Cisterty conditor, in Syria obijt* 432. *Eius frater Henricus duxit Teresiam F. naturalem Alfonsi* VI. *Regis Castellæ, & ex ea genuit Alfonsum* I. *Regem Portugalliæ.* 432.
1105. *Monasterium S. Andreæ prope Brugas conditur.* 282.
1107. *Ecclesia S. Ioannis Bapt. in vrbe Valentianensi dotatur* 286.
1108. *Teneramondanum Canonicorum collegium fundatur.* 287.
1110. *Strumense monasterium virginum in d. Atrebatensi conditur* 288. *Forestũ dotatur à God. Barbato Brab. Duce* 691.
1112. *Prioratus S. Georgij prope Hesdiniũ datur Aquicinctinis* 296.

1118. *Loënſe monaſterium dotatur à VV. Ilelmo ab Ipra.* 302.
1119. *VV alterus Caroli Boni Flandriæ Comitis Buticularius, & eius frater Cono dotant Aldeburgenſe monaſterium.* 447.
1120. *Furnenſe S. Nicolai cœnobium conditur.* 310. 438. 455.
1122. *Campi veteris monaſterium, prope Rhenobercam fund.* 314.
1123. *Henniacenſis eccleſia à ſæculari poteſtate eximitur* 318.
1124. *Leodicenſe S. Laurentij monaſterium dotatur* 322. *Abbatia S. Michaëlis Antuerpiæ fundatur, & Canonici Antuerpienſes ex dicta S. Michaëlis baſilica migrant ad Marianam.* 318. 389.
1125. *Fliderbecana Abbatia prope Louanium conditur* 323. *Arnulfus Comes de Aderſchot dotat Affligemium* 325. *Abbatia S. Foillani ord. Præm. in Hannonia condi cœpta* 326.
1126. *VV arneſtunenſis eccleſia in Flandria dotatur* 328. *Abbatia S. Nicolai de pratis Tornaci inſtituitur.* 329.
1128. *Grimbergæ collocantur Canonici regul. ordinis Præmonſtratenſis* 350.
1130. *Loënſis monaſterij prædia firmat Theodericus Fl. Comes* 340. *Aldeburgenſis & Quercetana Abbatiæ in d. Brugenſi dotantur.* 345.
1131. *Suræ fl. via naualis à Lothario* III. *Imp. dilatatur* 341. *Parcenſe cœnobium prope Louanium conditur* 342. *Innocentius* II. *Papa Bruxellæ exiſtens conſecrat templum Xenodochij S. Ioannis* 344. *Idem oſſa S. Gerardi Ab. Bronienſis eleuari mandat* 345.
1132. *Valcellas ord. Ciſt. fundat Hugo de Oiſy Caſtel. Cam.* 504.
1133. *Decimæ de Sant ſlite & Orderen Canonicis Antuerp. ab Henrico* V. *datæ à Lothario* III. *confirmantur* 385. *Tungerloa & Bigardia maior fundantur* 382. 384. 463.
1134. *Bernæ ord. Præmonſtratenſis prope Siluam Ducis fundatur* 386. 480. *Capella B. Mariæ Bruxellis ad veteres vrbis*

muros sita datur monachis S. Sepulcri Cameracensis 387.

1135. *Auerbodium ord. Præmonstr. ab. Arnoldo Comes Losensi fundatur* 390.

1136. *Truncinium ord. Præmonstr. dotatur à Theoderico Flandriæ Comite* 396. *Marsanæ loco Canonicorum collocantur monachi* 394.

1137. *Niniuensis ecclesia Præmonstratensibus traditur* 376. *Cerui campus ord. Cist. Abbatia ab Hugone* III. *comite S. Pauli fundatur* 414.

1138. *Hospitale* XII. *Apostolorum fundatur Bruxellis* 372. *VVarnestuni regulares collocantur* 373.

1140. *Affligemium dotatur ab Henrico monacho God. Barbati filio* 378. *Broniensis eccl. dotatur à Manasse de Hierge* 381.

1141. *S. Ioannis Abbatia Valentianis recens instituta, itemq; Mortaniensis Abbatia prope Tornacum, dotantur.* 383. 384. 391.

1144. *Ardensis ecclesia Canonicorum traditur Præmonstratensibus.* 386.

1145. *Clari-marisci Abbatia ord. Cist. in Artesia dotatur* 387. *Pares* XII. *Hannoniæ recensentur.* 392.

1146. *Conradus* II. *prædia Camer. ecclesiæ confirmat* 393. *Villare ordinis Cistertiensis in Brabantia fundatur ab Henrico* II. *Brabantiæ Duce.*

1147. *Laudense cœnobium in agro Insulensi fundatur* 395. *Olisipo Lusitaniæ metropolis eripitur Mauris, adiutantibus Flandris qui in Syriam nauigabant.*

1148. *Camberona in Han. fundatur ab Anselmo de Trasignies.*

1150. *Bellum pratum ord. Cist. à Folmaro Co. Metensi fundatur.* 399.

1154. *Henricus Cæcus Comes Namurcensis & Luxeb. floret.* 405.

1155. *Mortaniensis Abbatia ord. Præmonst. dotatur* 545.

1156. Henricus S. Leopoldi filius ex Marchione fit Dux Aust. 405.
1157. Fredericus I. possessiones ecclesiæ Antuerp. confirmat.
1160. Godefridus III. Brab. Dux dat Littam S. Remigij monasterio.
1163. Abbatia S. Augustini ord. Præmonst. prope Teruanam fundatur. 416.
1165. Heinsbergense monasterium virginum ord. Præmonstratensis conditur. 420.
1167. Gerardus Dominus Grimbergæ ducit Mathildem Ninouiæ Dominam. 499.
1169. Arienſe Canonicorum collegium in Artesia fundatur. 424.
Robertus Betuniæ Dominus & ecclesiæ S. Vedasti Atrebatensis Aduocatus floret, qui ex Adhelide filios reliquit, Robertum, Guilielmum, Balduinum, Ioannem Ep. Cameracensem, & Cononē in bello Constantinop. celebrē. 442.
1171. Heristallum Leodicensi ecclesiæ oppignoratur. 426.
1172. Capella sacra Diuionensis fundatur, & Canonici X. in eadem constituuntur. 427.
1073. Postulensis ecclesiæ origo, quæ nunc est Abbatia ord. Præmonst. in Brabantia. 433.
1174. Godefridus III. Dux dotat Canonicos Leodicenses S. Ioannis & Liranos. 437.
1177. Mons S. Trinitatis, Can. regularium, in Lotharingia dotatur. 441.
1180. Aldenburgensis Abbatia dotatur ab Arnoldo Vicecomite Gistellensi. 449.
1181. Michaēl Dominus Boularij Constabularius Flandriæ benefacit Niniuensibus. 452.
1182. Hugo de Oisy Castellanus Cameracensis & Vicecomes Meldensis, itemq; Rogerus de VVaurin Ep. Cameracensis fundant Cantipratum. 453. 460. 504.

Raso

1186. *Raso de Gauera Comitis Flandriæ Pincerna Niniuense, & Guilielmus Castellanus Audomarensis Andrense monasterium dotat.* 460.

1188. *Villare ordinis Cist. ab Henrico* I. *Brab. Duce dotatur. Siluensis vrbs Lusitaniæ Mauris eripitur operâ Iacobi Domini de Auesnes & Condè.* 409.

1187. *S. Andreæ monasterium ex Prioratu fit Abbatia* 465. *Brugis S. Basilij templum dotatur.* 467.

1190. *Vltraiectina S. Pauli Abbatia dotatur.* 469.

1191. *Henricus Dominus de Cuyck cum Henrico & Alberto filiis floret* 470. *Iacobus de Auesnis in Syria apud Assur occumbit.* 495.

1192. *Namurcensis S. Albani ecclesia nunc cathedralis dotatur.* 471.

1193. *Manumissionis formula apud Flandros vsitata.* 473.

1195. *Bald. Magnanimus Flandriæ & Han. Comes Condatensi & Montensi ecclesiis benefacit, & moritur.* 475. 491.

1196. *Velua ab Henrico* VI. *datur Balduino Ep. Vltraiectino* 479. *Elisabetha Hugonis* IV. *Comitis S. Pauli filia heres nubit Galchero* III. *Domino de Chastillon* 414. *Anetense seu Braëllense virginum ord. Cist. monasterium in Artesia conditur ab Ada seu Alide de Harnes* 478. *Henricus* VI. *Imp. benefacit ciuibus noui opidi Buscoducensis in Brab.* 480.

1197. *Henricus* III. *Brab. Dux Ierosolymam iturus dotat Forestum.* 451.

1198. *Otho* IV. *eligitur Imperator.* 485.

1200. *Abbatiæ S. Gertrudis origo apud Louanienses* 492. 520. *Rogerius Condati pro parte Dominus dotat Canonicos illius opidi.* 493. 496.

1201. *Guilielmus, Henrici* I. *Brab. Ducis frater, Dominus de Perusez floret.* 496. *Camera ord. Cist. Abbatia prope Bruxellam fundatur & dotatur.* 512. 579.

Ioannes

1202. *Ioannes Dominus Montis Mirabilis & Oisiaci dotat Cantipratum* 504.588.

1203. *Balduinus Flandriæ & Hannoniæ Comes sacram expeditionem suscipit, & an.* 1205. *fit Imp.* CP. *moritur* 489.491.

1207. *Ad eccles. Andennensem non nisi nobiles admittendæ.* 521.

1209. *Herentalense opidum in Brabantia conditur. Nicolaus Dominus de Lalain Marchianis* 524. *Balduinus Cominij toparcha Can. Insulensibus benefacit* 525.

1211. *Canonicatus S. Albani augentur Namurci.* 527.

1212. *Nobiles ibidem eximuntur à seruitute quadam.* 528.

1214. *Inter VValeramum Limburg. & Ermensindam Luxeb. nuptiæ* 532. *Bouinense prælium* 516.

1215. *Anderlechtenses Canonicos dotant Leonius de Bruxella & Oliuerus de Sottegem.* 567.568.

1216. *Vallis Dei ordinis Cistertiensis in agro Limburgensi conditur.* 533.

1219. *VValterus Bertout Dominus Mechliniæ sepelitur ad S. Rumoldum.* 501.592.653.

1220. *Valentianis monasterium Minoritarum incohatur* 543. *Pitseburgum Mechliniæ* 539. *& Honschotana domus Trinitariorum dotantur.* 541.

1221. *Thenense collegium can. fundatur* 552. *Robertimontense mon. in Ducatu Luxeburgensi dotatur* 546.

1223. *Suiuecana Abbatia fundatur Teneramondæ* 540. 558. 573.

1224. *Bellingemiensis cella, nunc sedes Abbatiæ Cantipratensis, dotatur* 551. 590. *Ruramondæ Abbatia monialium ord. Cistertiensis fundatur.* 556.

Heidel-

1225. *Heidelbergense castrum datur in feudum Lud. Comiti.* 556.
Bauaria & Palatinatus Rheni in vnum coëunt. 555.
1226. *Bruxellense colleg. minus Canonicorum fundatur* 553.
1228. *Bellum pratum prope Gerardi-Montem fundatur.* 560. 606.
VValterus & Arnoldus de Aa dotant Cameram 571.
1229. *Argentonium in Gallo-Brabantia* 564. *Scladinienſe Can. collegium in agro Namurc. fundantur* 364.
1230. *Oſto Dominus de Traſignies fundat Prioratum de Herlaimont ord. Præmonſtr.* 608.
1231. *Contractus antenuptialis inter Henricum Comitẽ Luxeburg. & Margaritam Barrenſem.* 577. *Grandipratenſis Abbatia conditur in agro Namurc.* 578. *Franciſcanorum mon. Mechliniæ à VValtero Bertoldo fundatur.* 653.
1233. *Valentianense & Brugense Dominicanorum cœnobia.* 583.
1234. *Refugium B. Mariæ ord. Ciſt. Athi fundatur* 584. *Flinarum & Bigardiæ minoris origo.* 584. 586.
1235. *Locus S. Bernardi prope Antuerpiam* 591. *Fons B. Mariæ in agro Luxeb. fundantur.* 598.
1236. *Oda Grimbergæ pro parte Domina* 574. *Eodẽ tempore vixit Alicia Grimbergæ pro altera parte Domina* 501. 657. *Marquetta ord. Ciſt. fundatur* 601.
1237. *Comitatus Arteſiæ origo* 602. 635.
1238. *Vallis Ducis dotatur* 609. *Maria Aruerna nubit VValtero Bertoldo Domino Mechliniæ* 611. 653.
1239. *Petronilla de Gant Abbatiſſa I. Foreſti* 695.
1240. *VVeſterloa datur in emphiteuſim Arnoldo VVeſemalio* 618. *Theodericus de VValicourt Do. de Aa & Lennick* 569.
1241. *Mathildis Comitiſſæ Bolonienſis teſtamentum* 621.
1243. *Carolus & Ioannes de Arſchot al. Schoonhoue* 621. *Mechlinia venditur Lud. Malano Fl. Comiti.* 653.
1246. *Teſtamentum Godefridi Domini Bredæ & Bergarum* 640.

1249. Ioannes & Bald. Auennenſes declarantur legitimi. 645.648.
1250. Bornhemium venditur Margaritæ Fland. Comitiſſæ 624.697.
1256. AEgidius le Brun de Traſignies Conſtab. Franciæ 606.
1260. Blidenbergenſe mon. Mechliniæ dotatur à Bertoldis 562.
Alexander Villain F. Villani de Gandauo 625.
1267. Henricus cedit Ioanni fratri ſuo iuniori Brabantiam. 658.
1268. Ruræmondenſe virg. Ciſt. cœnobium dotatur 660.
1275. Brugenſe & Torn. Auguſtinianorum monaſteria. 664.
1280. Maria Co. Vianæ, Domina Grimbergæ & Ninouiæ 605.
1282. Adolfus Comes Montenſis Ioanni I. cedit Limburgum.
1387. Breda Raſoni Gauero, Bergæ cedunt VVeſemaliis 666.
1288. Cartuſia Valentianenſis conditur. 409.
1292. Raſo Gauerus Dominus Lidekercæ & Bredæ 661.666.
1296. Arnoldus Dominus Diſtenſis moritur 644. Haſletenſe mon.
Auguſtinianorum dotatur. 668.
1304. monaſterij Vallis Viridis in Zonia origo. 671.
1306. Bruxellenſes VII. familiæ patritiæ 672.
1307. Naldeuici collegium can. in Holl. inſtituitur. 673.
1312. Cortebergenſia comitia 674.680.682.
1339. Ludouicus Comes de Los & Chiny obijt. 670.

Principum & aliorum Dynastarum.

ABcoudæ Domini 687. Alemanniæ Duces 146. 232. Alosti Comites 397. Altena 634. Angiæ Domini 590. 532. Antonienses Domini 532. Ardæ Domini 197. 386. Arschoti Comites 325. Arteſiæ Comites 602. Ascæ Domini 501. Atrebatenses Aduocati 442. Aueſnenses Domini 410. 300. 649. Austriæ Duces 405. Austrasiæ Reges 6. Autisiodori Comites 308. 491.

Barrenses Comites & Duces 514. 255. Bauariæ Duces 21. 75. 125. 146. Bellomontani in Hannonia Domini 491. 649. Berengarij Italiæ Reges 48. Bergenses Comites & Duces 633. Bergizomenses Marchiones ac Domini 641. 657. 666. Bertoldi Mechliniæ Domini 500. 653. Betuniæ Domini 442. 468. Bolonienses Comites 201. Boulariæ Dimini 562. 606. Brabantiæ Duces 256. Barones 707. Bredæ Domini 324. 641. 657. 663. Burgundiæ Reges 4. 6. Duces 430. Comites 48. 105. 232. 308.

Calixti II. Papæ stemma 49. Cameracenses Comites 181. 91. Caroli Ducis I. Loth. stemma 262. Caroli Magni 30. 39. Martelli 21. Calui 73. Capeticæ familiæ 158. 187. Castellæ Reges 49. 432. Ceruiæ Domini 234. 301. Chastillon 242. 469. 581. Chiny 670. Cisonienses Domini 349. Condatenses in Hannonia Domini 496. 410. Constantinopolitani Impp. ex Latinis 114. 491. Curtenay 187. 308. 491. Cukenses Domini 169. 676.

Distenses 644. Doreſtatenses 687. Duffelenses 596.

Egmondæ Comites 704.

Feudatarij Duces, Principes, Marchiones & Comites in Belgio 705. Fiennæ Domini 513. Flandriæ Comites 180.

Miniſteriales 418. Baronię 708. Francorum Reges ex Moriuingis 6. ex Carolingis 39. ex Capeticis 187. Frederici Imperatores 232.

Gandenſes Comites 108. 180. Gasbecæ Domini 657. 666. 687. Gauere 529. 663. Gelenſes Domini 596. Gelriæ Duces & Comites 269. 603. Giſnenſes Comites 219. 337. Giſtellę Domini 665. Godefridi Lotharingię Duces 197. Goudę Domini 649. Gregorius V. Papa 125. Grimbergę Domini 499. 269. 325. 491. 576.

Hannonię Comites 89. 212. 648. Pares 392. Barones 708. Heinsbergę Domini 420. 644. Henricus Anceps 125. 146. Henrici Impp. 232. Herenbergę Domini 604. Herſtallenſes Domini 657. Heſdinienſes Comites 296. Heinsbergæ Domini 332. 381. 670. Hollandiæ Comites 217. 491. 648. Hornæ Domini & Comites 59 .703.

Iauche 630. Italiæ Reges 48. 60.

Landaſtenſis familia 349. Lenſenſes Comites 201. Lidekercę Domini 663. Limburgenſes Comites & Duces 260. 635. Loſſenſes Comites 391. 670. 274. 391. Lotharingię Reges 60. 248. Duces 250. Lotharingiæ ſuperioris ſeu Moſellanæ 251. 385. Inferioris & Brabantię 256. 295. Louanienſes Comites 89. 197. 224. Ludouicus Pius 39. 41. Balbus 73. Tranſmarinus 105. Luxeburgenſes Comites & Duces 109. 134. 148. 213. 702.

Marcani Comites 634. S. Mauronti Duacenſium patroni ſtemma 70. Mechlinię Domini 653. 499. Megenę Comites 434. 480. Meranię Duces 232. Montbeliardę Comites 514. 255. Montenſes ad Rhenũ Comites & Duces 633. Montis Mirabilis Domini 504. Montis acuti Comites 269. Mortanię Domini 545. 349. 410. 545.

Naldeuicenſes Domini 673. Namurcenſes Comites 187.

404. Nassauiæ Comites 500. Niniuæ seu Ninouiæ Domini 399. 376. 268. 374. Niuernenses Comites 48 187. 308. 374. Oisiacenses Domini 504. Othones Impp. 125.

S. Pauli Comites 242. 413. 581. Peruez 496. 501. 652. Pipinorum stemma 30. Pontiui Comites 201. Portugaliæ Reges 202. 432. Prouinciæ Reges 60.

Ragineri IV. Hannoniæ Comites 89. 212. Rassegemienses Domini 542. 224. Remenses Vicecomites 242. Rethelenses Comites 332. Ribodimontis Domini 300. Rocienses Comites 242. 410. Rodulphus I. Imp. 232.

Schonhouiæ Domini 649. Sotteghemienses Domini 540. 309. 590. Stephanus IX. Papa 201. 257. Suessionenses Comites 649. Sueuiæ Duces 146. 232.

Teneremondæ Domini 317. 451. 468. 549. Tholæ in Zelandia Domini 649. Tonerrenses Comites 308. Domini de Trasignies 602.

Vademontani Comites 255. Veromanduorum Comites 187. Viandæ Comites 491. 501. 656. Virdunenses Comites 125. Vrbanus II. Papa 242.

VVesemale 657. 707.

Castellani, qui nunc Vicecomites & Burgrauij dicuntur: pag. 614.

ALdeburgenses 510. Alostani 423. 616. Antuerpienses 615. 644. Arienses 525. Audomarenses 402. 313. Bapalmenses. 617. Bergenses in Flandria 310. 313. 333. 425. Borburgenses 284. 425. 338. Bruxellenses 570. 614. Brugenses 212. 510.

Cameracenſes 460.504. Cortracenſes 425.
Diximudani 466. Duacenſes 205.440.
Furenſes 616. Furnenſes 284.302.310.
Gandenſes 202.278.302.624.695. Grimbergani 615.
Inſulenſes 161. Iprenſes 317.
Limburgenſes 618.
Melodunenſes 309. Montenſes 300.383.478. Montfortenſes 617.
Neoportuenſes 616. Nouiomagenſes 617
Raicienſes 440.
Tornacenſes 410.545.
VVinnocibergenſes 456.
Zelandienſes 660.

Elenchus nobilium familiarum.

Aa. 569.570. Abcoude 687. Ally 644. Altena 624. Antoing 309.534. Arrois 602. Aueſnes 410.
Berlaimont 301. Bar 514. Barbanzon 705. Bauſignies 666. Berchem 674. Berges 641. Bernage 680. Bertout 501. 592. Betune 442. Beuere 657. Blois 629. Boulers 562. Bouloigne 200. Bouchout 681. Bournonuille 707. Bouſies 708. Bouterſem 707. Breda 641. Brederode 687. Briſeteſte 682.
Candauene 413. Chaſtillon 581. Chieure 301. Chimay, Comines 525. Condè 492.537. Crequy 613. Croy 699.703. Croiſilles 534. Cruninghen 639. Cuyck 978.
Dieſt 634. Dixmude 657. Duffle 596. Duuenuoirde 680.
Egmont 704. Enghien 551.590. Eſpinoy 309.535.
Fiennes 512.
Gageldunck 639. Gand 696. Gauere 529.663. Gasbeke 657. Giſtelles 449.665. Glimes 698. Grimberges 501.576.

Hameide 708. Happart 680. Harnes 478. Herenberg 603. Hollande 216. Honſchote 541. Hoboke 597. Hornes 703. Iauche 630 Immerſele 616.
Landas 542. Lalain 524. Leck 981. Lens 617. Lidekercke 663. Ligne 675. Lille 161. Lire 616. 636. Los 393. 670. Louain 657.
Marſelare 680. Malſtede 679. Maldegem 679. Maſſeme 627. Maſtain 630. Meghem 434. Merheym 701. Melun 309. 700. Merode 703. Milenberg 698. Montmirail 504. 588. Montmorency 706. Mortaigne 545.
Naldevvijck 673. Namur. 404. Naſſau 688. Neuele 510.
S. Omer 613. Oiſy 564.
Peruez 657. S. Pol 414. Polanen 681. Pipenpoy 521. Putte 687.
Recourt 617. Renty 706. Raſſengem 627. Roubais 706. Rodes 550.
Serclaes 685. Sottegem 539. 309. Stauele, Steelant, Steēhuſe, Straten.
Tenremonde 549. Tilborg 585. Tollincx 616. Tournay 545. Traſignies 609. Trelon 649. Trit 489. 537.
Viande 491. 656. Villain 622. Vorne 660.
VValecourt 569. VValaincourt 489. 517. VVerchin 708. VVeſemale 618. 666. 701.

FINIS.

Hameide 708. Happart 680. Harenton 564. Harnes 478. Herenberg 603. Hollande 216. Honschote 541. Hoboke 597. Hornes 703. Huldeberge 694. (461.

Iauche 519. 630. Immerscle 616. Ietterbeke 693. Inchy

Landas 349. 542. Lalain 524. Leck 981. Lens 617. Lidekercke 398. 663. Ligne 675. Lille 161. Lire 616. 636. Los 393. 670. Louain 657. Ligney 581. Liſches 445. Lembeke 696. 511. Lambres 460.

Marſelare 680. Malſtede 679. Maldegem 624. 679. Maſſeme 539. 627. Maſtain 630. Meghem 434. 480. Merheym 701. Melun 309. 700. Merode 703. Milenberg 698. Montmirail 504. 588. Montmorency 706. Montfort 617. Mortaigne 545. Moriamez 495. Maiſnil 473.

Naldevvijck 673. Namur. 404. Naſſau 688. Neelle 489. Neuele 510. 545.

S. Omer 613. Oiſy 460. 504. Ophem 568.

Peruez 496. 657. S. Pol 414. Polanen 681. Pipenpoy 521. Piqueny 613. Putte 687. Prat 511. Porcean 242.

Raueſchot 449. Ranſt 507. Ridderuoirde 449. Recourt 617. Renty 706. Raſſegē 539. 627. Roubais 706. Rodes 539. 550. Reux 392. Riuiere 654. 695. Roucy 402. Ruminy 301. 482.

Serclaes 685. Sottegē 539. 309. Silly 300. Steelant, Steēhuſe 650. Straten 447. Stalle 692. 693. Sauenthem 693. Sterbeke 694.

Tenremonde 549. Tilborg 585. Tollincx 616. Tournay 545. Torcy 613. Traſignies 444. 609. Trelon 649. Trit. 491. 489. 537.

Viande 491. 656. Villain 622. 624. 615. 696. Vorne 660.

VValcourt 569. VValaincourt 489. 517. VVerchin 708. VVeſemale 618. 666. 701. VVanghe 696. 610. Wendeke 3. VValenhem 471. 694. VVickerode 507. VVaurin 482. 416.

Canonicorum collegia.

Aieurienſe in Gallo-Brabantia 155. Anderlechtenſe 565. Antuerpienſe 303.318. Aquiſgrnenſe B. Marię 34.37.53.272. S. Adelberti 144. Amersfurtenſe 645. Ardenſe 197. Arienſe 424. Arſchotanum 699. Atrebatenſe 3. Betunienſe 442. Binchienſe 30. Bredanū 698. Brugenſe S. Donatiani 51.107. Bergizomenſe 698. Bruxellenſe maius 167. minus 552. Cameracenſe B. Mariæ 61. Capræmontenſe pag. 83. 99. Condatenſe 282. 493. 537. 627. Dauentrienſe 2. Diuionenſe 427. Doreſtatenſe 687. Duacenſe S. Amati 70. Diſtenſe S. Ioannis 643. S. Sulpitij 699. Eindouienſe 698. Eynenſe 542. Foſſenſe 82. Gandenſe S. Bauonis 41. 115. 150. Gelenſe 700. Gertrudibergenſe 697. 133. Harlebecanum 157. 174. Hochſtratanū 699. Huyenſe 191. Inſulenſe 188. 458. Iprenſe. Lenſenſe 285. 199. Leodicenſe S. Lamberti 78. 81. 86. S. Ioannis in inſula 138. 437. Leouardienſe 2. Lilerienſe 166. Liranū 459. Louanienſe S. Petri 367. S. Iacobi 155. Loſſenſe 393. Lutoſanum. Maſeikenſe 100. Mechlinienſe an. 1100. Melbodienſe 30. Meſſinenſe 157. Merenſe 55. Montenſe S. Petri olim in Hannonia 30. 305. Naldeuicenſe 673. Namurcenſe S. Albani 471. 527. 546. Niuellenſe 69. S. Pauli ibidem 131. Oſnaburgenſe 37. S. Pauli in Arteſia 413. 497. Peronenſe 70. Rotnacenſe 43. Ruræmondenſe cathedrale 2. 58. Scladinienſe 564. Sonegienſe 30. Teneræmondanum 287. Thenenſe 552. Tornacenſe 5. 42. 56. Traiectenſe S. Seruatij 77. 81. 86. 451. Tungrenſe 21. Vltraiectinum S. Martini 32. 58. 136. S. Saluatoris 19. 21. 31. 35. 78. Zutfanienſe 604.

Canonicarum nobiliū virginū collegia in Belgio ſunt iſta. Andennenſe 273. 521. Melbodienſe 30. Montenſe 30. 522.

Niuel-

Niuellense 69. 80. 163. 170. Sustorense 36. Thorense in d. Leodicensi 132. 140.

Abbatiæ monachorum Benedictinorum.

Affligemium 222. 324. Alciacum 297. Aldeburgum 334. 447. 509. Altus-Mons 411. S. Amandi 7. 13. Aquicinctū 205. S. Arnulfi Metense 97. Andrense 219. Bassionense in Burg. 241. Bella Vallis in Loth. 254. S. Bauonis olim 121. S. Bertini 7. 18. Blanciacū 70. Blandinienſe 67. 96. 104. 112. 125. Bornhemium 278. 306. Bronium 94. Bullonium 243. Brugense S. Andreæ 282. 465. Cameracesiense S. Andreæ 152. Cameracense S. Sepulcri 182. 387. Carosense 219. Capellensis cella in vrbe Bruxellensi 387. Cluniacū 84. Corbeia Gallica 9. 11. Saxonica 8. S. Dionysij in Francia 17. 59. 79. S. Dionysij prope Montes Hannoniæ 209. Diuionense S. Benigni 151. Egmonda 85. 115. Einhamum 177. Epternacum 120. Fliderbeca 323. Gemblacum 100. 104. S. Gisleni 143. Gerardi-montense mon. 208. 267. Gorzienſe 195. Hamaticum 70. Hasnonium 70. 227. Hasteria 119. S. Huberti 35. Lacense 238. Lætiæ 408. Laubium 76. 82. 275. Latiniacū olim 70. Laurishamū olim 32. 263. Leodicense S. Laurentij 322. Marchianę 69. 124. 234. Malmundariū 289. Maricolę 14. 42. 90. Marsana 117. S. Maximini Treuerense 109. Mons S. Quintini 70. Mosomense mon. 128. Munsterienſe in vrbe Luxeburgensi 213. Ribodimontense mon. 129. Salona 79. Sathanacum 195. 244. Solemniacum 58. Stabuletum 289. Trudonense 172. Valentianēse S. Marię maioris 221. S. Vedasti 15. 63. Virdunense S. Agerici 230. Vltraiectinū S. Pauli 469. Walciodorum 99. 119. S. VVillibrordi Epternacense 16. 28. 97. VVinnoci-Bergense 193. 417.

Abbatiæ monialium Benedictinarum,

Bigardia maior 384. minor 586. Bambergense monasterium. 147. Dononium 70. 72. Forestum 228. 266. 691. Guislengemium 301. Gisnense S. Leonardi 337. Horreum 16. Hospitalaria domus Gandaui. 601. Mesinense mon. 184. Strumense 288.

Abbatiæ monachorum ord. Cistertiensis.

S. Bernardi prope Antuerpiam 591. Bellum pratum in Loth. 254. 399. Campus vetus prope Rhenobercam 314. 650. Ceruicampus 414. Cistertiũ 432. Claromariscus 387. 474. Grande pratum 578. Laus prope Insulam 395. Mons vetus al. Aldenberga 634. Vallis Dei 533. VVateringa 673.

Abbatiæ monialium ord. Cistertiensis.

Argentonium 564. Bellum pratũ prope Gerardi-montẽ 560. 601. Bigardia minor olim 586. Braëllense mon. 478. Camera prope Bruxellã 512. 570. Fons B. Mariæ 500. 584. Flinæ. Pons B. Mariæ 580. Herkenroda 392. Marquetta 601. Pons Dominarum 580. Roberti-Mons 546. 632. Refugium B. Mariæ Athi 583. Ruræmondense cœnobium 556. 660. Suiuecanum mon. 549. 558. 573. Vallis Rosarum in d. Mechlinienſi 557. Sartum B. Mariæ prope Distemium 671.

Abbatiæ

Abbatiæ Canonicorum regularium.

Aquæ curtæ 277. Aroasia 8. S. Auberti Cameracensè monasterium 189. Bellingemium 453.551.592. Bornhemiũ olim 278. Bruxellensè S. Iacobi monasterium 400. 495. Cisonium 41.464.50. Cantipratum 453.460.504.588. Falempinum 15?. Henniacum 318. Loënsè cœnobium in diœcesi Iprensi 237. 302. Louanienſe S. Gertrudis 492. 520.585.620. Mons S. Eligij 270. Mons S. Trinitatis 441. S. Nicolai de pratis in vrbe Tornacensi 229. Quercetum in vrbe Brugensi 335. Riuouilla 614. Valentianensè mon. S. Ioannis 286.383. 391. Vallis Viridis 671. VVarnestunum 328.373.441. Mons Sion, virginum, Mechliniæ 596.632.

Abbatiæ Canonicorum regularium ord. Præmonstratensis.

S. Andreæ in Nemore 613. Ardensè cœnobium 197. 386. Auerbodium 390.530. S. Augustini prope Teruanam 416. Berna 386. S. Foillani in Hannonia 316. 369. Furnensè S. Nicolai 310. 438. Grimberga 150. Herlaimont 609. Laurishamum 33. 41. 74. 263. S. Michaëlis Antuerpiæ 318. Mortanienſe mon. 384.545. Niniuensè mon. 374. Parcum 342. Postula 433. Truncinium 369. Tungerloa 383. 463. 639. Virginum ord. Prę monstratensis monasteriũ Heinsbergensè in d. Leodicensi 420. Nouum Sartum prope Grimbergam, olim virginum 540.

Dominicanorum monasteria: Antuerpiense 636. Brugense 583. Louaniense 651. Valentianense 583.

Augustinianorum Eremitarum monasteria: Brugense 664. Hasletense 668. Lossense 393. Tornacense 664.

Carmelitarum Sconhouiense 649.

Cartusianorum monasteria: Herinense prope Angiã 590. Vltraiectinum 687. Valentianense 500.

Trinitariorum monasterium Hontschotanum 541.

Clarissarum Bruxellense monasterium 680.

Beginagia, Bredanum 640. Brugense 631. Distense 645.

Elenchus procerum qui sacris bellis orientalibus interfuerunt.

Adelbero Conradi Comitis Luxeburgensis filius, Archidiaconus Metensis 214. Adela Odonis I. Burg. Ducis filia 432. Ægidius de Trasignies 490. Ægidius de Lãdas 490. Agnes Imperatrix Constantinopolitana 308. Alisa vxor Principis Antiochiæ 332. Anselmus de Ribodimonte, Aquicinctini monasterij benefactor 205. 260.

Balduinus Rex Ierosolymorum Godefridi Bullonij frater 314. Balduinus de Burgo Rex Ierosolymorum 332. Balduinus Ierosolymitanus Comes Hannoniæ 220. 212. 260. 264. Balduinus I. Imperator Constantinopolitanus 187. 412. 486. 488. 491. Balduinus II. Imperator Constantinopolitanus 491. Balduinus de Aulbigny 490. Balduinus de Neuuille 490.

Cono Roberti Betuniæ Domini filius 442. 489. Cuno seu Cono Comes Montis-acuti 201. 260. 382.

Engel-

Engelramus de Coucy fundator Prȩmonſtrati & Fuſniaci 339. Engelramus Comes S. Pauli 260. Euſtathius Bolonienſium & Lenſenſium Comes, Godefridi Bullonij frater 201. 285. 314. Euſtathius Henrici Imper. CP. frater 490.

Florina Odonis I. Burgundiæ Ducis filia 431. Fredericus Imperator 232. 308. Fredericus Dux Sueuiȩ 232. Fulco Andegauenſis Rex Ieroſolymorum 332. Fulco Comes de Barut, filius Balduini Comitis Giſnenſis 339.

Gerardus Comes Loſſenſis 392. Giſelbertus de Aloſto fundator monaſterij Foreſtenſis 267. Godefridus Bullonius 201. 243. 259. 268. Godefridus Comes de Aderſchot 301. 325. Guilielmus Betuniȩ Dominus 489. Guilielmus I. Comes Hollandiȩ an. 1218. Guilielmus de Gomignies 490. Guido Caſtellanus de Coucy 490.

Henricus Hugonis I. & Odonis Burgundiȩ Ducum frater, regni Portugalliȩ conditor 432. Henricus Imperator Conſtantinopolitanus 489. 491. Henricus & Godefridus de Aſca 260. Henricus II. Comes Barrenſis 516. Hugo III. Burg. Dux 431. 432. Hugo II. Comes S. Pauli 260. 414. Hugo IV. Comes S. Pauli 414. 490. Hugo Dux Burgundiæ 516.

Iacobus Dominus de Aueſnes, Leuſe, Condè, Landrecies & Trelon 409. 410. Ioannes de Neelle Caſtellanus Brugenſis 489. Iolendis vxor Petri Imperatoris Conſtantinopolitani 491. Iuetta monialis 332.

Lambertus Comes Montis-acuti, filius Cunonis 322. 382. 391. S. Ludouicus Rex Francorum 602. Ludouicus II. Comes Barrenſis 187. 515.

Manaſſes

Manasses Dominus de Hierge, regni Ierosolymitani Conestabilis 332.382. Matthæus de Valencort 489. Maria vxor Balduini I. Imp. Constantinopolitani 489. Melisindis Regina Ierosolymorum 332.382.

Nicolaus de Mailly 490.

Odo I. Burgundiæ Dux, Cistertij conditor 431. Otho Comes Gelriæ an. 1190.

Petrus de Ambiano 490. Petrus Eremita, patria Ambianensis, belli sacri prœco & dux 260. Petrus frater Rainaldi Comitis Tullensis 260. Petrus de Courtenay Imp. Constantinopolitanus 187. 208. Philippus Alsatius Comes Flandriæ 255. 432.

Rainaldus Princeps Antiochiæ 242. Rainaldus Comes Tullensis 260. Ramelinus de Crequy fundator Riuouillæ 614. Rainaldus II. Comes Burgundiæ 308. Robertus Ierosolymitanus Flandriæ Comes 180. 282. Robertus I. Comes Artesiæ 187. 602. Robertus Imp. Constinopolitanus 187. 491. Robertus Betuniæ & Teneræmondę Dominus 443. Rogerus de VVaurin Ep. Cameracensis, Cantipratani monasterij benefactor 454. Rogerus de S. Cheron 490.

Stephanus Comes Burgundiæ 308.

Theobaldus I. Comes Barrensis 115. 225. Theodericus Alsatius Comes Flandriæ 255. 386. Theodericus Comes Hollandiæ an. 1190. Theodericus de Tenremonda 490. Theodericus de Loz, Senescallus Imp. Constantin. 490.

Vrbanus II. Papa, belli sacri præco 242.

VValterus II. Grimbergę Dominus 501. 499. VValterus de Neelle 490. VValterus de Escornay 490.

Elenchus

Elenchus familiarum nobilium, quæ ecclesias in Belgio fundarunt, aut ample dotarunt.

Aa. VValterus de Aa,& alij eiusdem familię proceres Ariderlechtenses Canonicos & moniales in Camera prope Bruxellam dotarunt, pag.569.572.

Abcoude. Gisbertus Abcoudæ & Doreſtati Dominus Canonicos X. in VVijck 1361. Guilielmus eius filius Dominicanas ibidem,& Cartusianos prope Vltraiectum 1332. collocauit, pag. 687.

S. Aldegonde. Ioannes de S. Aldegonde (qui vicus est in vrbe Audomaropolitana) Dominus de Noircarme 1198. Cartusiam prope Audomaropolim excitauit.

Auesnes. Theodericus Auesnensis in Hannonia opidi Dominus Benedictinos Lætiis collocauit, pag.408.

Berges. Ioannes Labeo Dominus Bergarum ad Zomam ibidem Canonicos 1442. instituendos curauit, pag. 659. Idem in Valle Iosaphat in eadem vrbe regulares moniales S.Margaritæ an. 1461.collocauit,amotis grisеis sororibus.

Berlaimont. Beginagium Huiense S. Aldegundis in diœcesi Leodicensi fundauit an. 1449. Ioanna de Floyon, filia Ioannis de Berlaimont Domini de Floyon, militis.

Bertout. Bertoldi Abbatiam S.Bernardi prope Antuerpiam pag.592. Vallem Rosarum in agro Mechlinienſi pag. 557.& 596. Franciscanos Mechliniæ 1231.fundarunt pag. 953.Montem Sion ibidem dotarunt pag.652. Vide *Grimberges.*

Blois. N.de Blois pia ac nobilis matrona Louanij Clarissis monasterium constructit.

Bosche. Guilielmus vanden Bosche, miles, Dominus de

Erp, Clariſſas Siluę-Ducis fundauit, an. 1334. ſcripto teſtamento, pag. 679. 671.

Borſele. Franco de Borſele Comes Oſtrouandiæ Cartuſianos prope Delfos, & Canonicos in vico *S. Martens Dijck* nuncupato conſtituit ac dotauit.

Boulers. Alidis Boularij Domina Bellum-Pratum prope Gerardi-montem 1228. condidit; pag. 560. 606.

Candauene, aliàs *S. Pol.* Huic familiæ initia ſua debent Canonici in opido S. Pauli apud Arteſios, itemque monachi in Ceruicampo, & alij alibi, pag. 413. 414.

Coucy. Engueramus Dominus de Coucy Præmonſtratum, Cuiſſiacum & Fuſciniacum fundauit.

Crayenhem. Arnoldus de Crayenhē, Dominus de Grobbendonc, 1411. Hortum-concluſum Herentalię, & triennio pòſt Thronum B. Mariæ fundauit, pag. 682.

Crequy. Ramelinus de Crequy Riuouillā & N. de Crequy collegium Canonicorum S. Georgij in pago *Dourier* prope Heſdinium fundauit, pag. 614.

Croy. Guilielmus de Croy Arſchoti Marchio Heuerlēſe Cęleſtinorum monaſteriū prope Louanium excitauit, & 1531. obijt. Eius vidua Annuntiatas Louanij fundauit. Antonius de Croy 1462. Canonicos Arſchoti poſuit p. 699.

Dave. Huic familiæ primordia ſua debet monaſterium regulariū quod Nemus domini Iſaci dicitur prope Hallas.

Dieſt. Diſtenſes Domini Cartuſianos in pago Zeelem, Canonicos S. Ioannis, Franciſcanos, itemque Beghinas in opido Diſtenſi collocarunt, pag. 645.

Duuenuoirde. Guilielmus Duuenuordius, ex VVaſſenariis & Caſtellanis Leidenſibus oriundus, Oiſterhouti Dominus, Cartuſiam Gertrudibergenſem, & Clariſſas Bruxellenſes 1345. fundauit pag. 678. 682. obijtq; 1353. relicto filio Guilielmo qui an. 1400. deceſſit.

Egmont. Ioannes Egmondę Dominus ibidem Canonicorum VI. collegium instituit, & obijt 1451. pag. 660.

Enghien. Iuxta testamentū VValteri Angię Domini 1314. Cartusia Herinensis est condita. Ingelbertus 1224. Bellingemiensem Prioratum, nunc Abbatiam, constituit, pag. 550. 590. & Cantipratum dotauit, pag. 532.

Gant. Gandauiæ familię, ex Castellanis Gandensibus & Comitibus Alostanis oriundæ, Forestum prope Bruxellā, Truncinium prope Gandauum, Bornhemium, Clara-Palus prope Audomaropolim, & alia alibi monasteria origines suas ac dotem debent, pag. 338. & 691.

Gauere. Arnoldum de Gauere, Dominum de Rassegem & Lens, Carmelitæ Alostani fundatorē suum agnoscunt. Is an. 1430. vixit. Raso Bredæ Canonicos an. 1303. constituit: alij variis ecclesiis benefecerunt, pag. 529. 661.

Gistelles. Ioannes de Gistella, Dominus de Formesele & VVastine, Augustinianos Brugis 1275. fundat, pag. 664. Arnoldus Vicecomes Gistellensis dotat Aldeburgum pag. 449.

Gisnes. Balduinus Comes Gisnensis Andrense 1084. & Manasses Leonardinū monasteriū 1102. fundarunt, p. 337.

Grimberges. Grimbergæ Domini Abbatiā ord. Præmonstratensis ibidem fundarunt, pag. 350. Niniuense cœnobiū dotarunt pag. 423. Vide *Bertout.*

Hontschote. VValterus Dominus Hontschoti monasteriū Trinitariorum ibidem exstruxit, & 1204. obijt. pag. 541.

Hornes. Cæsareum Nemus, virginum ord. Præmonstratensis cœnobiū ad Mosam, in d. Leodicensi, circa an. 1270. fundauit Guilielmus Hornæ Dominus. pag. 640. 664.

Iauche. Domini de Mastain, Herimez & Brugelette, in pago Herimez prope Ceruiam Hannoniæ opidum, Carmelitarum monasterium fundarunt, pag. 630.

Immerſele, aliàs *Lire*. VVillelmus de Lira Antuerpienſi Dominicanorum monaſterio benefecit, pag. 636. Eliſabetha de Immerſele, vidua Godefridi de Villain, Mechliniæ Clariſſas & ſenum Gerontocomium, vulgò Montem Oliueti, 1424. conſtituit ac dotauit.

Lalain. Margarita Comitiſſa de Lalain, vidua Florentij Comitis de Berlaimont, nobile Canonicarum regularium cœnobium Bruxellis fundauit ac dotauit. Antonius de Lalain Hochſtrati Comes ibidem Canonicos 1531. collocauit, pag. 699. Nicolaus Dominus de Lalain benefecit Marchianenſibus pag. 524.

Lens en Hainau. Illius loci Dominus monaſterium Trinitariorum ibidem ædificauit.

Ligne. Carolus de Ligne Comes Arenbergæ & Dominus Angiæ Capucinorum monaſteriũ Angiæ ædificauit.

Luxemburg. Balduinus Archiepiſcopus Treuerenſis, Henrici VII. Imp. frater, an. 1331. Cartuſiam Treuerenſem, Margarita eiuſdem Henrici ſoror Bellomontanum virginum Dominicarum cœnobium in vrbe Valentianenſi, condiderunt.

Meleun. Franciſcus de Meleun Princeps de Eſpinoy, cum matre ſua Iſabella Luxeburgica, Annuntiatas Betuniæ 1515. fundauit.

Merode. Warnerus Dominus de Merode & Audremont monaſterium Crucigerorum in Nigra palude, in agro Iuliacenſi, erexit, & 1304. obijt. Henricus de Merode Canonicos 1562. Gelæ inſtituendos curauit, pag. 700.

Milenberg. Guilielmus de Milenberg, Dominus Eindouię. Septem fontium & Grobbendonci, Canonicos Eindouiæ 1399. collocauit, pag. 698.

Mortaigne. Radulfus Mortaniæ Dominus ibidem Abbatiam ord. Præmonſtratenſis 1155. conſtituit, pag. 545.

Naelt-

Naeltvvijck. Canonici Naldeuicenſes & VVateringanum monaſterium ord. Ciſtertienſis huic genti ſua exordia debent, pag. 673.

Naſſau. Ioanna, vxor Ioannis Comitis Naſſauij & Bredæ Domini, Montem pacis, virginum Auguſtinianarum cœnobium, Bredæ conſtruxit: quod an. 1610. patruus noſter piæ mem. Ioannes Miræus Epiſcopus Antuerpienſis inde Liram tranſtulit, conſentiente Philippo Principe Arauſionenſi.

Oiſy. Dominos de Oiſy, Caſtellanos Cameracenſes, Valcellæ 1131. & Cantipratum 1189. ſuos auctores agnoſcunt, pag. 454. 504.

S. Omer. Gaufredus de S. Audomaro 1118. ordinē Templariorum, & Guilielmus Caſtellanus Audomarenſis Abbatiam S. Andreæ in Nemore fundauit, pag. 613.

Pamele. N. Dominus Pamelæ & Caſtellanus Aldenardenſis monaſterium virginum ord. Ciſtertienſis Aldenardæ inſtituit.

S. Pol. Vide ſuprà *Candauene.*

Pot. Petrum Pot monachi ord. Ciſtertienſis Antuerpiæ ad S. Saluatorem agnoſcunt 1450. fundatorem.

Ranſt. Henricus de Ranſt, Dominus de Boxtel & Keſſel, Canonicos 1493. & Clariſſas 1472. Boxtellæ fundauit. Ioannes de Ranſt, Danielis F. Dominus de Mortſel, Cantecroy & Edegem, fundauit moniales S. Annæ in Luythagen prope Antuerpiam, an. 1501. condito teſtamento: quod monaſterium nunc eſt in vrbe Antuerpienſi.

Riuiere prope Arſchotū. Renerus de Riuiris dotauit Louanienſe S. Gertrudis cœnobium; quod & alij eiuſdem familiæ fecerunt, pag. 654.

Serclaes. Ioannes Serclaes Epiſcopus Cameracenſis domum ſcholarium S. Antonij, & vetularum Gerontocomium

mium ex oppoſito ſacelli S. Trinitatis in vrbe ſibi patria Bruxellenſi fundauit ac dotauit; pag. 685.

Sottegem. Sottegemij proceres Pitſeburgo, Sarto B. Mariæ, Anderlechto & alijs pijs locis benefecerunt, pag. 539. 540. 568.

Traſignies. Anſelmus filius Domini de Traſignies, Peronæ toparcha & Canonicus Sonegienſis, 1148. Camberonam, teſte Iac. Guiſio; Oſto Traſiniaci Dominus Herlaimontanum Prioratum ord. Præmonſtratenſis 1228. fundauit; pag. 609.

Villain. Vide ſuprà *Gant* & *Immerſele.*

Ville en Hainau. Alardus Dominus de Ville, Eſtrepe & Andrignies Trinitarios in Monte de Andrignies circa an. 1220. conſtituit.

De eccleſiis, à Brabantiæ Ducibus, Flandriæ Comitibus, & aliis Belgarum Principibus iam olim fundatis, ſuprà ſuis locis egimus.

FINIS.

BIBLIOTECA

Svmma Privilegii Regii.

PHilippi IV. Hisp. Regis Belgarumque Principis diplomate sanctitum est, ne quis Avberti Miræi Notitiam Ecclesiarvm Belgii, prꝛeter Ioannem Cnobbarum, Typographũ Antuerpiensem infrà sexennium imprimat, sub pœnis in eodem diplomate expressis. Datum Bruxellæ 18. Sept. 1630.

Signat

Loyens *loco* le Mire.